NUMMI ANTIQUI FAMILIARUM ROMANARUM

PERPETUIS

INTERPRETATIONIBUS

ILLUSTRATI,

Per J. VAILLANT Bellovacum, D. M. &
S. DUCIS CENOM. *Antiquarium.*

VOLUMEN SECUNDUM.



AMSTELÆDAMI,
Apud G. GALLET, Præfectum Typographiæ
HUGUETANORUM.

M. DCCIII.

Digitized by Google

Digitized by Google



IVNIA.

IVNIA gens in Patriciam, ex qua L. Brutus, qui Reges ejecit, ortus, diſtincta eſt: & Plebeiam diverſam, ex qua nobis tantùm quæ Bruti Peræ & Silani cognomen tulit, denarii ſunt ſuperſtites. Nomen à Junio Æneæ comite habuerunt, à quo originem traxit, ut tradit *Dion. Halicarn.* Cognomen Bruti, propter ſtultitiam quam Tarquinii metu ſimulabat L. Junius, accepit, ex *Plut.* Pera verò videtur extractum à ſacculo è collo ad lumbos pendente, qui habitus eſt propriè neceſſarius, ad operis exercitium. Silani cognomen quidem detrahunt à Silo, qui appellatur naſo verſus ſurſum repando. Illos Patricios fuiſſe, ut Torquatos, à quibus originem ducunt, ſuſpicatur *Ant. Auguſtinus, lib. de Fam. Rom.*

I.

BRVTVS. Caput L. Bruti nudum: in averſa parte AHALA. Caput Servilii Ahalæ nudum; ex *Cimelio Regio*.

Illa eſt L. Bruti effigies ex ſtatua ænea, ſtricto enſe inter Reges in Capitolio poſita, quam M. Brutus deſumpſit, ad illam in denariis exprimendam cum imagine Servilii Ahalæ; ex quo Servilia mater originem trahebat, ut ſe à ſummæ poteſtatis ſtudentium liberatoribus, ex utroque parente natum, libertatem Romanam uſurpatoris cæde vindicare debuiſſe denotaret, pro qua conſervanda

cum Conjuratis arma ſumpſiſſet : eorum meminit *Cicero*, *lib.* 2. „ *Philip.* his verbis. Etenim ſi autores ad liberandam Patriam „ deſiderarentur, illis autoribus Brutos ego impellerem, quo-„ rum uterque L. Bruti imaginem quotidie videret, alter etiam „ Ahalæ. Ambo ſunt barba inſignes, quia eorum ætate barba nutriebatur. De quo *Ovidius:*

Sic apud intonſos nomen habebat avos.

Macrobius, *Saturn. lib.* 1. narrat Junium Menſem dictum eſſe à Junio Bruto, quod eo menſe Kal. Januar. pulſo Tarquinio, ſacrum Carnæ deæ in Cœlio monte voti reus fecerit.

II.

L. BRVTVS PRIM. COS. Caput Lucii Bruti in corona quercea: ex averſa parte M. BRVTVS IMP. in imo COSTA LEG. Caput M. Bruti, pariter in corona ex quercu.

Superior quidem denarius nobis exhibuit L. Brutum, inſignem Juniæ gentis Fundatorem, & libertatis Romanæ Vindicem, cum Servilio, qui Sp. Melium regnum appetentem interemit: hic verò eundem Lucium, expulſo tyranno, primum Conſulem, & ex altera parte Marcum Brutum, ejus poſt tot ſæcula nepotem, profert, qui, occiſo Dictatore, ad libertatem Romanos vocat. Ille, ejectis Regibus, Conſulatum Romæ conſtituit; hic verò, interfecto Cæſare, Imperio occaſionem præbuit: prioris virtute, unius dominatio ad optimatum adminiſtrationem pervenit: poſterioris fidentia, illa extructa eſt, & ad Monarchiam reverſa. Denarius à Coſta M. Bruti Legato, de quo in Pedania gente dicturi, percuſſus eſt.

III.

LIBERTAS. Caput Libertatis: in averſa BRVTVS. parte quatuor Figuræ gradientes.

IV.

Idem typus; ex averſa parte IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST.

A M. Bruto ſignatus eſt denarius; ex una parte Libertas expreſſa

eſt;

eſt, ad incitandum pro illius conſervatione Populum; ex altera Conſulis proceſſus depingitur. Ad expellendam tyrannidis dominationem, & revocandum Conſularis poteſtatis ſtatum, præit accenſus ante lictores, in medio horum Conſul; de quibus *Suetonius in Julio.* Antiquum etiam retulit morem, ut quo menſe „ faſces non haberet, accenſus ante eum iret, lictores pone ſe- „ querentur. Accenſus ad Conſulem homines privatos acciebat. Lictores verò faſces virgarum ligatos ferebant ante & pone Conſulem; hi parentes Magiſtratibus delinquentibus plagas inferebant. Conſul dictus eſt à conſulendo, vel quod alios conſulerent, vel quod ab aliis conſulerentur, apud *Feſtum*: nam ante vocabantur Prætores, quod Populo præirent, vel quod præeſſent.

Trajanus Imperator inter plurimos, quos reſtituit, conſulares denarios, hujus meminit, non modo ut antiquum illorum uſum approbaret, ſed etiam eorum numerum adaugeret.

V.

Caput Jani bifrontis: in averſa parte C. IVNI. in imo ROMA. Navis.

Forma & pondus nummi ex duabus unciis, ad quod redactus fuit as libralis primo Punico bello, unde dictus eſt apud *Plinium*, Sextantarius, impellit, ut eum ad C. Junium Brutum, C. Junii Bruti Bubulci, qui de Lucanis & Bruttiis triumphavit an. $^{477}_{8}$ filium revocemus. Nemo enim, his temporibus ex Juniorum gente Caius appellatur. Bubulci cognomen deſumptum eſt apud *Sigonium*, quod Juniorum aliquis optime bubus uteretur. Janus bifrons ſolitum eſt aſſium inſigne, ut & Navis, averſæ eorum partis.

VI.

Caput Romæ galeatum: in averſa parte C. IVNI. C. F. in imo ROMA. Caſtor & Pollux pileis & aſtris inſigniti, decurrentes cum haſtis.

Fulvius hunc denarium C. Junium C. filium Silanum revocat, qui Auguſti Collega in nono Conſulatu fuit an. $^{728}_{9}$ ſed hoc tempore nullus amplius denarius, cum Romæ effigie & Caſtorum typo oc-

omneſque cum Auguſti imagine ſignabantur: illius etiam forma vetuſtiſſima eſt, ideo ad Caium Junium Caii Bruti ſuperioris filium revocandus videtur. At hic licèt iſtius Quæſtoris Militaris ſeu Provincialis nulla ſit in Hiſtoria mentio, *librorum* penuria & quùm antequam ad Tribunatum Plebis acceſſerit an. $^{504.}_{5}$ nullo alio munere functus memoretur, in illo Magiſtratu denarium cudiſſe nos edocet illius epigraphe. De Caſtore & Polluce, frequenti denariorum argenteorum typo, ſparſim dictum eſt.

VII.

Caput Romæ galeatum: in averſa parte M. IVNI. in imo ROMA. Caſtor & Pollux pileati, cum aſtris deſuper decurrentes haſtis armati.

Ex denario filii ſequente Marcum hunc Junium Brutum patrem fuiſſe Marci filii appellati docemur; is verò Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. $^{518.}_{9}$ in qua hunc denarium ſuo Marci nomine percuſſit, cum ſolito Caſtoris & Pollucis fratrum typo; at quia vox ROMA in Quæſtorum Provincialium denariis ſæpe reperitur, illos in Urbe antequam in Provinciam abirent, ad exercitus uſum ſignari curaſſe credibile eſt. M. Junius Tribunus Plebis extitit an. $^{522.}_{3}$ & duos reliquit filios Marcum & Decium.

VIII.

HONORIS. Caput Honoris laureatum: ex averſa parte M. IVNI. M. F. L. N. BRVTVS, in imo ROMA. Triremis Prætoria.

Patri ſuccedit filius. Ecce denarius M. Junii M. filii & Lucii nepotis; hic Quæſturam Provincialem iniit an. $^{553.}_{4}$ Tribunatum Plebis an. $^{558.}_{9}$ quo, cum fratre Lucio ſe de Oppia Lege, pro mundo mulierum ſuperfluo antiquando, oppoſuit. Ædilis Plebis fuit an. $^{560.}_{1}$ Prætor Urbanus an. $^{562.}_{3}$ at quùm Senatus decreviſſet, ob victoriam à Conſule Glabrione de Antiocho Magno Syriæ Rege in Græcia relatam, ut hoſtiis majoribus, quibus diis videretur Junius Prætor ſacrificare, denarius Honori eum litaſſe nobis denotat, in cujus rei memoriam ejus imaginem in denariis ſuis expreſſit, & quùm ex Senatuſconſulto veteres, quæ in navalibus erant, naves refeciſſet & armaſſet, ſocioſque navales libertinos in eam Claſſem legiſſet, Triremem Prætoriam in averſa parte expreſſit.

Prætor

Prætor deinde Peregrinus Etruriam ſortitus obtinuit an. $^{563.}_{4}$ Tandem Conſulatum obtinuit cum A. Manlio Vulſone an. $^{575.}_{6}$ Bruto bellum contra Ligures obvenit, & ambo Conſules prorogato imperio an. $^{576.}_{7}$ contra Iſtros profecti ſunt.

IX.

BRVTVS. PROCOS. EX S. C. Caput Veneris: ex averſa parte D. IVNI. M. F. in area ROMA. Victoria in bigis, d. habenas equorum, ſ. flagrum.

Plurimi opinantur Decimum hunc Brutum ſuperioris Conſulis filium fuiſſe, quem doctum & ſtudioſum appellat *Cicero, Orat. pro Archia.* Is Quæſturam Provincialem iniit an. $^{600.}_{1}$ ad Tribunatum Plebis aſcendit an. $^{605.}_{6}$ Ædilis Plebis fuit an. $^{608.}_{9}$ Prætor Urbanus an. $^{611.}_{2}$ Provincialis an. $^{612.}_{3}$ Conſul autem creatus eſt cum P. Cornelio Scipione Naſica an. $^{615.}_{6}$ Bruto Hiſpania Ulterior obvenit; prorogatum eſt illi in ea Provincia imperium uſque ad an. $^{619.}_{20}$ ob bellum Numantinum, in qua ex Senatuſconſulto ipſi ad exercitus ſtipendia bigatos argenteos cudere conceſſum fuit; in quibus caput Veneris, ob cultum quo eam proſequebatur, ſignavit. Tandem conſtituta Provincia, poſt confectum diuturnum bellum in Luſitania & Gallæcia, Callaicus, ut ferunt *Marmora Capitolina*, dictus, ad triumphum Romam venit.

D. IVNIVS M. F. M. N. BRVTVS CALLAICVS PROCOS. AN. DCXXI.
DE LVSITANEIS ET CALLAICIS EX HISP. VLTERIORE.....

Callaicus duos filios reliquit M. & D. Marcum ſcilicet, qui Tribunus Plebis fuit an. $^{645.}_{6}$ & avus M. Bruti, qui Cæſarem occidit; alterum Decimum verò, de quo ſumus dicturi ex ea familia, præmittimus.

X.

BRVTVS. Caput Romæ galeatum: ex averſa parte D. IVNI. D. F. in imo ROMA. Caſtor & Pollux decurrentes, cum haſtis.

Quum M. Bruti majoris filii Callaici ſuperſtites nobis non ſint denarii, ecce minoris filii Decimi nummum argenteum, quem in Quæſtura cum ſolito Romæ & Caſtrorum typo ſignavit an. $^{600.}_{1}$ quo eam

iniit.

iniit, deinde Tribunatum Plebis ſuſcepit an. $^{665.}_{6}$ Ædilis Plebis fuit an. $^{668.}_{9}$ Prætor Urbanus an. $^{673.}_{4}$ quo primum octo Prætores creati ſunt & tandem Conſulatum iniit cum Mam. Æmilio Liviano an. $^{676.}_{7}$ D. Brutus fuit homo doctus & Græcis litteris imbutus, ut narrat *Cicero in Bruto.*

XI.

BRVT. IMP. L. PLAET. CEST. Caput M. Bruti: ex averſa parte EID. MAR. Pileus inter duos pugiones.

En illius Bruti, qui Cæſarem interfecit, imago, de quo narrat *Dio lib.* 47. „ Hæc Brutus egit, qui etiam Numiſmati, quod „ cudebat, ſuam imaginem cum pileo ac duobus pugionibus incidit. Ab una parte Libertas expreſſa eſt; & in averſa pileus ille Libertatis, quo, qui libertatem accipiebat, donabatur; ad quod reſpicit idem *Dio*, *loco laudato*, eo & *inſcriptione* declarans, patriam à ſe & Caſſio in libertatem vindicatam; addit autem Caſſium, quod ambo fuerint conjurationis autores & principes. L. Plætorius Ceſtianus Bruti Quæſtor in Plætoria gente denarium percuſſit.

XII.

LIBERTAS. Caput Libertatis: in averſa parte pileus inter duos pugiones.

En idem Libertatis ſymbolum, nempe pileus, ſed, ut ſupra, inter duos pugiones, id eſt, cæde Cæſaris Dictatoris. Nam illa dignitate perpetua ſibi conceſſa vel arrogata, Libertas Reipublicæ Romanæ, quæ Populi juſſu & Patrum autoritate ſtabat, peſſumdederat: ideo Brutus Romanos ad Libertatem vocans, denarium hunc cum Libertatis effigie percuſſit, addita Populi Romani reſtituta, tamquam ſublato Uſurpatore, ei ſepultam vindicaſſet.

XIII.

L. SESTI. PROQ. Caput Pietatis velatum, & laureatum: in averſa parte, Q. CAEPIO BRVTVS PROCOS. Tripus, inter ſecurim à dextris, & capedunculam à ſiniſtris.

M. Brutus modò tantùm Brutus appellatur, & aliquando Q. CAEPIO BRVTVS, nam ex Junia gente in Serviliam adoptione

tranſiit.

tranſiit. Mater ejus Servilia fratrem habebat Q. Servilium Cæpionem, qui eum adoptavit, & ſic Cæpionis cognomen Serviliæ gentis, & Bruti Juniæ, propter adoptionem, ſimul geſſit, ut ex *Cicerone, Plutarcho, & Dione* colligitur. Poſt Præturam, Senatus ei Macedoniam & Illyricum decrevit cum Proconſulari Imperio; ideo Procoſ. in denario perhibetur, & ut teſtantur litteræ *Ciceronis*, his verbis. Quum Q. Cæpionis Bruti Procoſ. opera, „ conſilio, induſtria, virtute, difficillimo Reip. tempore, Pro- „ vincia Macedonia, Illyricum, & cuncta Græcia & Legiones „ exercitus, equitatus, in Conſulum, Senatus, Populique Ro- „ mani poteſtate ſint.

Caput Pietatis, modò nudum, modò velatum exhibetur, & etiam cum laurea, ut videre eſt in Hirtia gente. Hæc autem ad Pietatem erga deos, ob ſacrificia peracta, indicandam expreſſa eſt. In averſa parte Tripus, inter ſecurim & capedunculam, ad Apollinares Miniſtros, ſeu potiùs Quindecimviros ſpectat, de quibus in ſequente denario dicturi ſumus. De L. Seſtio, Bruti Proquæſtore, in Seſtia gente agemus.

XIV.

L SESTI. PROQ. Pileus inter pugiones: in averſa parte, Q. CAEPIO BRVTVS PROCOS. Tripus inter capedunculam & apicem.

Cur Brutus vocatus ſit ob adoptionem Q. Cæpio, in ſuperiore denario explicatum eſt. Rurſus inter pugiones expreſſus eſt Libertatis pileus, ad indicandam eam nece Dictatoris eſſe recuperatam; nobis ſupereſt, ut de tripode, capeduncula, & apice dicamus. Tripus Apollinis ſymbolum, ideo Quindecimviratus Sacerdotium, quo præditus erat Brutus, indicat, ut is erat Plebeius; Quindecimviratus Plebeis concedebatur, in quorum cuſtodia erant libri Sibyllini; quæ omnia *Livius* nos edocet, *lib.* 10. *cap.* 8. Decemviros ſacris faciundis Carminum Si- „ byllæ & fatorum populi Interpretes, Antiſtites eoſdem „ Apollinaris ſacri ceremoniarumque aliarum Plebeios vide- „ mus, cujus ſymbola Seſtius, ut ejus Sacerdotium denotaret, „ expreſſit. Nam capeduncula vas eſt in ſacris uſitatum, ut ſecuris in ſuperiore denario ad ſacrificia facienda apponitur; Sed qùum

in hoc apex expreſſus ſit, *Fulvius* Brutum aliquo Sacerdotio prædicum fuiſſe ſuſpicatur, ſed eum Quindecimvirum fuiſſe ex denariis ignoravit. Vide in Manlia Apollinis tripodem ejuſmodi Sacerdotium indicantem.

XV.

LEIBERTAS. Caput Libertatis: in averſa parte, Q. CAEPIO BRVTVS PROCOS. Lyra inter cultrum & lauri ramum.

Hic denarii typus à Bruto percuſſus, in eo Libertatem, ad denotandum ſe illius eſſe aſſertorem, expreſſit: inde citharam Apollinis ſymbolum ut ramum lauri ipſi dicatæ, ad indicandos Apollinares Ludos à ſe editos, de quibus ita loquitur *Plutarchus*. Populus tamen „ abſente illo ſpectacula magnificè & effusè exhibita frequentavit, „ ferarum enim magnos greges comparaverat. Harum præcepit, „ ut nihil diſtraheretur, vel reſervaretur, ſed exhiberentur om- „ nes. Scenicos ipſe Neapolim profectus pleroſque convenit. „ Scripſit & *Ciceroni*, orans ne prætermitteret, quin intereſſet Ludis. Culter ſacrificii additus, ad denotanda quæ ante Ludorum celebrationem fieri debebant peracta fuiſſe.

XVI.

L. PLAET. CEST. Caput Pietatis velatum, laureatum & modio ornatum: in averſa parte BRVT. IMP. Securis & capeduncula.

Duo in hoc denario Bruti à L. Plætorio Ceſtiano, (de quo in Plætoria gente dicetur,) percuſſi, ſpectanda veniunt; primùm de Imperatoris titulo huic conceſſo, de quo *Dio* apprime, *lib.* 47. Ve- „ ritus ne qui etiam alii ſe abſente novi motus in Macedonia „ exiſterent, in Europam feſtinato ſe recepit: regioneque Sa- „ delis *Regis*, qui ſine liberis decedens, eam P. Romano reli- „ querat, recepta, in Beſſorum ingreſſus regionem, eo animo, „ ut in eorum maleficia vindicaret, & nomen ſibi *Imperatoris*, „ quo facilius contra Cæſarem & Antonium bellum gerere poſſet, „ adipiſceretur. Alterum cur Pietatis caput, & inde ſecuris & capeduncula: Pietas autem hæc eſt erga deum, ob ſacrificia per capeduncuIam & ſecurim deſignata, illa verò ſymbola ad Sacerdotium quoddam Bruti, quo præditus erat, ſpectare videntur, ut in ſequente denario.

XVII.

XVII.

BRVTVS. Securis, capeduncula, & culter: in averſa parte LENTVLVS SPINT. Capeduncula & lituus.

Jam prodiit denarius in gente Cornelia, ex qua Lentulus erat, Spinter dictus, qui in Aſiam à Senatu miſſus, pro colligenda pecunia, tandem eam Bruto diſtribuit, illius partes ſequutus, & denarios ejus nomine percuſſit: at ut Pontifex erat, ut ex *lib.* 1. *Bel. Civ.* colligitur, capeduncularn & lituum Pontificatus ſui inſignia expreſſit; & in altera parte Sacerdotii etiam Bruti ſymbola: nam ſi cuncta ad Lentulum ſpectarent, hinc & inde capeduncularn exhibuiſſet, & in parte, qua BRVTVS eſt inſcriptus, aliquid ad Brutum pertinens appoſuiſſet.

XVIII.

L. CESTI. PROQ. Caput Libertatis velatum, cum diadematis ornatu: in averſa parte Q. CAEPIO BRVTVS PROCOS. Victoria gradiens, d. coronam, humero lævo palmam.

A Lucio Plætorio Ceſtiano, Bruti in Macedonia Proquæſtore, percuſſus eſt hic denarius, ut denotat epigraphe. Libertatis caput exhibet, ad declarandam libertatem, Bruto aſſertore, Populo Romano eſſe reſtitutam, nec amplius monetam ſub Dictatoris imagine percuti nos edocet. Libertas autem duplici modo effingitur, una nudo capite, & eſt Libertatis Romanæ imago; altera quæ velo, ut hæc, obtegitur cum diademate, & eſt Libertatis deæ effigies, cujus erat templum in Aventino monte. Velo ornatur tamquam divinitatis inſigni, ut & diademate, deæ ſcilicet ornamento.

Victoria non exhibetur in monimentum victoriæ, quam Brutus de Beſſis retulit, ut narrat *Dio*: nam in ea Imperatoris titulum accepit: ſed quum eſſet illi decreta Senatuſconſulto Macedonia & Illyricum cum Proconſulari imperio, ut colligitur ex *Ciceronis epiſtolis*, C. Antonium prohibuit, ne Macedoniam occuparet, & Vatinium invadere Illyricum tentantem, contempſit, & ſic Macedoniam Epirumque cepit, litteris ad Senatum datis, quæ geſſiſſet, expoſuit; ſeque & milites, ut ait *Dio*, ac Provincias

in ejus poteſtatem tradidit, Senatus ſummopere laudatum omnibus illis regionibus præfecit : itaque Ceſtianus in ejus denariis Victoriam expreſſit gradientem ; nam Brutus, confirmato ſibi imperio, majora jam tentare cœpit : d. erecta tenet lauream, tamquam omnes Provincias ſubactura, & palmam ſiniſtra, ut Victoris præmium.

XIX.

L. CEST. PROQ. Obices caſtrorum cum haſta, in imo pileus: in averſa parte Q. CAEPIO BRVTVS PROCOS. Tripus inter capedunculam & apicem ſeu albogalerum.

L. Ceſtianus Bruti Proquæſtor, ex una parte Caſtrorum obices cum haſta, in ſignum ſtationis, cum pileo expreſſit, ad denotandum ſe in armis eſſe pro Libertate tuenda, & caſtra ſua pro militibus Romanis Libertatis amantibus eſſe, ut ad ſe transferrent ſigna qui tyrannidem oderant : unde plurimi cum eo ſe conjunxerunt. Ex averſa parte ſymbola ejus Sacerdotii exhibuit, nam qui aliquo Sacerdotio erant præditi, inter alios maxime eminebant, ita ut Imperatores poſtea, Sacerdotii Maximi dignitate ſe ornari paſſi ſint.

XX.

COSTA. LEG. Caput Libertatis laureatum : in averſa parte BRVTVS IMP. Trophæum.

Coſta cognomen eſt Pedaniæ gentis, hic fuit Bruti Legatus ex denarii epigraphe, haud dubiè quando in Beſſos profectus, illos vicit. Hi erant Thraciæ populi non procul à Ponto, Strymonem lævo latere incolentes, ex *Plinio*, *lib.* 4. *cap.* 11. & ut mos erat poſt victoriam, trophæum erigere, Coſta Legatus in denario quem Bruto percuſſit, illud expreſſit, & in anteriore illius parte caput Libertatis, quod pro illa recuperanda, quam Triumviri Reipublicæ conſtituendæ Lepidus, Antonius, & Cæſar extinguere volebant, ut Julius Dictator oppreſſerat, arma cum optimatibus ſumpſiſſet. Porro illa pro dea à Romanis habebatur; quod exactis regibus in libertatem ſe vindicaſſent : ejus templum *Livius* ex multatitia pecunia à patre Ti. Gracchi conditum & dedicatum narrat.


IVLIA
IVNIA
TAB. LXXVI


IVNIA
TAB LXXVIII

XXI.

C. FLAV. HEMIC, LEG. PROPR. Caput Apollinis Fatidici, ante quod lyra : in averſa parte Q. CAEP. BRVT. IMP. Victoria ſtans coronam trophæo imponit, ſ. palmam.

Jam deſcriptus eſt hic denarius in gente Flavia: at qum Flavius Bruti Legatus fuit Proprætore, rurſus hic prodit, & ob Beſſos devictos, in qua actione Imperatoris titulum ille retulit, percuſſus eſt; ideo Victoria coronam trophæo, in eorum regione erecto, imponens percuſſa eſt; & in anteriore denarii parte Apollinis pariter, ſed Fatidici, caput ut in ſuperiore expreſſum eſt cum cithara, ejus dei ſymbolo, ad Apollinarium Ludorum, ut ſupra, memoriam. Vide quæ de Flavio diximus in ejus gente.

XXII.

Caput Honoris laurea ornatum : in averſa parte Q. CAEPIO BRVTVS IMP. Trophæum inter duos captivos lugentes.

Honos in Bruti denariis percuſſus videtur in præmium Virtutis, quam in ſubigendis Beſſis demonſtraverat : ideo ad Honoris templum non erat aditus niſi per Virtutis fanum; honos enim eſt reverentia quam alicui exhibemus in virtutis teſtimonium. Hæc galea ornata depingebatur, ad denotandam illam in armis quærendam; ille laurea coronabatur, ut qui virtute illam ſibi comparaverat.

Trophæum illud eſt de Beſſis, Macedoniæ populis, à Bruto devictis, ut ſuperiores denarii nobis expoſuerunt : ſed ad hujus imum duo ſunt captivi lugentes, caput dextra in mœſtitiæ ſignum ſuſtinentes, qui Brutum non ſolum Beſſos profligaſſe, ſed plurimos ex iis in ſervitutem ab eo redactos fuiſſe denotant : nam ut illi, magna ex parte Hæmum montem incolentes, raptu & latrociniis victitabant, & ideo in Romanorum Provincias irruebant, de illis ſic loquitur *Ovidius, lib. 6. Triſtium.*

Vivere quam miſerum eſt inter Beſſoſque, Getáſque.

 XXIII.

XXIII.

CASCA LONGVS. Caput Neptuni pone quod tridens : in averſa parte BRVTVS IMP. Victoria ſupra proram.

A Servilio Caſca Longo percuſſus eſt hic denarius in honorem Bruti, cujus erat, ut videtur, Legatus; in memoriam alterius victoriæ, nempe maritimæ, nuper relatæ, ut indicat typus illius „ proræ inſiſtentis; de qua *Plutarchus, in Bruto.* Ita comparatis „ clades militum mari accepta annuntiatur. Siquidem ingentes copias, quæ mittebantur ex Italia ad Cæſarem, adorta Bruti Claſſis eſt, oppreſſitque: Ideo imago Neptuni maris dei, quaſi ejus ope & auxilio victoria fuerit reportata, in denario expreſſa eſt: & Victoria ſupra proram imponitur, ad deſignandam eam in mari relatam. De Caſca in Servilia gente dicturi.

XXIV.

BRVTVS IMP. Caput Bruti nudum in laurea : ex averſa parte CASCA LONGVS. Trophæum inter duas navium proras.

Primum occupare raritatis locum debet in Junia gente denarius hic S^mi. *Principis Cenomanenſium Ducis* aureus, cum Bruti effigie in laurea; ob Imperatoris titulum quem de Beſſis retulit, & trophæo, ob victoriam in mari, de auxilio, quod ex Italia Antonio & Cæſari mittebatur, à Bruti Claſſe oppreſſo; ut ex *Plutar-* „ *cho* diſcimus. Eodem die terra marique pugnatum fuit. Ceterum, fortuna quadam magis quam Præfectorum Claſſis malitia, ignoravit Brutus victoriam hanc ſpatio interjecto viginti dierum. Trophæum inter duas navium proras, maritimum fuiſſe denotat: erigebatur autem in denariis pro maritima, ut pro terreſtri victoria. De Caſca Longo in gente Servilia ſuo loco dicetur.

XXV.

Caput Romæ galeatum : in averſa parte BRVTVS IMP. Caduceus alatus, globus & temo.

Inter tot Conſularium nummorum millia à nobis obſervata, *Fulvianus* hic nunquam inſpectus eſt. Caput Romæ galeatum exhibet, ſolitum denariorum argenteorum inſigne; quaſi Roma libertatem

tatem recepiſſet, typum ex anteriore parte antiquum rurſus exhibet; & in altera felicitatem per caduceum expreſſam nacta terra marique, per globum & temonem deſignatis, mediante Bruto Libertatis vindice, ut fert epigraphe BRVTVS IMP.

XXVI.

A. POSTVMIVS COS. Caput Poſtumii Conſulis: in averſa parte. ALBINVS BRVTI F. in corona ſpicea.

A Decimo Bruto M. Bruto genere propinquo, teſte *Plutarcho*, cuſus eſt hic denarius in Quæſtura Urbana an. $^{703.}_{4}$ ideo cunctos ad eum ſpectantes, inter Juniæ gentis, cognomine Brutos, collocamus: Decimus autem ab A. Poſtumio Conſule cum M. Antonio, an. $^{654.}_{5}$ adoptatus eſt, unde A. POSTVMIVS ALBINVS BRVTI F. dictus eſt, ſicut ferunt ejus denarii; in adoptionis vero monimentum, ut Poſtumiæ gentis antiquitatem denotaret, effigiem A. Poſtumii Albi Rhegillenſis anno $^{257.}_{8}$ Conſulis, & coronam ſpiceam in averſa parte, quam ſuſpicatur *Fulvius* Decimo conceſſam, ob frumentum, in annonæ caritate, P. Romano ſuppeditatum, Ædilitatis tempore; ſed coronæ Ædilibus non dabantur; ad eumdem referimus A. Poſtumium Dictatorem an. $^{257.}_{8}$ qui Latinos ingenti prælio fudit, & ædem locavit Cereri, ob annonæ inopiam ſublevatam, apud *Dionyſium*, *lib.* 8. qua donatus ille eſt. Plurima illius Dictatoris geſta, in Vibiæ denariis à nepotibus expreſſa, obſervare poteris.

XXVII.

C. PANSA. Caput Sileni: in averſa parte ALBINVS BRVTI F. Duæ dexteræ caduceum alatum tenentes.

Albinus Bruti filius poſt Quæſturam Legatus fuit Cæſaris in Gallia, & bello contra Venetos ab illo Claſſi præfectus eſt, & ipſi plurimum carus erat, nam *Livius lib.* 114. dum Cæſar Africano bello detentus eſſet, Brutum in Gallia Bellovacos rebellantes viciſſe ſcribit, redux Præturam geſſit an. $^{709.}_{10}$ ex *Vel. Paterculo*; nam apud *Plutarchum in Bruti vita*, adjunctus eſt Conjuratis, ob gladiatorum manum, quos ad exhibendum P. Romano alebat, & poſt Cæſaris cædem, Provinciam Galliam Ciſalpinam, quam à Cæſare acceperat,

ceperat, Senatus ei confirmavit, & deſignatus eſt Conſul cum Planco, & quùm eam adminiſtraret, Antonius eam occupare volens D. Brutum Mutinæ obſedit. C. Vibius Panſa Conſul à Senatu ad eum ex obſidione eximendum miſſus eſt; ideo Brutus ad denotandam eorum militum concordiam, in moneta duas dextras, caduceum Felicitatis ſymbolum tenentes, percuſſit, & ex parte quo nomen C. PANSA inſcriptum eſt caput Sileni ad Liberalia ſpectat, quibus victoria de M. Antonio, D. Brutum Mutinæ obſidente, relata eſt.

XXVIII.

PIETAS. Caput Pietatis: in averſa parte ALBINVS BRVTI F. Duæ dexteræ caduceum alatum tenentes.

Idem dextrarum junctarum cum caduceo typus, eandem militum Bruti & Panſæ concordiam denotat. Sed cur Pietatis imago in anteriore denarii parte, niſi ad eorum in Patriam & Cives contra M. Antonium, hoſtem P. Romani declaratum, arguendam? Pietas autem, in Q. Herennii nummo, ſub Mercurii typo exhibetur, Brutus autem alludere ei videtur per caduceum, ejus ſymbolum, quùm Mercurius, ſermonis deus creditus, litteras inveniſſe, ex *Tertulliano*, *lib.* 7. *de Coron.* neceſſarias non modo commercii rebus, ſed & noſtris erga Deum ſtudiis putantur: ideo in denariis conjungi videtur Pietatis imago cum Mercurii ſymbolo, ad concordiam militum pro Patria & Civibus in juſta cauſa demonſtrandam.

XXIX.

Caput Martis galeatum: in averſa parte ALBINVS BRVTI F. Duo litui militares decuſſatim, cum ſcuto oblongo deſuper, & clypeo rotundo infra.

Hic denarii typus ad uſum exercitus ab Albino Bruti filio pariter percuſſus eſt: nam ab anteriore parte Mars, ut bellorum Præſes, à Romanis etiam cultus, quod Romuli pater crederetur, & ſic veris ſuis Civibus ſemper propitius adeſſet. Galea ornatus eſt, bellatoris ornatu ad profligandos hoſtes: in averſa parte Litui militares adſunt, ad denotandum Conſulum Panſæ & Hirtii adventum, & jam futurum eſſe prælium: de illis *Ovid.* 3. *Faſt.*

Jam

Jam lituus pugnæ ſigna daturus erat.

& de quibus *Statius etiam Theb. 6.*

Et lituis aures circumpulſantur acutis.

Scuta oblonga equitum Romanorum arma deſignant, quibus illi utebantur: ut & clypei peditum erant, de quibus *Servius*, clypeus major eſt tantum peditum, ſicuti ſcutum equitum. M. Antonio à Conſulibus devicto, Albinus Bruti filius obſidione liberatus eſt, ſed occiſis illis, poſtea à Planco Collega ſuo qui ſe Antonio reduci conjunxit, deſertus, & ab exercitu, qui ſigna etiam tranſtulere, effugit ſolus, ſed Aquileiæ paulo poſt repertus & agnitus ab Antonianis interemptus eſt.

XXX.

ROMA. Caput Romæ galeatum, in averſa parte, D. IVNI. PERA. Victoria in bigis, utraque manu habenas.

A Brutorum cognomine ad Juniæ gentis ſtirpes quæ *Pera* cognomentum tulere, primuſque occurrit, à quo tempore Romani primùm denarios argenteos percuſſere an. $\frac{484.}{5}$ Decimus Junius D. F. D. N. Pera Quæſturam militarem iniit an. $\frac{474.}{5}$ Tribunatum Plebis an. $\frac{480.}{1}$ Ædilitatem an. $\frac{481.}{2}$ Tribunatum Plebis iter. $\frac{483.}{4}$ Præturam verò videtur geſſiſſe $\frac{485.}{6}$ & tandem Conſulatum geſſit cum N. Fabio pictore an. $\frac{487.}{8}$ quo hunc denarium bigatum, ut moris tunc erat Conſulum, percuſſit.

XXXI.

Caput Romæ galeatum: in averſa parte Victoria in bigis, d. coronam, ſ. habenas equorum, D. IVN. PERA, in imo ROMA.

Ab eodem Decimo Pera alter Bigatus ſignatus eſt, ſed Victoria lauream gerens denotat illum ad militibus pro Triumpho diſtribuendum fuiſſe percuſſum, primis enim illis temporibus quo moneta argentea cudebatur, contenti ſunt Triumphales Victoriam coronam dextra gerentem exhibere, ad deſignandam illam pro qua triumphabant, anno autem Conſulatus D. Peræ bellum cum Saſſinatibus Umbriæ Populis & cum Sallentinis, quorum Tarentum erat

Metropolis, geſtum, de quibus ambo Conſules, ut traditum eſt in *Columnis Capitolinis*, triumpharunt, menſe Octobri de prioribus & de poſterioribus menſe Februario.

D. IVNIVS. D. F. D. N. PERA. COS. AN. CDXXCVII. CDXXCVIII. *Varr.*
DE. SASSINATIBVS. III. NONAS. OCT.

D. IVNIVS. D. F. D. N. PERA. II. COS. AN. CDXXCVII. CDXXCVIII. *Varr.*
DE. SALLENTINEIS. MESSAPIEISQVE. NON. FEB.

D. Brutus duos reliquit filios Decimum & Marcum quorum nobis ſequentes ſuperſunt denarii.

XXXII.

Caput Cereris corona ſpicea ornatum: in averſa parte D. IVNI. D. F. PERA. Ceres velo volitante ſupra humeros, in bigis à duobus ſerpentibus, quos illa ducit, tracta.

D. Junius D. filius perhibetur in denario, & quidem D. Peræ Conſulis, ut diximus, an. $^{487.}_{8}$ Is verò Quæſturam Urbanam ſuſcepit an. $^{508.}_{9}$ at quùm anno ſuperiore Servilius Cæpio & Calpurnius Piſo à Senatu ad fruges emendas, ob frumenti in Urbe inopiam, fuerant conſtituti, & adhuc non abundaret, Decimus ex Sicilia magnam abundantiam Romam tranſportari curavit, unde Romæ parta eſt abundantia, in cujus rei memoriam ille in denariis Cereris imaginem, ut frugum deam, expoſuit, ideo ſpicea corona ornabatur, ut canit *Ovidius*, 4. *Faſt.*

Impoſuitque ſuæ ſpicea ſerta comæ.

Exhibetur ex averſa parte in curru ſerpentum, quem Triptolemo dedit, ad uſum frumentorum hominibus indicandum, de quibus *Claudianus*, *in raptu Proſerpinæ*, *ejus filiæ*.

Angues Triptolemi ſtrident, & ſquammea curvis
Colla levant adſtricta jugis, lapſuque ſereno
Erecti, roſeas tendunt ad carmina criſtas.

D. Pera ex Quæſtura ad Tribunatum Plebis tranſiit àn. $^{513.}_{4}$ Ædiliſque factus eſt Plebis an. $^{516.}_{7}$

XXXIII.

XXXIII.

Capita Caſtoris & Pollucis jugata, pileiſque ornata & aſtris: in averſa parte, M. IVN. PERA. Ipſi decurrentes in equis cum haſtis.

M. Pera Junior D. Peræ filius Decimo fratri ſuccedit & Quæſturam Provincialem accepit an. $^{509.}_{10}$ uno ſerius quam frater: in ea hunc denarium ſignaſſe videtur. Obſervandum autem eſt, fratres ſæpe in denariis ſuis Caſtorem & Pollucem exhibere, ad denotandam ſuam erga eos concordiam : nam ſimul ſemper prodeunt & fratrum Concordiæ ſymbola extitere; quod quùm unus eſſet mortalis & alter immortalis, Jovem patrem deprecatus eſt Pollux, ut fratri Caſtori immortalitatem communicaret, cui permiſit : ideoque dicitur *alterna morte redemptus*.

Ex Quæſtura M. Pera ad Tribunatum Plebis acceſſit an. $^{514.}_{5}$ ad Præturam Urbanam an. $^{520.}_{1}$ & ſequente Procoſ. Siciliam cum imperio extra ordinem obtinuit $^{521.}_{2}$ & Conſulatum poſtea cum M. Æmilio Barbula an. $^{523.}_{4}$ *Marmora* autem *Capitolina* teſtantur illum ad Cenſuram perveniſſe cum C. Claudio Centhone an. $^{528.}_{9}$

CENS. C. CLAVDIVS AP. F. C. N.
M. IVNIVS D. F. D. N. PERA.
L. F. XXXXII.

Anno verò, quo Clades Cannenſis $^{537.}_{8}$ accepta eſt, & Æmilius Paulus in prælio occiſus, D. Pera Dictator creatus eſt.

M. IVNIVS D. F. D. N. PERA DICT.
TI. SEMPRONIVS. TI. F. GRACCHVS. MAG. EQ.
Qui idem Ædilis Curulis erat,
Rei gerundæ cauſa.

XXXIV.

Caput Jani bifrontis: in averſa parte. D. SILANVS. Navis.

Ex Juniis, quibus cognomen fuit *Pera*, ad illos qui *Silani* dicuntur, ordinem alphabeticum ſequentes, pervenimus; ſed eos ſatis inter ſe confuſos, temporum ratione, exponere arduum nobis viſum eſt; ejus ſtirpis autor M. Junius Silanus, vir militaris & ſtrenuus, an. $^{535.}_{6}$ Quæſtor Militaris Caium, Decimum, Lu-

cium & Marcum filios reliquit : unde multæ ſtirpes procreatæ ſunt. Earum antiquior uncialem hunc nummum ſub epigraphe D. SILANVS, nobis ſuppeditat; ejus pondus & forma illum revocare videtur ad D. Junium Silanum, qui T. Manlii Conſulis an. 588/9 cum Cn. Octavio, filium adoptavit, unde dictus eſt D. Junius Silanus Manlianus, cui avaritia in Prætura Macedoniæ mortem infelicem procuravit. De aſſe librali ad uncialem reducto, ut & de Jano cum Navi, ſolito illius ſymbolo, ſparſim à nobis dictum eſt.

XXXV.

SALVS. Caput deæ ſalutis in Torque : ex averſa parte D. SILANVS L. F. Victoria in bigis, d. habenas, ſ. palmam, in imo cicada.

XXXVI.

Idem caput, ex averſa parte Victoria, d. palmam & habenas ſ. flagrum, in imo ROMA.

Torques ad Manliam gentem ſpectans, hunc D. Silani denarium ad nepotem D. Silani, quem à T. Manlio Conſule patre D. Silano adoptandum ſupra datum, diximus, revocat, eumque patrem habuiſſe Lucium, qui ejus infelicis Prætoris filius fuiſſe videtur, quem tamen illuſtrem fuiſſe, & aliquam victoriam retuliſſe nos edocet Victoria in bigis, palmam d. gerens, cujus memoriam filius in denariis ſuis revocare voluit. Salutis imago ab eo expreſſa eſt, ut notat *Fulvius*, ut ſe originem à C. Junio Bubulco, qui eam Conſul voverat an. 442/3 Cenſor locaverat an. 444/5 & Dictator dedicavit an. 451/2 Nihil inter ſe differunt, niſi quod in altero nomen ROMA inſcriptum : ideo *Antiquarii* ſeriem ſuam augere cupientes addunt. Cicada Scalptoris nota eſt.

XXXVII.

Caput Fauni cum aure prægrandi, & fiſtulis in imo, torques in ambitu : ex averſa parte D. SILANVS L. F. Victoria in bigis, d. coronam, ſ. palmam; in area nota Scalptoris.

Ab eodem D. Silano L. filio, & ut opinor, D. nepote percuſſus eſt hic denarius, &, ut torques circa caput Fauni, ut in ſuperiore, circa Salutis imaginem, ad originem ſuam à D. Silano, ex

Manlia


IVNIA
C. FLAV. HEMIC. LEG. PRO. PR.
F.Æ.I.
IMP Q. CAEP. BRVT
V.R.I.
IMP. CAEPIO BRVTVS
CASCA LONGVS
F.Æ.I.
BRVTVS IMP.
BRVTVS IMP.
V.Æ.I.
CASCA LONGVS
G.Æ.I.
BRVTVS IMP.
A. POSTVMIVS COS.
G.F.Æ.R.I.
ALBINVS BRVTI.F.
C. PANSA
G.F.Æ.I.
ALBINVS BRVTI.F.
PIETAS
F.Æ.I.
ALBINVS BRVTI.F.
F.Æ.I.
ROMA
G.Æ.I.
D. IVNI. PERA
G.Æ.I.
D. IVN. PERA
ROM
G.Æ.I.
D. IVNI. D. F. PERA
TAB. LXXIX.

IVNIA



TAB. LXXX.

Manlia gente in Juniam adoptato, indicandam exhibetur. Non modo eadem Victoria in utroque patris aliquam denotat victoriam; ſed Fauni effigies antiquitatem Juniæ gentis denotat, cujus autorem fuiſſe illum L. Brutum, qui Reges Roma ejecit; nam *Dionyſius* Fauni hiſtoriam refert, quod in prælio inter Hetruſcos & Romanos, de reſtitutione Tarquiniorum, vox è ſylva propinqua caſtris audita fuerit, quæ juſſerit Romanos bono animo eſſe, eos victores eſſe, & uno plus Hetruſcorum in acie cecidiſſe: unde ab eo tempore, præcipue Fauni cultus in gente Junia, quo Domitius Ahenobarbus Fauni ædem in Inſula Tiberina dedicavit an. 559/60.

XXXVIII.

Caput Romæ galeatum, pone quod littera A. ex averſa parte D. SILANVS L. F. ROMA. Victoria in bigis, utraque manu habenas, in vertice XIII.

XXXIX.

Caput idem, pone quod littera G. ex averſa parte typus idem, in vertice XVIII.

Alter D. Silanus L. filius exponitur; ſed non idem ac ſuperior, licèt ſit ejuſdem Juniæ gentis. Torques in illo ex Manlia adoptatum eum denotat, hic verò à M. Silano ſtirpis autore originem habet, cujus nepos Lucius hujus pater fuit, Prætor Provincialis an. 587/8. Decimus ejus filius hunc denarium cudit, bigatum appellatum, in Quæſtura ſua an. 610/1. illumque ad Tribunatum Plebis aſcendiſſe reperimus an. 616/7. Diverſæ litteræ, nempe in uno A. & in altero G. pone caput Romæ, Scalptorum notas eſſe arbitramur: notas verò numerales in priore XIII. in poſteriore XVIII. alii ad Monetarios, alii ad argenti numerum referunt.

XL.

Caput Apollinis laureatum, ante quod lyra: ex averſa parte D. SILAN. M. F. Gryphus, pede aræ ignitæ appoſito.

En quartum cognomine Decimum in eadem Silanorum ſtirpe, ſed hic Marci F. inſcribitur filius, cujus pater Marcus

fuit frater Decimi ſuperioris. Is Quæſturam Provincialem iniit an. $\frac{675.}{6}$ Tribunus fuit haud dubie ut & Prætor, hunc verò Magiſtratum iniiſſe illum denarius docet, nam Apollinis imago cum lyra, ejus ſymbolo, ut & Gryphus illi ſacer, ex *Servio*, quod confirmat ***Pindarus*, *in Lud. Pythiis***, Ludos in Prætura ab eo editos indicat: ara verò ignita ſacra ante Ludorum celebrationem facta denotat. Poſt Præturam *Faſti Conſulares* illum Conſulatum geſſiſſe declarant cum L. Licinio Muræna an. $\frac{691.}{2}$ in quo Magiſtratu adverſus Cimbros malè certavit: Vitricus fuit M. Bruti, ejus autem mater Servilia ei nupſit.

XLI.

Caput Jovis laureatum & barbatum: ex averſa parte C. IVNI. SILANVS. L. PISO CAESONINVS. Sella Curulis, ſupra quam fulmen, in imo EX S. C.

A Decimis ad Caium Silanum tranſimus, cujus patrem & avum ejuſdem prænominis reperimus; ſed nepoti convenit cum L. Piſone Cæſonino Collega nempe Magiſtratus ut indicat denarius, Ædilitas; nam Sella Curulis ejus ſymbolum habetur; ſed fulmen ſupra eam, & Jovis in anteriore parte imago, illos ſimul Magnos celebraſſe Ludos nos edocent: hi ſub Regibus inſtituti fuere, Magnique appellati, quod magnis impenſis dati ſunt; tunc enim primum Ludis impenſa ſunt ducenta millia nummûm: ideo nota EX S. C. in imo denarii, quod illi Senatuſconſulto decreti fuerint. Jupiter anteriorem partem denarii occupat cum fulmine ſupra Sellam, quod illi Junoni & Minervæ dicati eſſent, ut ex *Cicerone* colligitur *lib.* 5. *act.* 2. *in Verrem.* De L. Piſone Cæſonino, Cæſaris Dictatoris ſocero, dictum eſt in gente Calpurnia, ubi percuſſus eſt idem typus.

XLII.

Caput Junonis Reginæ laureatum, cum diademate in capite, & ſceptro ſupra humerum: in averſa parte. C. IVNI. SILANVS. Proſpectus navalis, in quo quatuor naves viſuntur.

Ad eundem C. Junium Silanum ſpectat hic denarius, ex eadem nempe epigraphe C. IVNI. SILANVS: ſed id confirmat caput Junonis Reginæ, quod ille expreſſit ad renovandam Ædilitatem

ſuam

ſuam: nam, ut diximus, Ludi illi Magni erant Junoni cum Jove & Minerva dicati. Ædilitium dicit illum *Cicero*, *in Cluentiana*, quum anno ſequente 679./80. prorſus innocens à L. Quinctio Tribuno Plebis damnaretur. At ut Navale in averſa parte C. Junium fuiſſe Duumvirum Navalem declarat, an ante vel poſt Ædilitatem ille hunc Magiſtratum extraordinarium geſſerit, incertum eſt; quùm utriuſque memoriam in denario revocaverit. Quod fuerit Duumvirorum Navalium officium, non eſt difficile referre, ſiquidem illi reficere & ornare Claſſem, utque navalibus ſociis impleatur, commeatu inſtruatur, curare debebant.

XLIII.

Q. CVRT. Caput Romæ galeatum: in averſa parte M. SILA. Jupiter in quadrigis, d. fulmen, ſ. ſceptrum & habenas equorum.

Quatuor Silanorum nummi argentei nobis cum prænomine Marci ſuperſunt explicandi, quorum primus à M. Junio Caii Silani ſuperioris patruo, percuſſus eſt: Caius autem & Marcus hujus pater Caii alterius filii ambo fuere; ſed, ut ad ordinem ſolitum redeamus, Marcus ille Q. Curtii, de quo in gente Curtia diximus, Collega fuit, ut nos docet utriuſque nomen in eodem denario inſcriptum; ſed quùm ille nulla Magiſtratus inſignia exhibeat, Quæſtores ſimul Urbanos an. 618./9. monetæ cudendæ curam habuiſſe auguramur; Tribunos Plebis illos adhuc reperimus an. 623./4. imo & Præturam ſimul geſſerunt an. 629./30. Jupiter in quadrigis ſolemne eſt quadrigatorum typus, cum Romæ capite.

XLIV.

Caput Genii P. Romani, pone quod littera N. in averſa parte CN. CARBO C. F. M. SILAN. L. F. Duo Ædiles ſedent inter duos modios ſpicis repletos, in vertice EX S. C.

Secundus ille M. Silanus ſe Lucii filium, ad aliorum ejuſdem ſtirpis hoc prænomen gerentium diſtinctionem, inſcribit. Pater ejus Trib. Plebis fuit an. 581. & avus ejus fuit M. ille Silanus ſtirpis princeps. Hujus verò Quæſturam non reperimus, ſed Tribunatum Plebis geſſit cum Cn. Carbone an. 629. cum quo Ædilitatem iniit an. 632. quo communi nomine hunc denarium ambo percuſſerunt: illius typus annonam rei frumentariæ largiter P. Romano

mano procuraſſe demonſtrat, nam hinc & inde modii ſunt ex ſpicis referti; nota vero EX S. C. nos impellit, ut ex argento publico frumentum undique illos collegiſſe, exiſtimemus, ut in aliis denariis Senatores obſervamus ſimiliter ſedentes cum epigraphe ad FRVM. EMVND. Genius P. Romani ab illis expreſſus eſt, tanquam ipſi hac annonæ largitione ſatisfeciſſent. Poſtea anno 636. uterque Ædilis Præturam Provincialem iniit. Littera N. id eſt, *Natalis*, ad Genium ſpectat, ut in aliis denariis, qualis eſt Fabiæ gentis num. 6. littera viſitur T. id eſt, *Tutelaris*.

XLV.

Caput M. Junii Silani, ex averſa parte M. IVN. SILAN. EX S. C. Apollo nudus ſtans cum ſtrophio ſupra utrumque brachium, d. lauri ramum, ſ. lyram.

Succedit tertius M. Silanus, qui ut ſuam originem per lineam rectam, à M. Silano ſtirpis Silanæ principe, cum Marci in omnibus nepotibus prænomine, denotaret, ſtrenui illius viri effigiem expreſſit, cujus egregia belli facinora recitat *Livius*, quùm, extra ordinem, in Hiſpaniam cum imperio miſſum, & adjutorem P. Scipioni juniori Proconſuli datum refert. Ex altera parte Apollo, ad nepotis Præturam ſpectat, qui prius Præturam Provincialem inierat an. 629/30. deinde Tribunatum Plebis an. 632/3. Ædilitatem an. 633/4. Præturam autem Urbanam geſſit an. 639/40. quo Apollinares Ludos celebravit, in quorum memoriam Apollinem expreſſit, d. lauri ipſi ramum, quod hæc arbor ad inſpirationem & afflatum Vati conferat, ut *Sophocles in Caſſandra* tradit; ſiniſtra verò lyram præfert, quam à Mercurio accepit, teſte *Arato, in Phænomenis*.

Poſt Præturam Urbanam M. Junius Provincialem ſortitus obtinuit an. 640. & tandem Conſul creatus eſt cum Q. Cæcilio Metello an. 644.

XLVI.

ANTONIVS AVGVR COS. DES. ITER. ET TER. Caput M. Antonii Triumviri: ex averſa parte M. SILANVS AVG. Q. PRO. COS. in area.

Marcus hic Silanus quartus & ultimus ejus ſtirpis, quorum nobis denarii ſuperſunt, Juniæ gentis agmen claudet. Filius perhibetur D. Silani Conſulis, cum L. Muræna an. 691/2. & nepos M. Si-

lani Conſulis an. 644/5. cujus nummum ſuperiorem interpretati ſumus. Is autem poſt cædem Cæſaris Tribunus Militum in Gallia à M. Lepido ad obſidionem Mutinæ obſervandam miſſus, Antonio ſe contulit. Nummus eum inter Augures cooptatum deſignat & Antonii Quæſtorem, quùm an. 717/8. Antonius & Auguſtus cum Sex. Pompeio Conſulatus deſignaſſent, ex *Appiano*, in quadriennium; ante omnes Antonius & Libo, qui Conſulatum inierunt an. 718/9. nam ille in denario dicitur DES. ITER. ſed tertium Romæ iniit, nam declaratus eſt hoſtis P Romani. M. Silanus, qui Antonium ſequutus erat, in bello civili cum Auguſto, Cleopatræ ſcurrilia ſcommata non ferens, inſidiaſque ejus timens, ut narrat *Plutarchus*, illum deſeruit an. 721/2. Auguſtus benigne accepit & tandem ſecum in Conſulatu accepit an. 728/9.

XLVII.

Caput Jovis barbatum & laureatum: ex averſa parte ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ: in area B. M. id eſt, anno 42. Aries currens, pone aſtrum.

Ille Silanus in nummo expreſſus ad Q. Cæcilium Metellum Creticum Silanum pertinet. Hic ex Junia Familia, in quam adoptatus fuerat ex Manlia, iterum in Cæciliam tranſiit, & hæc omnia ſuprà nomina tulit, ut jam diximus in Cæcilia gente num. 40. Is ab Auguſto, Quirinio in Syriæ adminiſtratione ſucceſſor datus eſt, & ſub eo ab Antiochenſibus percuſſus eſt, anno 42. illius æræ, quam à pugna Actiaca in Auguſti gratiam computarunt. Alii illius Silani nummi occurrunt uſque ad annum 45.

LAELIA.

LAELIA gens Plebeia, ſed Conſularis, eam à voce λεῖος, id eſt, *glaber*, nomen deſumpſiſſe autumant; ipſi cognomen duplex, Balbus & Sapiens: Balbus quidem à linguæ vitio: Sapiens autem, ob prudentiam & præclaras virtutes.

I.

Caput Romæ galeatum: ex averſa parte C. LAELIVS, in imo ROMA. Caſtor & Pollux cum equis & haſtis decurrentes, pileis & aſtris inſignes.

Caius ille Lælius, ad quem pertinet denarius, videtur fuiſſe is, qui cum P. Africano majore amicitia conjunctus eſt; illum autem in Quæſtura percuſſit, quam geſſit an. $^{548.}_{9}$ ex Quæſtura Tribunatum Plebis adeptus eſt an. 553. Ædilis Plebis factus eſt an. $^{556.}_{7}$ Prætor Urbanus an. $^{557.}_{8}$ & tandem Conſul creatus cum L. Cornelio Scipione an. $^{563.}_{4}$ Lælio decreta eſt Provincia nempe Italia. De Caſtore & Polluce ſæpius dictum eſt. Hi, quùm ad lacum Rhegillenſem an. 257. pro populo Romano pugnaſſe creditum eſt, in magna veneratione apud eum habiti ſunt; in illorum honorem, equitum quotannis tranſvectio facta eſt ut & à Poſtumio, quorum ope relata fuerat victoria, ipſis ædes vota, ab ejus filio Duumviro ad id conſtituto, dedicata eſt an. $^{269.}_{70.}$

II.

SAPIENS. Caput Romæ galeatum: ex averſa parte C. LAELIVS. Caſtor & Pollux pileis ornati, decurrunt in equis cum haſtis, in vertice duæ ſtellæ.

C. Lælio Patri ſuccedit C. Lælius filius, ut cognomen Sapientis indicare videtur: ſed ut denarii argentei fere ſemper à Quæſtoribus, quibus eorum cudendorum cura erat demandata, præ-

ſertim

ſertim quùm non haberent, ex alio Magiſtratu inſigne aliquod, aut victoriæ, vel præclari cujuſdam facinoris monimenta, dubium aliquod is mihi attulit, nam *Plutarchus*, *in vita Graccorum*, C. Lælio in Tribunatu Sapientis cognomen tantùm inditum fuiſſe innuit, loquendo de Lege Agraria. Id, inquit, corrigere „ familiaris Scipionis adortus C. Lælius, quia renitentibus po- „ tentibus deſtitit, tumultus metu, Sapiens eſt appellatus: „ niſi dicamus *Plutarchum* intellexiſſe Sapientis cognomen, quod gerebat, in ea occaſione illi confirmatum fuiſſe: nam ſi antea illud non tuliſſet, denarium in Quæſtura ſignare non potuiſſet, ſed in Conſulatu, quod tunc raro fiebat; nec denarius ad filium C. Lælii revocari poteſt, ſi tantùm duas filias reliquerit Lælias; majorem Q. Mutio Auguri, & minorem C. Fannio nuptas.

C. Lælius Quæſturam geſſit an. 597/8. Tribunatum Plebis an. 602/3. Ædilis Plebis fuit an. 605/6. Prætor Provincialis Hiſpaniam ſortitus obtinuit an. 607/8. quam prudenter & ſtrenuè adminiſtravit, & tandem creatus eſt Conſul cum Q. Servilio Cæpione an. 613/4. ut autem C. Lælius pater cum Africano majore, ſic C Lælius filius cum Africano minore Æmiliano amicitia conjunctus eſt, & non minus bellica laude quam eloquentia inſignis fuit, Orator & Poëta illuſtris, à quo & à Scipione *Terentium* in ſcribendis *Comœdiis* adjutum narrat *Suetonius in ejus vita*.


III.

AVGVSTVS DIVI F. Caput Auguſti D. LAELIO BALBO C. SVLPICIO. L. CELSO II. VIR. Bos.

Ad Decimum Lælium Balbum ſpectat hic nummus, qui Duumvir deducendæ Coloniæ cum C. Sulpicio, & L. Celſo nominatus ab Auguſto videtur; Coloniam quidem nummus non deſignat. Hic vero Lælius poſtea ad Conſulatum pervenit cum C. Antiſtio Vetere an. 747/8. & quum in *Faſtis Conſularibus* D. filius & D. Nepos perhibetur, patrem habuiſſe D. Lælium Balbum ſuſpicamur, Quæſtorem an 696/7. & Tribunum Plebis an. 699/700. & avum D. Lælium Balbum

Quæſtorem Pompeii à Sertorio occiſum an. $\frac{676.}{7}$ qui patrem habuerat D. Lælium Balbum , Prætorem Urbanum an. $\frac{636.}{7}$ hominem doctum & probum , C. Lælii Sapientis aliorumque ejus ætatum eruditorum amicum & familiarem. Bos Coloniarum inſigne.

LAETO-


IVNIA
G·A·I·
M·IVN SILAN EX
DESTINERE TERANTONIVS AVGVR COS
F·R·I·
M·SILANVS·AVG· Q·PRO·COS·
F·Æ·I·
ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ
BM
LAELIA
G·Æ·I·
C·LÆLIVS
ROMA
SRIENS
ROM
AVGVSTVS DIVI F
G·Æ 2
C·SVLPICIO·CELSO
II·VIR·
D·LÆLIO BALBO
LAETORIA
PLANCIAN
M·LÆTORI
ROM
LICINIA
M·CRASS·M·F·
CRASSVS
P·LIC·M·F·P·N
TAB. LXXXI.

LICINIA



TAB. LXXXII.

LAETORIA.

LAETORIA gens Plebeia, cujus nomen à verbo *Lætor* derivatum aliqui exiſtimant. Diviſa fuit cognomine *Mergus*, ſed ejus nulli ſuperſunt denarii, & *Plancianus*; quod unus ex Plancia gente, etiam Plebeia, in Lætoriam ſit adoptatus, producto nomine Planciani.

I.

PLANCIAN. Caput Romæ galeatum: ex averſa parte M. LAETORI. in imo ROMA. Victoria bigas agens, d. equorum habenas, ſ. flagrum.

Quin ad M. Lætorium Plancianum, Cnei & Lucii Lætorii Planciani patrem, denarius pertineat, dubium non eſt: ſed in ejus Quæſtura an. $^{485}_{6}$ non videtur, quùm argenti munus tunc ſubirent Conſules: in ejus Tribunatu Plebis an. $^{490}_{1}$ nunquam Tribunis licuit: in Ædilitate illius an. $^{493}_{4}$ nulla habet Ædilitatis inſignia: an quando Magiſter Equitum, cum Q. Ogulnio Gallo Dictatore an. 496. Latinarum Feriarum cauſa, potiùs accederemus, in memoriam reſtauratæ harum ſolemnitatis. Q. autem Ogulnius antea Romam Æſculapium advexerat. Si verò non placet ut Magiſter Equitum denarios ſignaverit, dicendum igitur eſt, ex Conſulibus ad Prætores monetæ ſignandæ curam tranſiiſſe, & M. Lætorium Plancianum hunc ſub nomine ſuo anno $^{57}_{8}$ dum Prætor Urbanus eſſet, percuſſiſſe. Victoria in bigis cum flagro, monetæ Romanæ ſolitus hoc tempore typus, denariis bigatorum nomen dedit.

Plurimi exiſtimant eamdem eſſe gentem Lætoriam ac Plætoriam, quod multis argumentis probat *Fulvius*; ergo vide in Plætoria.

L I C I N I A.

LICINIA Familia Plebeia, ſed clara & Conſularis, dicta à *Licino*, ut Julii à Iulo, Poſtumii à *Poſtumo*, & Plancii à *Planco*, ut arbitratur *Ant. Auguſtinus*. His, quæ nobis ſuperſunt cognomina, prolatis ordine, ut ſolemus, alphabetico. *Craſſus* à corporis habitu; *Geta* Didiis & Hoſidiis familiare; Lucullus diminutivum à *Luco*, qui parvum haberet lucum arboribus conſitum; *Macer* à corporis habitu macilento; Murena ex piſce à Græcis Muræna dicto, quod illo effuſiſſime aliquis eorum ſit delectatus; *Nerva* à Nervis, id eſt, chordis dictus; *Stolo*, dictus eſt, quod nullus in ejus agris reperiretur, ex *Varrone*: Stolones autem erant arborum radices, quæ arantibus obſunt; *Varus* cui obtortæ ſunt plantæ, ex *Nonio Marcello*.

I.

Caput Victoriæ medio corpore cum alis: ex averſa parte M. CRASS. M. F. Victoria in bigis, d. flagrum, ſ. habenas equorum.

A cognominibus Craſſorum, in Licinia gente, illorum denarios exhibere inchoamus; hic vero M. Licinius M. filius, Publii nepos, Craſſus inſcribitur, utpote qui habuerit M. Junium Craſſum, ἀγέλαστον Prætorium, quem ſemel in vita riſiſſe ſcribit *Lucilius*, & patrem P. Craſſum Conſulem an. $^{582}_{3}$ Fuit ille frater major P. Craſſi, qui pater fuit Marci apud Parthos occiſi; Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. $^{636}_{7}$ in qua hunc bigatum percuſſit, cum capite Victoriæ, ob illam ab eo cujus erat Quæſtor relatam. Alii ad M. Craſſum M. F. M. N. Conſulem cum Auguſto an. $^{723}_{4}$ ob ejus in Macedoniam victoriam an. $^{724}_{5}$ ſed non eſt forma denariorum hujus temporis. Poſt Quæſturam ad Tribunatum Plebis pervenit M. ille Craſſus an. $^{641}_{2}$ deinde Ædilis Plebis fuit an. $^{644}_{5}$ Prætor Urbanus, an. $^{647}_{8}$ Provincialis an. $^{648}_{9}$

II.

Caput Cybeles turritum & velatum: ex averſa parte P. LIC. M. F. P. N. CRASSVS. Cybele ſedet in curru à duobus leonibus vecto, cum tympano & habenis eorum.

Fratri majori ſuccedit P. Licinius Marci F. Publii N. Craſſus cogno-

cognomine joculari *Dives*, majoribus inſignis quàm frater honoribus, quos ordine recenſemus. Quæſturam Provincialem iniit an. $^{638.}_{9}$ Tribunus Plebis fuit an. $^{643.}_{4}$ Senatuſque autoritate Legem ſumptuariam contra conviviorum luxum. Ædilis Plebis an. $^{647.}_{8}$ munus ſumptuoſum edidit, ut autor *Cicero*, *Offic. lib.* 2. ſed denarius olim ap. *Card. Granvellaum*, in quo Cybeles caput ex una parte, & illam leonibus vectam, ex altera Ludos Megalenſes, Matri Magnæ dicatos, celebraſſe magnificentiſſime nos edocet; in cujus memoriam eum ſignavit.

Ex Ædilitate P. Craſſus aſcendit ad Præturam Urbanam an. $^{0.}_{1}$ Provincialem an. $^{651.}_{2}$ creatus eſt Conſul cum Cn. Cornelio Lentulo an. $^{656.}_{7}$ Craſſus Hiſpaniam Ulteriorem ſortitus eſt, prorogatamque Provinciam per plurimos annos, bello tandem ſubactam ex decem Legatorum ſententia conſtituit, & ad Triumphum Romam venit; uti *Triumphales Columnæ* teſtantur.

P. LICINIVS M. F. P. N. CRASSVS PROCOS. AN. DCLX. DCLXI. *Varr.*
DE LVSITANEIS. PRIDIE. IDVS. IVN.

III.

Caput Libertatis corona ex olea ornatum, cum S. C. ex averſa parte P. CRASSVS M. F. Eques Romanus ſtans equum traducit, ſ. haſtam tenet, in imo clypeus eſt.

Fulvius hunc denarium tribuit P. Craſſo, Marci, apud Parthos occiſi, filio: ego verò revoco ad ejus avum, de quo nobis eſt ſermo; & ad id impellit ejus Cenſura, & præcipuè nota S. C. in denario expreſſa, quæ nepoti, ut avi Cenſuræ memoriam in illo exhibeat, convenire nequit: ſed potius ipſi Cenſori tot honoribus illuſtri. P. igitur Craſſus Cenſuram egit cum L. Julio Cæſare an. 664. Ut autem Cenſorum erat officium, inter alia, Senatorem movere loco, & Equiti adimere equum & annulum, ſi quid in ejus vita deprehenderent honeſtati contrarium. Etiam Equites ante eos tranſmittebant equos, & ſi quis equum habere gracilentum, aut parum nitidum, viſus erat, impolitiæ, id eſt, incuriæ notabatur. Ideo denarius nobis exhibet Equitem ſtantem, capiſtro equum tenentem, & læva haſtam; in cujus imo clypeus viſitur. Ex anteriore parte Liberta-

tis

tis caput expreſſum videtur, ad denotandum à Cenſoribus eſſe Libertatis templum reſtauratum, nam illis Urbis templorum cura erat commiſſa.

IV.

Caput Romæ galeatum, pone quod vox ROMA: ex averſa parte Jupiter ſeminudus cum ſtrophio in bigis, d. ſpiculum jaculaturus, ſ. clypeum. M. CRASS. P. F.

Patrem ſequitur filius. Ecce Marci Craſſi denarios, P. Craſſi Cenſoris filii, cujus vitam vide apud *Plutarchum*. Hic Quæſturam iniit anno 672.; ejus Tribunatus Plebis & Ædilitatis tempus ignoratur, ſed Præturam Urbanam geſſit an. 681.; in qua quùm à Conſulibus Gellio & Lentulo, bellum ſervile anno jam tertio inchoato non ſatis feliciter gereretur, M. Craſſo demandatum, quod ſex menſibus confecit ut ſcribit *Appian.* 1. *Bel. Civ. in fine*, cui ut ovans Urbem ingrederetur conceſſum eſt, quùm de ſervis triumphare indignum eſſet. In cujus memoriam M. Craſſus Jovem in bigis, ſolito denariorum typo, ſpiculum vibraturum, ut illius ope & auxilio ſe illos debellaſſe denotaret, expreſſit.

V.

Caput Romæ galeatum: ex averſa parte M. CRAS. P. F. in imo ROMA. Virtus galeata ſtans, pede globo impoſito, d. parazonium, ſ. haſtam inverſam, ad pedes prora navis, cum ancora & temone inverſo.

Ad eundem M. Craſſum P. filium pertinere hunc denarium nos edocet ejus epigraphe; & Virtus ſtans cum navi ad pedes, aliquam in mari illius geſtam actionem denotat; quam *Plutarchus* nobis demonſtrare videtur, quùm nobis Spartacum, per Lucaniam ad mare profectum, navibus prædatoriis Cilicum uſum, in Sicilia bellum denuo conſciviſſe, quem Craſſus à mari, & in Rheginorum Peninſulam confugere coëgit; ubi illius fauces foſſa & muro, (quamvis laborioſum opus,) præcluſit. In cujus rei memoriam, in denariis Virtutem expreſſit, qualis in nummis galeata depingitur, & cum parazonio haſtaque, pede globo impoſito; quod terrarum orbis virtute ſubigi poſſit, & ſymbo-

ſymbola rei maritimæ, ad illud egregium facinus denotandum in mari factum, adjecit.

M. Craſſus ex Prætura ad Conſulatum cum Pompeio Magno acceſſit an. $^{683.}_{4}$ in quo nihil memorabile geſſit; Conſulatum obtinuit iterum cum eodem Pompeio an. $^{698.}_{9}$ ipſi, Lege Trebonia, Syriæ Provincia decreta eſt in quinquennium; ſed avaritia ductus, Parthis bellum, ſine ulla Senatus autoritate Populive juſſu, intulit, quod ei funeſtum fuit; nam ab illis fœdè occiſus eſt.

VI.

Caput Jovis Capitolini laureatum, ante quod fulmen: ex averſa parte M. CRASS. M. F. L. AVTRON. P. F. PAETVS. Sella Curulis, ſupra quam duæ coronæ, urceo intermedio: in vertice EX S. C.

Duo nomina in hoc denario expreſſa, ad duas Familias eum pertinere, Autroniam nempe & Liciniam, cujus cognomen Craſſi familiare eſt, indicant: is verò jam in Autronia explanatus eſt; at de M. Craſſo M. filio nunc nobis dicendum ſupereſt. Hunc opinamur Marci apud Parthos occiſi nepotem fuiſſe, & M. Craſſi Junioris filium, quem bello Civili Galliæ Ciſalpinæ præpoſitum narrat *Appianus*, *lib.* 2. Is enim coëtaneus L. Autronii Pæti reperitur, & denarius ambos Curules Ædiles edidiſſe Magnos Ludos, Jovi dicatos, arguit. Sella Curulis eorum Magiſtratum denotat; Caput Jovis cum fulgure id confirmat. Urceus, ſacra ante Ludos peracta, & coronæ Jovi & Junoni, ejus ſorori & uxori, illas oblatas demonſtrat; illos his Numinibus, ut & Minervæ dicatos, ſparſim retulimus. Nota verò EX S. C. eos ex Senatuſconſulto celebratos indicat; ſed tempus quo editi ſunt, ob *Hiſtoriæ Romanæ* penuriam, ignoratur.

VII.

AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. In corona quercea: ex averſa parte M. LICINIVS CRASSVS III. VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum, in area S. C.

M. Licinius Craſſus, qui hunc nummum ſignavit, M. Craſſi ſuperioris filius eſſe videtur, à Senatu Triumvir Monetalis factus, poſtquam Auguſtus cum illo Provincias Romanas & ſignandæ monetæ jus diviſiſſet, anno $^{726.}_{7}$ ſed quo Craſſus hunc nummum

percuſſerit, incertum eſt, ut & quando hunc Magiſtratum minorem qui ad Conſulatum ducebat. Eum verò *Faſti Conſulares* & *Dio*, in quibus denominatur M. Licinius M. F. M. N. Craſſus cum Cn. Cornelio Lentulo geſſiſſe nos edocent, anno $^{739.}_{40}$ Senatus, etiamſi cudendæ monetæ æreæ poteſtatem haberet, & ſuos nominaret Triumviros Monetales, effigiem tamen vel Auguſti nomen in ea ſemper exhibebat.

VIII.

Caput Jovis Victoris laureatum: ex averſa parte L. CRAS. L. P. Victoria coronam trophæo imponit, in imo ROMA.

Venimus nunc ad L. Craſſum diſertiſſimum illum oratorem, quem maximè laudant *Cicero* & *Aſconius*, in *Piſoniana*, cujus parentes ignoramus cum *Ant. Auguſtino*, etiamſi denarius eum L. filium nominet, *Pighius* eum appellat P. filium, & patrem fuiſſe P. Licinium Craſſum Mucianum aſſerit: ſed *Pighio* denarii refragantur. Is Quæſturam in Aſia iniit anno $^{642.}_{3}$ & antequam in Provinciam abiret, hunc victoriatum Romæ, ut fert epigraphe, ad ejus impenſas cudi curaviſſe veriſimile videtur. *Quidam* in rei per Prætorem, cujus erat Quæſtor, geſtæ memoriam ſignatum putant; ſed *Antiquarii* obſervent victoriatos omnes eundem typum, nempe Victoriam trophæo imponentem, exhibere, unde illis nomen; & omnes eſſe quinarios, ad monetæ tantum uſum, & ferè ſemper, non in alicujus victoriæ monimentum, percuſſos.

IX.

Caput Dianæ Luna creſcente in fronte ornatum, pone dorſum arcus & pharetra: ex averſa parte L. LICIN. L. F. CRAS. Aper telo transfixus, quem canis inſequitur.

L. Licinium fuiſſe L. filium confirmat hæc denarii epigraphe; illum Plebis Tribunatum obtinuiſſe novimus, an. $^{648.}_{9}$ ex *Cicerone de Claris Orat.* Ædilis Curulis fuit cum Q. Mucio Scævola an. $^{650.}_{1}$ ut idem confirmat *Cicero*, his verbis: „Poſt P. Craſſum, L. Craſſus, cum omnium moderatiſſimo Q. Mucio magnificentiſſimè „Ædilitate functus eſt. *Plinius* verò, *lib.* 8. *cap.* 16. tradit leonum

num ſimul plurium pugnam Romæ primum dediſſe Q. Scævolam P. F. in hac ſua Ædilitate Curuli; ſed denarius L. Craſſum aliquam Aprorum venationem inſignem exhibuiſſe nos edocet, in cujus memoriam hunc denarium ſignavit, & in anteriore parte Dianæ venationis deæ & Præſidis imaginem expreſſit.

Poſt Ædilitatem L. Craſſus Præturam Urbanam geſſit cum eodem Q. Mucio Scævola an. $\frac{653.}{4}$ Provincialem verò an. $\frac{654.}{5}$ & tandem ſimul L. Craſſus & Q. Scævola Conſules creati ſunt an. $\frac{658.}{9}$ & Craſſo obvenit Gallia Citerior, ut indicat *Cicero, Rhetor.* 2.

X.

C. MALLEOL. Caput Romæ galeatum: ex averſa parte L. LIC. CN. DOM. Figura nuda in bigis ſtans, d. ſpiculum vibratura, ſ. clypeum & contum.

X I.

L. PORCI. LICI. Caput Romæ galeatum: in averſa parte idem typus & epigraphe L. LIC. CN. DOM.

Duo iſti Denarii L. Licinium cum Cn. Domitio copulant, prior in Poblicia & poſterior in Porcia quoad typum explicabuntur; interim nobis ſimul aliquem Magiſtratum geſſiſſe declarant, ſed de iis in Aurelia, Coſconia & Domitia gentibus, jam mentionem fecimus; & illos ſimul Cenſuram iniiſſe retulimus, ut nos edocet *gmentum Capitolinorum Faſtorum.*

CENSS. CN. DOMITIVS CN. F. CN. N. AHENOBARB.
L. LICINIVS. L. F. L. N. CRASSVS LVSTR. FEC. LXVI.

De illorum Cenſura loquitur *Suetonius in Nerone*, dum hunc Cn. Domitium atavum Neronis Imperatoris L. Licinium Craſ- ,, ſum oratorem fuiſſe refert; non eſſe mirandum, ait, quod barbam ,, haberet aheneam, cui os ferreum & cor plumbeum eſſet. Eo- ,, rum nomina quùm in plurimis diverſæ gentis denariis cum eodem typo, & iiſdem L. Licinii & Cn. Domitii nominibus occurrunt, idem factum à variis Triumviris Monetalibus ſub horum Cenſura expreſſum videtur, ut in Aurelia gente ſupra diximus; quem locum conſulere poterit Lector, ut non ſemper rem eandem repetamus.

XII.

METEL. SCIP. IMP. Caput Jovis Terminalis, ſub quo caput aquilæ: ex averſa parte P. CRASSVS IVN. LEG. PROPR. Sella Curulis, in vertice bilanx cum cornucopiæ, in imo ſpica.

Jam prodierunt in gente Cæcilia hi tres nummi ſubſequentes num. 32. 33. & 34. ob Metellum Scipionem ejus familiæ; at quùm P. Craſſus Junianus, ejus Legatus Proprætore, illos denarios in Africa percuſſit, de ipſo nobis hic dicendum eſt. P. Craſſus ex gente Junia ab aliquo Licinio Craſſo, cujus nomen ignoratur, adoptatus eſt; ut nomen ejus Junianus productum, ex adoptionis more, nos edocet. Quæſturam Provincialem iniit an. $\frac{695.}{6}$ Tribunatum Plebis geſſit an. $\frac{700.}{1}$ in quo Legem de Dictatura Pompeii cum Lucceio Hirro ferre volebat: adeo enim illius partium ſtudioſus erat, ut in civili bello earum fautor fuerit acer, & Q. Metelli Scipionis Pompeii ſoceri Legatus fuit Proprætore, ut nobis indicant ipſi denarii.

In parte hujus anteriore exhibetur Jupiter, cujus ſymbolum eſt aquila, ſed Terminalis, in capite faſcia redimitus, pacis Præſes & Juſtitiæ arbiter, teſte *Plutarcho in Numa*, ut Pompeiani, ſe juſtas partes amplexos eſſe, & ſe pacem quærere denotarent; in averſa verò parte Sella Curulis Conſulare imperium arguit, bilanx juſtitiam, cornucopiæ abundantiam, ſpica frumenti copiam.

XIII.

CRAS. IVNI. LEG. PROPR. Caput muliebre, palis pro turribus ornatum, ante illud caduceus, pone ſpica, ſub eo prora: ex averſa parte SCIP. IMP. Trophæum inter lituum à dextris, & urceum à ſiniſtris.

Ab eodem P. Craſſo Juniano Legato Proprætore percuſſus eſt hic denarius; &, ſi nobis conjecturæ locus, Hadrumeti, Africæ urbis, quam tenebat Q. Metellus Scipio, cum majore exercitus ſui parte, & primis Pompeianarum partium ducibus; ut legere eſt apud *Hirtium de Bell. Afric.* dum Cato cum altera parte copiarum & univerſæ Claſſis, totiuſque adeo oræ maritimæ Uticæ. Caput muliebre Hadrumeti urbis imaginem denotat, quæ (ut aliæ turribus, ad denotandum fortes muros, ornantur) palis inſignita eſt, ad arguendum ſe valla & foſſas iis præmunitas habere. Prora navis ſitum urbis

ad

ad mare denotat, caduceus pacem ſe optare, ſpica frumento agros abundare.

In averſa parte trophæum, victoriam denotat Metelli Scipionis de Julio Cæſare. Quùm autem in Africam adveniſſet urbis oppugnationem primum tentare cœpit, caſtris verò exutus, Ruſpinam 40. m. diſſitam ſe recipere coactus eſt. In cujus rei memoriam Pompeiani trophæum in eo loco & ad hoſtium terras erexerunt. Lituus & urceus Pontificatum Scipionis indicant.

XIV.

Q. T. A. Q. METEL. PIVS SCIPIO IMP. Iſis more Ægyptio, d. demiſſa ſiſtrum, ſ. ad pectus: ex averſa parte P. CRASSVS IVNI. LEG. PROPR. Victoria ſtans, d. caduceum, ſ. parmam.

In eadem Hadrumetina urbe cuſus eſt hic denarius à P. Craſſo Juniano, Legato Proprætore Q. Metelli Pii Scipionis, Pompeianarum partium in Africa ducis; in cujus gratiam exhibetur Iſis, Genius Tutelaris Africæ, ob vaticinium & ex inveterata opinione, qua vulgo Scipionum nomen in Africa invictum credebatur, certam ſibi fatalemque quodam modo victoriam pollicebantur omnes, quod apud ipſos ſummæ rerum Scipio præeſſet, & jam ab urbe Cæſarem removerant. In cujus rei monimentum, Victoriam ipſam ex averſa parte percuſſerant; ſed caduceum gerentem, ad denotandum ſe nihil aliud quam pacem optare. Vide quæ de ejus belli eventu ſucceſſit, & de generoſa Scipionis morte, in Cæcilia gente diximus.

XV.

IMP. CAESAR AVG. SER. GALBA. Caput Galbæ Imp. laureatum: ex averſo latere, ΕΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΤ. ΖΙΡ. id eſt, *ſub Muciano Antiochenſium anno* 117. in laurea.

Craſſorum ſtirpi Liciniæ gentis hunc nummum P. Licinii Muciani, in hanc familiam è Mucia per adoptionem tranſlati, adjecimus. Hic originem ducit à P. Mucio Scævola Coſ. an. 578/9; qui à P. Licinio Craſſo Divite, P. Craſſi Pontificis Max. filio adoptatus, è Caii prænomine Mucii, dictus eſt Publius Licinius, & producto nomine, Mucianus appellatus. Per ordinarios Magiſtratus ad Conſulatum pervenit, & ex *Plinio*, ter illum adeptus

 eſt

eſt, & tandem Syriæ Præfectus Ceſtio Gallo in Provincia mortuo ſucceſſor à Nerone datus. Illius mores deſcribit *Tacitus*, *lib.* 17. Antiochenſes ſub eo ut fert epigraphe ΕΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ, hunc nummum novo Imperatori Galbæ, poſt Neronis è Julia familia ultimi mortem, percuſſerunt.

Litteræ numerales ZIP. denotant annum Æræ Antiochenſium; ſed non amplius illam, quam ab Auguſto poſt Actiacam pugnam vel Ægyptum captam, numerabant: nam ſub Tiberio, antiquiorem à Cæſare Dictatore autumno anni 704; reſumpſerant: itaque Nero ſe ipſum interfecit A. D. IV. Id. Junii, vergebatque annus 116. illius Æræ Antiochenæ, & Autumno anni urbis Romæ cœpit 117. Antiochenſium quo percuſſus eſt nummus Galbæ, qui occiſus eſt 17. Kal. Februarii, quod 18. Kal ejus menſis eveniſſe ſcribit *Plutarchus*.

Corona laurea in memoriam illius aureæ, quæ quotannis Imperatori proferebatur, ſignata videtur; ideo annus novus puta 117. notatur. Pars anterior epigraphen Latinam exhibet, quod Antiochenſes, per autonomiam à Pompeio Magno ipſis conceſſam & à Senatu confirmatam, nummos cudere Latinè obtinuerant; ut videre eſt ex tot nummis, apud ipſos in hac lingua cuſis; imo & ſæpe cum s. c. nota. Sed habet in averſa parte inſcriptionem Græcam, quod Syriæ Præſes ſuam haberet monetæ officinam, in qua Græcè pro impenſis Provinciæ nummos cudebat; ut ex aliis omnibus Præſidum nummis obſervare eſt; at quùm hic nummus Imperatoris imaginem præferat, ab Antiochenſibus ex una parte cuſus eſt Latinè, & quùm ſub Præſidis nomine cuſus, ideo ex altera parte Græcam exhibet.

Hic eximiæ ſingularitatis nummus in Doct. *Peireſchii Cimelio* repertus in noſtras manus pervenit, & tandem, ut *Antiquarius* Regius, *in Theſaurum* Ludovici M. à nobis collocatus eſt.

XVI.

CRAS. Prora navis: ex averſa parte Crocodilus.

Diu hæſimus, an hunc nummum in Licinia gente deſcriberemus, quùm Craſſi cognomen, incertam denotet familiam & ad plurimas pertinere poſſit; ut ex *Glandorpio* diſcimus.

Porro

Porro *Goltzius* illum Liciniæ adjudicat, ſed nullam de factis reddit rationem; *Patinus* verò eum ad Canidium Craſſum qui exercitui pedeſtri ad Actium Triumviri M. Antonii præerat, revocat. Priori autem potius aſſentimur, ſed non illi Licinio, cui eum tribuit. Quidquid in illo verius videtur, illius forma & Crocodilus Ægypti ſymbolum, in ea percuſſum indicant, ut ſequens nos confirmat.

XVII.

Caput muliebre ignotum: in averſa parte CRAS. Faſcis cum ſecuri.

Eadem vox CRAS. in nummo hoc æreo minuto, quæ in ſuperiore mediocri epigraphe, ad eandem gentem ſpectare denotat; & ſi nobis conjecturæ locus, Liciniæ genti eum adjudicamus; ſed ille, non ſtante Republica, & potius ſub Auguſtis percuſſus videtur, ſi quidem Liciniorum Craſſorum ſtirps ſub illis ornata eſt plurimis majoribus Magiſtratibus; ut videre eſt ſparſim apud *Hiſtoriæ Scriptores*. Præſertim quùm Ægyptus ſemper paruerit Regibus ante Auguſtum, & ab illo in Provinciam tantum redacta ſit. Faſcis cum ſecuri Prætoris videtur eſſe ſymbolum qui, Ægypto ſub aliquo ex Cæſaribus, ex Licinia gente Craſſi cognomine præfuerit.

XVIII.

Caput Herculis cum clava, ſupra humerum dextrum ROMA: ex averſa parte. C. LICINIVS P. F. GETA. Trophæum cum ſpoliis.

A Liciniis cognomine Craſſis, ad Getam tranſimus, cujus hic occurrit denarius, à C. Licinio P. filio Geta percuſſus, qui Provincialem Quæſturam adeptus eſt, an. $^{621.}_{2}$ Tribunatum Plebis an. $^{626.}_{7}$ Ædilitatem Plebis an. $^{629.}_{30}$ Præturam Urbanam an. $^{632.}_{3}$ Provincialem an. $^{633.}_{4}$ Conſulatum cum Q. Fabio Maximo Eburno an. $^{637.}_{8}$ Galliam ceſſiſſe Licinio Getæ veriſimile eſt; illam verò totam P. Romano aſſeruiſſe denotat ejus denarius cum trophæo: ſiquidem anno ſequente eam factam fuiſſe Provinciam Conſularem legimus. Trophæa autem in loco, ubi victoria fuerat relata, ad rei memoriam

moriam & ad hoſtium terrorem erigebatur. Hercules in anteriore denarii parte, tanquam tutelaris Galliæ deus exhibetur, ut omnes norunt.

Valer. Maximus C. Licinium Getam, etſi Conſularem, à Senatu motum narrat cum triginta duobus aliis Senatoribus, à L. Metello & Cn. Domitio Cenſoribus: ſed tamen cum honore ita reſtitutus eſt, ut ipſe Cenſuram ſequentem inierit cum Q. Fabio Maximo Allobrogico, ut nos docet *Fragmentum Capitolinum.*

CENSS. Q. FABIVS. Q. F. Q. N. MAX. ALLOBROGICVS.
C. LICINIVS. P. F. P. N. GETA. L. F. LXIII.

XIX.

FIDES. Caput Deæ Fidei olea corona ornatum : ex averſa parte L. LVCVL. EX S. C. ROMA. Navis Prætoria cum remigibus.

Ordine Alphabetico cognominum Liciniorum, Lucullus Getam ſequitur. Is fuit L. Licinii filius, & ipſe L. Licinius etiam nominatus, homo diſertus ac dives. Quæſturam iniit Provicialem in Aſia, ſub Sylla, an. $^{665.}_{6}$ & Provinciam cum laude rexit, ut refert *Plutarchus in ejus vita.* Ejus Tribunatus Plebis tempus ignoratur; ſed Ædilis Curulis fuit cum fratre M. Terentio Varrone Lucullo an. $^{674.}_{5}$ in qua Ludos dedit magnificentiſſimos, teſte *Cicerone, Offic. lib.* 2. Præturam Urbanam, Legis Corneliæ beneficio, petiit & obtinuit an. $^{676.}_{7}$ ut refert ipſe *Tullius*, *Academic. Quæſt. lib.* 4. Prætor Provincialis Africam ſortitus eſt an. $^{677.}_{8}$ Conſul creatus eſt cum M. Aurelio Cotta an. $^{679.}_{80}$ in ſequentem annum Gallia Narbonenſis Lucullo erat decreta, ſed L. Octavii Ciciliæ Procoſ. mors effecit, ut hæc Provincia Lucullo, cum bello Mithridatico, & Collegæ ejus Cottæ Bithynia cum Claſſe, qui Propontidem ſervaret, demandata ſit.

Ut Mithridates non modo ingentem exercitum comparaverat, ſed hiemem in cædenda materia fabricandis navibus & Claſſem more Romano inſtruebat, Senatus Conſulibus præcepit, ut Claſſem pariter augerent, & Sertorium, qui ex Hiſpania icto fœdere ad Mithridatem acceſſurus erat, prohiberent. Denarius ejus Claſſis memoriam nobis conſignat, ex Senatuſconſulto comparatam; & in anteriore ejus parte Dea Fides expreſſa eſt, ad eam vindicandam,

candam, quam pacis infractor Mithridates toties violaverat.

XX.

LVCVLLVS PR. COS. Caput Romæ. L. LICINIVS. Lucullus in quadrigis triumphalibus, d. habenas equorum, ſ. ſcipionem eburneum; in vertice ROMA.

Lucullus in Aſiam claſſe profectus, in Bithyniam deſcendit, quam teſtamento relictam à Rege Nicomede P. Romano invadere conabatur Mithridates, Cyzicum oppugnando. Lucullus ejus exercitum fame ferroque delevit, Regem in Pontum perſecutus, quem adortus ingenti prælio profligavit, Amiſum & Eupatoriam obſedit, & quum Mithridates ad Tigranem Armeniæ Regem, generum ſuum confugiſſet, hunc exigua manu, pridie Nonas Decembris an. 684; cum exercitu numeroſo in fugam egit, & Metropolim ejus Tigranocertam cepit, ſed dum ad Niſibin uſque progreditur, Mithridates exercitus reliquias colligit, & Triarium Luculli Legatum vincit ingenti ſtrage facta. Unde in Luculli locum Pompeius miſſus eſt, & Lucullus Romam ad triumphum reverſus eſt, ſed inimicorum calumnia, triennio tardius quam debuerat, triumphavit an. 690; ut declarant *Columnæ triumphales.*

L. LICINIVS L. F. L. N. LVCVLLVS PROCOS. AN. DCXC. DCXCI. *Varr.*
EX. PONTO. CAPPADOCIA. ARMENIA. DE. REGIBVS.
MITHRIDATE. ET. TIGRANE. ... ...

In triumphi illius memoriam cuſus eſt hic denarius, in quo Lucullus veſte triumphali ornatus, quadrigis vectus conſpicitur, ſcipionem eburneum Conſulis inſigne gerit, & omnibus Ducibus & militibus, qui ad triumphum convenerunt, diſperſi ſunt hujuſmodi denarii ad 950. drachmas ſingulis. Vide illius magnificentiam & deſcriptionem apud *Plutarchum.*

XXI.

Caput Vejovis fulmen vibraturi: ex averſa parte C. LICINIVS L. F. MACER. Pallas galeata in quadrigis decurrentibus, d. telum vibratura, ſ. clypeum.

A Liciniis cognomine Luculli ad Macrum procedimus. Hic in

 dena-

denario Caius Licinius Lucii filius Macer inſcribitur, quem percuſſit in Quæſtura Provinciali an. $^{675.}_{\;6}$ in ejus anteriore parte Vejovis ad nocendum paratus exhibetur, ideo fulmen vibraturus. Illum ab Apolline etiam dictum in Cæſia gente ex *A. Gellio* diximus; in averſa Pallas galeata in quadrigis, pro Victoria quadrigatorum ſymbolo: nam temporis ſucceſſu variarunt denariorum typi. Unuſquiſque Magiſtratuum ex arbitrio, Deum vel Deam, quem peculiari honore coleret, aut quavis alia de cauſa, exhibuit.

Ita jejuna eſt *hiſtoria*, ut Macri Tribunatum Plebis & Præturam ignoremus, ſed Prætorium repetundarum reum ante *Ciceronem* Prætorem an. $^{686.}_{\;7}$ accuſatum, & Licinii Craſſi, propinqui ſui autoritate nimis fidentem, & per ſe in civitate plurimum valentem, tamen damnatum fuiſſe, *Cicero* ſparſim & *Val. Maximus*, *lib.* 19. *cap.* 12. referunt, & pœnam morte præveniſſe hic tradit. Licinium Calvum Oratorem & Poëtam inſignem habuit, qui unum & viginti libros Orationum reliquit apud *Tacitum*, *in Dial. de Orat.*

XXII.

Caput Jani bifrontis imberbe: ex averſa parte L. MVRENA. in imo Navis.

Macri cognomen Liciniæ gentis ſequitur alterum Murenæ ejuſdem Familiæ. Is eſt L. Murena ejus, qui poſt illum Conſul fuit, pater. Quæſturam Provincialem accepit an. $^{655.}_{\;6}$ in qua pro Provinciæ impenſis, hunc aſſem uncialem Romæ percuſſiſſe videtur: De Jano, & navi, illius ſymbolis ſæpe, ut de aſſe librali ad unciam ſecundo bello Punico, dictum eſt.

XXIII.

Caput Herculis pelle leonina amictum, pone quod tres globuli: ex averſa parte in vertice MVRENA. in imo ROMA. Navis, ad latera tres globuli.

Tres illi globuli, ex utraque nummi parte ſignati, monetæ pretium denotant, quartamque aſſis partem arguunt, hæcque moneta minuta ad commercii uſum, aut pro ſolvendis rebus ad Provinciæ impenſas neceſſariis, à Quæſtore L. Mure-

Murena percuſſa. De Hercule in quadrantibus ſæpe ſignato ſparſim diximus: nam ille ex primis diis, quos Romani coluere, à Græcis ſub Evandro allatis, extitit.

XXIV.

Caput Romæ galeatæ cum tribus globulis: ex averſa parte MVRENA. in imo ROMA. Navis & tres globuli.

Alia eſt quadrantis imago, nempe Romæ, ut Deæ in Urbe cultæ, caput; nam Græci illi templum erexerunt, ut nos docent eorum Numiſmata, cum epigraphe ΘΕΑ ΡΩΜΗ. De quadrantis pretio ſupra.

XXV.

Caput Jani bifrontis barbatum: ex averſa parte L. MVRENA. Victoria ſtans d. imponit trophæo, ſ. palmam.

L. Murena ex Quæſtura ad Tribunatum Plebis tranſiit an. $^{660.}_{1}$ Ædiliſque Plebis factus eſt an. $^{663.}_{4}$ Prætor Urbanus an. $^{669.}_{70}$ Provincialis an. $^{670.}_{1}$ Aſiam obtinuit, & à Sylla in Italiam properante cum imperio & duabus legionibus relictus, triumphi cupidine ductus, pacem cum Mithridate fregit, & ab Archelao illius duce, qui ad eum confugerat, ſuaſus Cappadociam ingreſſus, Comanam urbem inſignem cepit, & aliquot milites regios fudit: quo loco nummus illum erexiſſe trophæum nos edocet, in cujus rei memoriam aſſes percuſſit ex hoſtium manubiis: illi autem non Romæ percuſſi ſunt.

XXVI.

Caput Romæ galeatum, hinc MVRENA, inde ROMA. ex averſa parte L. LICINI. P. F. Jupiter in quadrigis triumphalibus, d. ſceptrum, ſ. fulmen & habenas equorum.

Prolato in Aſia imperio an. $^{671.}_{2}$ Murena, bellum cum Mithridate, ſed parùm felix; nam poſtquam Halym fluvium tranſiiſſet, à Rege prælio ingenti ſuperatus eſt, atque in Phrygiam compulſus, à Sylla revocatus; triumphavit tamen cum illo, anno ſequente $^{672.}_{3}$ ut oſtendunt *Marmora Capitolina*.

L. LICINIVS. P. F. MVRENA. PROPR. AN. DCLXXII/DCLXXIII.
DE REGE MITHRIDATE. EX ASIA.

Cicero, Orat. pro Lege Manilia inquit, L. Sylla triumphavit, L. Mu„ rena de Mithridate, duo fortiſſimi & ſummi Imperatores. In ejus triumphi memoriam percuſſit denarios Murena; ſed Jovem in quadrigis triumphalibus, ut ejus ope & auxilio barbaros profligaſſe demonſtraret, exhibuit.

XXVII.

NERVA. Caput Apollinis: ex averſa parte A. LICINI. Figura nuda in equo decurrens, d. habenas, ſ. humero palmam.

Poſt Licinios cognomine Murenas, ſuccedit alter Licinius cognomine *Nerva*. Hic eſt A. Licinius Nerva, filius, ut opinamur, A. Licinii Nervæ Prætoris Provincialis, an. 587/8 qui Quæſturam Provincialem iniit an. 599/600 Tribunatum Plebis an. 604/5 Ædilitatem an. 607/8 Præturam Urbanam an. 610/11 in qua denarius eum Ludos Apollinares ediſſe denotat: nam Prætoribus Urbanis eos celebrare demandatum erat. Alter ex Licinia gente, P. Licinius Varus Prætor an. 547/8 Legem tulit ut Ludi Apollinares in ſtatam diem ederentur, quod in certa die fierent ita ex s. c. Primus vovit fecitque a. d. III. Non. Quintiles; at quum illi Primum ſcenici tantum eſſent, equorum curſus eſt iis additus. In cujus memoriam A. Licinius Victorem in equo decurrentem, cum palma victoriæ ſymbolo, denarium ſignavit: in anteriore ejus parte expreſſa eſt imago Apollinis, cui hi Ludi erant dicati.

A. Licinius Nerva, poſt Præturam Urbanam, ſortitus Macedoniam obtinuit an. 611/2 in qua exortum eſt bellum à Pſeudo-Perſeo excitatum; quem L. Tremellius, A. Licinii abſentis Quæſtor, cum copiis profligavit & occidit, ex *Livii epitome*. Licinius verò ab exercitu in caſtris, etiamſi abſens, appellatus eſt Imperator.

XXVIII. XXIX. XXX.

FIDES. Caput Deæ Fidei corona ex olea ornatum, NERVA. ex averſa parte A. LICINIVS. in altero LICIN. III. VIR. Figura in equo

LICINIA



TAB. LXXXIII.


LICINIA
NERVA
A·LICINI
A·LICINIVS
FIDES
III·VIR·
NERVA
NERVA
FIDES
III·
VIR·
LICIN
NERVA
FIDES
III·
VIR·
A·LICINIVS
NERVA
FIDES
ALBINVS·BRVTI·F·
NERVA
S
IMP·CAESAR·AVGVSTVS·PON·MAX·TR·POT·
SC
AVGVSTVS
TRIBVNIC
POTEST
STOLO·III·VIR·A·A·A·F·F·
SC
OB
CIVIS
SERVATOS
P·LICINIVS·STOLO·III·VIR·A·A·A·F·F·
SC
TR·POT·
AVGVSTVS
P·STOLO
III·VIR·
AVGVSTVS
DIVI·F·
P·STOLO
III·VIR·
POMPILI
C·LICIN·VARVS
TAB. LXXXIV.

equo currente, ornata ſtrophio, ad cujus pedes altera figura genuflexa, enſem tenet.

Ex primo denario Licinius hic Nerva, Auli prænomine inſcribitur, & ex ratione temporum, A. Licinii Nervæ ſuperioris nepos eſſe videtur; qui, ut opinamur, A Licinii Nervæ Tribuni Plebis an. 638/9 & Prætoris Urbani 644/5 filius fuit, qui Triumvir factus, ex una parte deam Fidem exhibuit, quod ejus fanum in Capitolio à Numa, ut ſcribit *Plutarchus in ejus vita*, extructo, vetuſtate conſumptum, reſtituiſſe videtur, ut fert inſcriptio Triumviri, qui reficiendis ſacris ædibus creabantur, ut ſparſim diximus, ex *Livio*, *lib.* 25. & ex Alfiniæ gentis & aliarum denariis oſtendimus. In altera parte videtur eſſe Pſeudo-Perſei, in acie ab A. Licinio Nerva avo, devicti monimentum, cujus hiſtoriam ſupra retulimus.

XXXI.

FIDES. Caput Fidei deæ cum corona oleaginea, pone quod NERVA. in averſa parte, ALBINVS BRVTI F. Duæ dextræ caduceum alatum tenentes.

Idem Fidei deæ caput, & eadem circa illud epigraphe, denarium eidem A. Licinio Nervæ adjudicat. Eadem ALBINVS BRVTI F. inſcriptio, cum eodem dextrarum, caduceum alatum gerentium, typo, in Junia gente ad A. Poſtumium Albinum Bruti filium ſpectante, A. Licinium Nervam Poſtumii Albini, Mutinæ obſeſſi, Quæſtorem fuiſſe demonſtrat, & denarium in hac urbe cuſum, ut in illo Perſona, cum C. Vibii Panſæ Conſulis nomine, ſymbolum exhibetur, ad deſignandam Senatus cum Poſtumio Albino concordiam; eundem Licinius Nerva typum ad eam confirmandam in hoc denario exhibet. Caduceum alatum ad felicitatem ex concordia expectandam adjicit. Interim tam Fidei imaginem in altera Liciniorum ſtirpe, nempe Lucullorum, in eorum denariis expreſſam protulimus, quam, ob illorum erga hanc deam cultum, ſignatam diximus, qua forſan de cauſa A. Licinius Nerva, ad ejus ædes reſtituendas ideo à Senatu eſſe electum.

XXXII.

Caput Jovis laureatum NERVA. ex altera parte S. Figura muliebris ſupra proram.

Nerva ut eſt Licinii cognomen, ſic eſt Silii, ad quam ex iis gentem pertineat nummus, videant; nos potius ad hanc ſpectare arbitramur. Ideo vide in Silia.

XXXIII.

IMP. CAESAR AVGVSTVS PONT. MAX. TR. POT. Caput Auguſti nudum: ex averſa parte A. LICINIVS NERVA SILIAN. III. VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum S. C. in area.

A. Licinius Nerva ſupradictus, quem A. Poſtumii Albini Quæſtorem protulimus, quùm prolem non haberet ſibi adoptavit P. Silii Nervæ filium, ut innuit *Paterculus*, *lib.* 2. *cap.* 116. Et Aulus
„ Licinius Nerva Silianus, Publii Silii filius dictus eſt, ideo Auli prænomen accepit, & Silii nomen produxit in Silianum. Hic Triumvir Monetalis Senatus eſt factus, & Auguſti effigiem ut moris erat, percuſſit; hic immatura morte præreptus eſt apud eundem *Paterculum*, & filium reliquit P. Licinium Nervam, qui Conſulatum geſſit cum M. Julio Veſtino Attico an. 816/7 quorum me-
„ minit *Phlegon*, *Rerum mirabilium cap.* 33. Ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Αὔλου
„ Λικιννίου Νερούα Σιλιανοῦ καὶ Γαΐου Οὐεστίνου Ἀττικοῦ. Coſſ. Romæ A. Licinio
„ Nerva Siliano & C. Veſtino Attico.

XXXIV.

OB CIVIS SERVATOS. Corona ex lauro inter duos lauri ramos: ex altera parte P. LICINIVS STOLO. III. VIR A. A. A. F. F. circa ambitum S. C. in area.

Ad Stolonem Liciniæ gentis cognomen pervenimus Primus illud tulit C. Licinius C. Licinii Calvi filius, qui quùm eſſet Tribunus Plebis an. 377/8 Legem tulit ne cui Plebeio plus quingenta jugera agri habere liceret, & ideo Stolones in agris ſuis eruere juſſit, unde cognomen ab eo, Stolonis progenies Tribunatum Plebis obtinuit uſque ad an. 633. quo reperitur P. Stolo; deinde

jacuit

jacuit uſque ad hunc P. Licinium Stolonem, quem nummus Triumvirum Monetalem Senatus ſub Auguſto fuiſſe nos edocet. Laurea modo in his tertiæ magnitudinis, modo quercea cum epigraphe OB CIVIS SERVATOS, ſeu ut perpetuus hoſtium Victor Auguſtus, ſeu ut Civium ſervator, de quo *Dio, lib.* 57.

XXXV.

AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. in laurea: ex averſa parte STOLO. III. VIR. circa ambitum. S. C.

Superior nummus ad P. Licinium Stolonem pertinere hunc docet, ut & ſimplex STOLO cognomen in illo inſcriptum ſuaderet; nam Stolonis cognomen ſolis Liciniis familiare eſt. C. Licinius Stolo ejus cognominis autor, Conſulatum ad Plebeios ſeditione cum L. Sextio Collega tranſtulit an. 387. & ipſe illum obtinuit an. 589. Triumviri Monetalis Senatus inter honores Auguſto delatos Tribunicia poteſtas præcipua fuit, ut intercedere iis, quæ ab aliis contra ipſius placitum moverentur, poſſet: unde ſucceſſores ejus in Imperio eam ſemper retinuerunt, quam omnes quotannis repetebant eo die quo fuerant Imperatores proclamati, unde eorum annorum ſeries.

XXXVI.

AVGVSTVS TR. POT. Caput Auguſti: ex averſa parte P. STOLO III. VIR. Apex inter duo ancilia.

P. Licinius Stolo, ex hoc denario, non modo Senatus Triumvir Monetalis fuiſſe, ſed etiam Auguſti, colligitur; ſed an ante vel poſt minorem Magiſtratum geſſerit, incertum eſt. Triumviri Monetales Senatus, nummos æreos ex omni modulo ſignabant, & Triumviri Monetales Auguſti, ut ſæpe diximus, denarios argenteos & aureos cudebant. De Apice & Anciliis ſic ait *Urſinus*, Unum nempe Stolonem ex duodecim Saliis fuiſſe, „ vel majorum ſuorum aliquem, propterea quod Saliorum ſunt „ ancilia, ut & apex. Niſi ad Auguſtum & ejus Ludos Sæculares ancilia hujuſmodi referre malimus; quia Patricii eſſent Salii, Stolo verò Plebeius.

XXXVII.

XXXVII.

AVGVSTVS DIVI F. Auguſtus in equo, d. coronam: ex averſa parte P. STOLO. III. VIR. Apex idem inter duo ancilia.

Fulvius exiſtimat equeſtrem eſſe Auguſti ſtatuam, ad aliquam ejus victoriam ipſi erectam; de qua plurimum dubito, quùm „ in baſi eques non exiſtat, ſed *Dio* qui totus eſt Numiſmati- „ cus, nos edocet Auguſtum è Syria redeuntem, an. $\frac{634.}{5}$ Ro- „ mam intraſſe ovantem in equo, his verbis, *lib.* 53. Equo „ etiam ovans in urbem invectus eſt: id vero Auguſto decretum eſt, quod citra ullum certamen à Parthis Cives & ſigna militaria recepiſſet: unde & ſacrificia illi ejus rei cauſa & templum Martis Ultoris in Capitolio, qua ſigna ea militaria ſuſpenderentur; ideo videntur appoſita in denariis ancilia, quod Salii eſſent Martis Sacerdotes & illa ſervarent; quorum etiam apex erat inſigne.

XXXVIII.

Caput Junonis ſoſpitæ pelle Caprina amictum: ex averſa parte, NVMA POMPILI. in area C. LICIN. VARVS. in imo Numa Pompilius ſtans, d. lituum ad aram, ante quam Victimarius Capram ducit.

Cognominum Liciniæ gentis agmen claudet Varus, quod tulit C. Licinius P. F. P. N. Varus, cujus avus Tribunus Plebis an. 449. primus ita vocatus eſt. Ille verò Quæſturam ſuſcepit an. $\frac{53.}{4}$ in qua hunc denarium cudit, ob Ædis Junonis Soſpitæ, ut videtur, reſtaurationem, in quo Sacrificia huic deæ à Numa Pompilio inſtituta expreſſit. Hæc ritu Aboriginum antiquiſſimo, Roma ut Lanuvii religiosè colebatur: imo & illi à Coſſ. Romanis vetuſto more Roma Lanuvium progredientibus, ſacra peragebantur. Numa viſitur, ut ſacrorum deæ Inſtitutor, Popa Capram immolaturus ut eorum Miniſter, & Capra Junoni Opiferæ hoſtia, quam Hercules primus immolavit, poſtquam contra Hippocoonta & ejus liberos victoriam retuliſſet. Junonis verò Soſpitæ templum erat in Palatino monte.

Varus

Varus ex Quæſtura ad Tribunatum Plebis aſcendit an. 508/9. Ædilis Plebis fuit an. 511/2. Prætor Peregrinus an. 514/5. & tandem Conſulatum obtinuit cum P. Cornelio Lentulo Caudino anno 517/8.

Obſervandum nos denarios tam ex *Urſino* quam ex *Patino*, cum epigraphe P. NERVA, non ad Liciniam, ſed ad Siliam gentem ſpectantes, in eam tranſportaſſe.

L I V I A.

LIVIA gens Plebeia eſt, ſed plurimis Magiſtratibus illuſtris. Nomen habuiſſe *quidam* putant à voce *Liveo*; quod plumbei coloris eſſet, qui primus dictus eſt Livius. Ejus cognomina in denariis ſuperſunt; Druſus à Drauſo hoſtium duce occiſo; Libo ex Familia Scribonia adoptione deſumptum; & Salinator, quod cognomen in Cenſura inveniſſe *Livius* exiſtimat, vectigali novo ex ſalaria negotiatione inducto.

I.

Caput Junonis Soſpitæ caprina pelle amictum, pone quod Sella: ex averſa parte mulier, d. ſerpentem, ſ. innixa columnæ.
C. LIVIVS MAMILIANI F. DRVSVS.

Caius Livius Druſus in hoc denario Mamiliani filius appellatur, ad diſtinctionem alterius C. Livii Druſi ſui temporis: nam videtur illico adoptivum nomen, cognominis loco accepiſſe, quod ejus pater è Mamilia in Druſorum gentem fuiſſet adoptatus. Is vero Quæſturam Provincialem iniit an. $^{591}_{2}$ quo denarium hunc percuſſit ad uſum ſacrificiorum Junonis Soſpitæ. Quotannis autem Conſules Lanuvium more antiquo proficiſcebantur, ut ibi deæ Sacra ſolemnia pro Republica obirent, de quo *Cicero*, „ *pro Murena*, Nolite à ſacris patriis Junonis Soſpitæ, cui om- „ nes Conſules facere neceſſum eſt, domeſticum & ſuum Conſulem avellere. In cujus memoriam Livius, ut depingebatur, nimirum capite caprina pelle amicto, quod ei capra pro hoſtia, ut diximus, immolabatur, & ejus Sacerdotes nudi, illa tantum pelle cooperti, Lupercalibus februabant per vicos mulieres. In averſa parte ut Salus depingitur, ſerpenti abblandiens; quod Lanuvii ſerpens & ipſe coleretur, de quo *Propertius*, *lib.* 4. *Elegiar.*

Lanuvium annoſi vetus eſt tutela Draconis.

Sella Matronalis, quod in ædibus Junonis Soſpitæ, in foro Olitorio, Romæ Matronæ ſacra facerent.

Ex Quæſtura Livius accepit Tribunatum Plebis an. $^{596.}_{7}$ Ædilitatem an. $^{599.}_{600}$ Præturam Urbanam an. $^{602.}_{3}$ tandem Conſulatum cum P. Cornelio Scipione Afric. Æmiliano an. $^{606.}_{7}$

II.

Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA. ex averſa parte C. DRVSI. C. F. Caſtor & Pollux equites cum haſtis decurrentes, aſtris inſigniti.

Ad Caium Livium Druſum qui è Claudia Pulchrorum Familia adoptatus eſt in Liviam gentem, ſpectare videtur. Is erat filius C. Claudii Pulchri Conſulis an. $^{623.}_{4}$ qui datus eſt in adoptionem C. Livio Druſo ſuperiori item Conſuli an. $^{606.}_{7}$ ut diximus, & appellatus eſt C. Livius Druſus Claudianus, à quo Tiberius Imperator originem duxit, apud *Suetonium*, per Liviam matrem, cujus erat avus: unde genus utrumque à Claudia gente traxiſſe narrat. Hic Quæſturam Provincialem iniit an. $^{623.}_{4}$ quo denarium cudit, cum ſolito eorum typo, nempe Caſtoris & Pollucis fratrum; ad deſignandam ſuam cum fratre M. Livio, de quo infra, concordiam.

C. Livius ex Quæſtura ad Tribunatum Plebis acceſſit an. $^{628.}_{9}$ Ædiliſque factus eſt an. $^{631.}_{2}$ Præturamque geſſit Urbanam an. $^{634.}_{5}$ Fuit ille Juriſconſultus inſignis cum fratre M. Livio Druſo adjunctus, apud *Ciceronem, in Bruto*.

III.

Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA. ex averſa parte Caſtor & Pollux aſtris inſignes, decurrunt in equis cum haſtis. M. LIVIVS C. F. DRVSVS.

M. Livius Druſus fuit C. Livii Druſi filius, & Mamiliani nepos, fraterque adoptivus C. Livii Claudiani ſuperioris. Hic Quæſturam Provincialem accepit an. $^{626.}_{7}$ in qua hunc denarium cum fraternæ concordiæ ſymbolo, ut frater ſignavit, nempe Caſtorem & Pollucem, de quibus ſparſim diximus, ut id repetere ſupervacaneum videatur. Poſt Quæſturam M. Livius Tribunatum Plebis iniit an. $^{631.}_{2}$ in quo Magiſtratu plurimas Leges Plebi & Senatui gratas tulit, & dictus eſt Patronus Senatus. Ædilis Plebis factus eſt an. $^{634.}_{5}$ Prætor

Urbanus an. $^{637.}_{8}$ ex Prætura Africam ſortitus, ex *Hiſt. Salluſt.* $^{635.}_{6}$ Conſulatum obtinuit cum L. Calpurnio Piſone Cæſonino an. $^{641.}_{2}$ Druſo Macedonia obvenit. Prorogata Provincia Scordiſcos ultra Danubium repulit an. $^{642.}_{3}$ & de iis triumphavit ut teſtantur *Marmora Capitolina.*

M. LIVIVS C. F. MAMILIANI. N. DRVSVS. AN. DCXLIII.
PROCOS. DE. SCORDISCEIS. EX. MACEDONIA.....

Anno ſequente 644. M. Livius creatus eſt Cenſor cum M. Æmilio Scauro, ex *Plutarcho in Quæſt. Romanis*, ſed in Cenſura mortuus eſt.

IV.

Caput M. Livii Scribonii Libonis: ex averſa parte M. LIVIVS L. F. DRVSVS LIBO. Sella Curulis, hinc cornucopiæ, inde lauri ramus, in vertice EX S. C.


Marcus ille Livius L. Scribonii Libonis Sext. Pompeii ſoceri filius fuit, & adoptatus à M. Livio Prætore an. $^{703.}_{4}$ cognomen Libonis pro adoptionis ſymbolo geſſit. Hic ſe Livii filium appellat, à patre, ſed prænomen Marci tulit à patre adoptivo, in cujus memoriam illius effigiem percuſſit, quùm fuiſſet Conſul an $^{719.}_{20}$ M. Antonio familiaris, & cujus ſororem Scriboniam duxerat Auguſtus.

Sella Curulis Ædilis & Prætoris inſigne eſt; cornucopiæ quidem Druſum Libonem in Ædilitate annonam procuraſſe; & lauri ramus in Prætura Apollinares Ludos celebraſſe arguunt: nota verò S. C. Senatuſconſulto editos indicat; Libonem Conſulatum cum L. Calpurnio Piſone an. $^{738.}_{9}$ *Tabulæ Græcæ* & *Dio* proferunt.

V.

Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA: ex averſa parte Victoria in bigis, d. flagrum. M. SALINATOR. CN. FOVLV. Q. METELLVS.

Hic denarius tria Familiarum Liviæ, Fulviæ, & Cæciliæ nomina exhibet. Igitur jam in duabus Cæcilia ſcilicet & Fulvia prodiit;


LIVIA
LIVINEIA
TAB. LXXXV.


LIVINEIA
L.LIVINEIVS
REGVLVS
LIVINEIVS
REGVLVS
L.LIVINEIVS
REGVLVS
M.LEPIDVS.III.VIR.R.P.C
IIII.VIR.R.P.C.
L.REGVLVS
M.ANTONIVS III.VIR.R.P.C.
IIII.VIR.A.P.F.
L.REGVLVS
III.VIR.R.P.C
C.CAESAR
L.LIVINEIVS
REGVLVS
REGVLVS
PVLCHER
TAVRVS
III.VIR
A.A.A.F.F.
SC
REGVLVS
PVLCHER
TAVRVS
S C
VIR.A.A.A.F.F.III
LOLLIA
L.LOLLIVS
L.LOL LI VS
LIBERTATIS
PALIKANVS
TAB.LXXXVI.

Digitized by Google

diit; ſupereſt ut hic in Livia dicamus. Ab ejus Druſi cognomine ad Salinatorem tandem tranſimus. Hic M. Livius Salinator, jam id cognomen, antequam in Cenſura illud obtinuerit, ut narrat *Livius*, gerebat, ut prius annotarunt recentiores *Hiſtoriæ Romanæ Scriptores*. In hoc denario videtur fuiſſe unus ex Triumviris Menſariis, qui primùm decreto Senatus creati ſunt an. $^{538.}_{9}$ In cujus memoriam ille cum omnium nominibus percuſſus eſt, cum ſolito Bigato, poſtquam exul Romam rediiſſet, ut infra videbimus.

VI.

Caput Jovis Capitolini. SALINATOR: ex averſa parte M. LIVI. M. F. Jupiter in quadrigis triumphalibus, d. ſceptrum, ſ. fulmen & habenas, in vertice ROMA.

M. Livius Salinator M. filius appellatur, & M. nepos fuit. Quæſturam Provincialem iniit an $^{519.}_{20}$ Tribunatum Plebis an. $^{524.}_{5}$ & iterum an. $^{527.}_{8}$ Ædilitatem Plebis an. $^{529.}_{30}$ Præturam Provincialem an. $^{531.}_{2}$ & tandem Conſulatum cum L. Æmilio Paullo an. $^{534.}_{5}$ Iterum Illyrii rebellarunt, & ambobus bellum eſt decretum, & uterque de illis triumphavit.

M. LIVIVS. M. F. M. N. SALINATOR. ANNO $^{DXXXIV.}_{DXXXV.}$ *Varr.*
DE ILLVRIEIS. ... ...

Ex hoc *Fragmento* Salinatoris cognomen Livio ante Cenſuram contra *T. Livium*, erat inditum, & in Triumphi memoriam ille denarios Triumphales, cum Jouis capite, & ipſo currum triumphalem agente, percuſſit.

VII.

Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA: ex averſa parte Conſul in quadrigis triumphalibus. M. SALINATOR.

Poſt Triumphum de Illyriis Livius à populo, ob prædam non æqualiter diviſam damnatus, ſeceſſit rus; ubi per octo annos, quùm manſiſſet, à Valerio Lævino & M. Claudio Marcello Coſſ.

 an.

an. 543/4 Romam reductus eſt, & à L. Veturio & P. Licinio Craſſo tunc Cenſoribus, ſe tondere, ſqualorem deponere, in Senatum venire, fungique publicis muneribus coactus eſt, & Triumvir Menſarius factus eſt, ut in ſuperiore denarii interpretatione diximus: & Conſulatum II. cum Claudio Nerone iniit an. 546/7 Livius Galliam adverſus Aſdrubalem Alpibus appropinquantem ſortitus eſt, quem inſequitur uſque ad Metauri ripam, & cum Claudio Collega quicum junxerat copias, ingenti prælio fuderunt, Aſdrubale cum quinquaginta ſex hominum millibus occiſo. Nero Collegam Livium Dictatorem Comitiorum habendorum dixit, & poſtea ſimul Romam venerunt ad Triumphum vocati, ut notatur in *Faſtis*:

M. LIVIVS. M. F. M. N. SALINATOR. ANN. DXLVI. / DXLVII. *Varr.*
II. COS. II. DE POENIS ET ASDRVBALE DVCE. .. ..

Inter eos conventum eſt, ut ſimul triumpharent; M. Livium, cujus in Provincia, & cujus auſpiciis, pugnatum erat, quadrigis invectum exercitus ſequeretur, quem Romam deduxerat. C. Claudius equo ſine militibus intraret. In Triumphi memoriam Livius triumphales denarios percuſſit, in quibus ipſe currum agit.

M. Salinator Etruriam obtinuit an. 547/8 ad quæſtiones habendas de illius populi defectu ad Aſdrubalem, prorogatumque illi eſt imperium an. 548/9 & anno ſequente 549/50 creatus eſt Cenſor cum Claudio Nerone in Conſulatu ſecundo, Collega:

CENS. M. LIVIVS. M. F. M. N. SALINATOR
C. CLAVDIVS. TI. F. TI. N. NERO. LVSTR. F. XLV.

VIII.

Caput Jani bifrontis barbatum: ex adverſa parte C. CASS. L. SALIN. Navis.

Jam deſcriptus eſt hic ſecundæ formæ nummus æreus in gente Caſſia; quùm utraque Familia nempe Caſſia & Livia ſub Salinatoris cognomine in eo ſcripta ſit: & quæ eundem Magiſtra-

Magiſtratum ſimul geſſerit, at pondus aſſis unciale & fabrica ejus minus polita, ut ad L. Salinatorem C. Livii Salinatoris Tribuni Plebis an. $\frac{515.}{6}$ fratrem ſpectare conjiciamus, nos impellunt, nam hujus ſola mentio reperitur, cum C. Caſſii Quæſtura ejuſdem anni, ideo L. Salinatorem & C. Caſſium ſimul, in quodam Magiſtratu, hunc æreum cudiſſe nummum ſuſpicamur. Conjecturam auget alter è *Theſauro Regio* nummus, in quo inſcriptio L. SALIN. C. CASSI. cum eodem typo præponitur.

LIVI-

LIVINEIA.

GENS Livineia an Patricia, an Plebeia, incertum. *Quidam* volunt nomen eſſe Liviæ diminutivum, ut ex Egnatio, Egnatuleius, & Proculeius à Proculo: ita ejus cognomen à Rege, Regulus.

I.

Caput Livineii Reguli: ex averſa parte L. LIVINEIVS REGVLVS. Modius frumenti plenus, inter duas ſpicas.

L. Livineius Regulus qui denarium cudit, familiaris *Ciceronis* fuit, cujus meminit, *Ep. Fam.* 13. *Ep.* 61. qui in Quæſtura patris effigiem & Magiſtratus renovavit, primùm Ædilitatem in qua P. Romano frumenti abundantiam procuraverat: in cujus rei memoriam, modium frumento repletum, cum ſpicis hinc & inde eum comitantibus, exhibuit; & in anteriore denarii parte patris imaginem, qui eodem L. prænomine ac filius erat præditus, expreſſit, imo & nepos. Non licebat autem ullius niſi demortui vultum in denariis exhibere. Patris nulla apud *Hiſtoricos* mentio, illuſtris tamen fuiſſe videtur, ut ejus effigiem expreſſerit.

II.

Caput Livineii Reguli: ex averſa parte L. REGVLVS. Hominum cum Leonibus pugna.

Eadem L. Livineii patris effigies; ſed cum Leonum pugna, ab eo in eadem Ædilitate P. Romano exhibita. *Livius* autem *lib.* 45. magnificentia creſcente Ludis Romanis Circenſibus venationes primum eſſe datas notavit; à P. Cornelio Scipione & P. Cornelio Lentulo Ædilibus Curulibus an. 584. Leones, Urſos, & Elephantos ex Africa & aliis regionibus Ædiles extrahebant, imo & Numidas qui cum iis decertarent, arceſſebant; ut Livineius in hoc denario, in patris qui ejuſmodi venationem procuravit, memoriam expreſſit.

III.

III.

L. REGVLVS PR. Caput Livineii Reguli patris: ex averſa parte REGVLVS F. PRAEF. VR. Sella Curulis cum ſex hinc & inde faſcibus.

Hanc L. Reguli Livineii patris eſſe effigiem non ſinit dubitare hinc L. REGVLVS PR. id eſt *Lucius Regulus Prætor* epigraphe, & inde REGVLVS F. PRAEF. VR. id eſt, *Regulus filius Præfectus Vrbis.* Alludit hic, quùm eſſet unus ex Præfectis Urbis à Julio Cæſare nominatus, quùm abiret in Hiſpaniam an. 708/9 patris Præturæ; nam hoc anno loco Prætorum ſex vel octo Præfecti M. Lepido M. Equitum, ad Romæ cuſtodiam relicto, adjuncti ſunt à Dictatore. *Suetonius in Julio* tradit, nulla præter Tribunorum vel Ædilium Plebis Comitia, ab illo in quarto & in tertio Conſulatu fuiſſe habita, Præfectoſque pro Prætoribus fuiſſe conſtitutos qui res Urbanas adminiſtrarent. Præfecti autem illi Urbis iidem ac Prætores fuiſſe videntur, & quùm Regulus filius hinc Prætorem nominat patrem, & in altera parte Sellam Curulem cum ſex faſcibus exhibet, typus ad patris Præturam, & ad filii Præfecturam ſpectare poteſt.

IV.

REGVLVS PR. Caput Livineii patris: ex averſa parte L. LIVINEIVS REGVLVS. Sella Curulis & ſex faſces, ut ſupra.

Epigraphe *Regulus Prætor*, caput L. Livineii patris demonſtrat, & altera *L. Livineius Regulus*, filium cudiſſe denarium arguit. Sella Curulis & ad Præturam patris, & Præfecturam Urbis filii, revocari poteſt. *Cenſorinus, de die natali*, Prætorem Urbanum Lictoribus duobus uſum eſſe narrat, ſed *Polybius* & *Plutarchus* ſex illis datos fuiſſe ſcribunt; quod confirmat denarius. Sella Curulis Prætorum erat inſigne, in qua jus dicebant. Prætorem dictum aiunt, quod præiret jure & exercitu, quod Conſulibus congruebat: nam ipſi Prætores primum appellabantur, ſed cum bellis avocarentur, neque eſſet qui in civitate jus diceret, factum eſt ut Prætor quoque crearetur, qui jus in Urbe diceret.

V.

Caput Livineii patris, ſine epigraphe: in poſtica parte L. LIVINEIVS REGVLVS. Sella Curulis cum ſex faſcibus.

Qui caput Livineii patris cum epigraphe ſemel obſervavit, illud illicò agnoſcit etiam ſine inſcriptione. Eadem eſt effigies & eadem oris & vultus lineamenta; Sella Curulis & faſces in Præfectura filii denarios eſſe percuſſos, ut ſupra, demonſtrant: nam, ut ſupra diximus, licet illi Præfecti Comitiis non creati fuiſſent, tanquam Prætores à Dictatore Cæſare nominati, eandem quam Prætorum habuere poteſtatem & autoritatem, ſed non annuam: Præfecti autem Urbis erant extraordinarii Magiſtratus, & qui, ut Prætores, non toto anno durabant, nec ſingulis annis creabantur, ſed qui tum demum, quùm neceſſarius ipſorum videbatur uſus, & quando curationem cui Præfecti erant, abſolviſſent, Magiſtratu abibant.

VI.

Caput Genii, pone quod ſceptrum: in poſtica parte eadem Sella Curulis & ſex faſces.

In ſuperioribus denariis caput L. Livineii patris à filio Livineio expreſſum eſt, cum Sella Curuli & faſcibus; at in hoc ejus loco caput Genii habetur cum iiſdem attributis, pariter alludens patri & Genio: nam, ut patris Præturam revocaret Sellam Curulem, ita „ patris loco Genium expreſſit: quod, ut *Auſuſtius* ait, Genius „ eſt deorum filius & parens hominum, ex quo homines gignun- „ tur; propterea Genius meus nominatur, quia me genuit. Genio autem tribuitur ſceptrum ad deſignandam ejus potentiam: Regum enim inſigne eſt, qui omnia poſſunt, & Genius vim obtineat rerum omnium gerendarum.

VII.

Caput Julii Cæſaris laureatum, à dextris lauri ramus, à ſiniſtris caduceus: ex averſa parte L. LIVINEIVS REGVLVS. Taurus Cornupeta.

A L. Livineio, dum unus ex Præfectis Urbis erat, hic etiam denarius

narius eſt percuſſus, & quidem in honorem Dictatoris Cæſaris, à quo hunc Magiſtratum acceperat, & cum Adrumetto Urbi Africæ præpoſitus fuerat, nullos circa ejus imaginem titulos & dignitates adjecit, quùm omnes poſſideret; ejus tantum victorias, per lauri ramum, & felicitatem orbis Romani per caduceum, qua potiretur Populus ſub illo, expreſſit: in averſa parte Taurus cornupeta ſignatus videtur: nam inter tot ſpectacula varii generis, quæ illum edidiſſe narrat *Suetonius*, *in ejus vita*, *cap*. 39. *Plinius* eum primum in ſpectaculis Taurum exhibuiſſe tradit, *lib*. 8. *cap*. 45. ut jam in *noſtro de Præſtantioribus nummis libro* retulimus, *pag*. 4. Illum typum incidi curavit *Triſtanus noſter*, *tom*. 1.

VIII.

M. LEPIDVS. III. VIR. R. P. C. Caput M. Lepidi Triumviri: in averſa parte L. REGVLVS IIII VIR. A. P. Veſtalis ſtans, d. ſimpulum, ſ. haſtam tranſverſam.

Lucius etiam Regulus inſcribitur, qui hunc denarium ſignavit: ſed Quatuorvir dictus eſt, nempe Monetalis; & id nobis ſuadet, ut illum ad Præfecti Urbis filium revocemus; nam hic Magiſtratus inter minores computatus patri convenire nequit, qui Prætorius erat, aut Magiſtratum Prætoris dignitatem adæquantem inierat. Præfectus Urbis ex primariis Juris eligebatur, qui omnes Magiſtratus quos geri ante hunc conveniret, iniiſſet; ſed quo anno Quatuorviratum exercuerit, in Auguſti denario quærendum. Dictator Cæſar, ex *Suetonio cap*. 41. minores Magiſtratus auxerat, & Triumviris Monetalibus unum addiderat; unde ſub Triumviris Reipublicæ conſtituendæ Lepido, Antonio & Cæſare Juniore IIII viri inſcribuntur, quibus L. Regulus ſuperioris filius denarios percuſſit, cum eorum imaginibus, & primum præmiſit M. Lepidum, quod eſſet ætate provectior.

In averſa denarii parte M. Lepidi Triumviri, Veſtalis exhibetur, ad denotandum illius Pontificatum Maximum; nam mortuo Dictatore Cæſare, dignitatem illam ſibi per vim arrogaverat Lepidus, & Veſtales Pontifici Maximo ſubditæ erant, qui eas creabat: & ille rerum omnium, quæ ad ſacra & religionem pertinebant, judex erat, & vindex contumaciæ privatorum & Magiſtratuum. De Veſtalibus alio loco diximus; ſimpulum tenet,

 quia

quia eo utebantur mulieres rebus divinis deditæ. Haſta verò divinitatis, ſymbolum: Velata eſt, quia Veſtales erant velo ornatæ. De litteris A. P. in ſequente denario.

IX.

M. ANTONIVS. III. VIR. R. P. C. Caput M. Antonii Triumviri: in averſa parte L. REGVLVS IIII. VIR. A. P. F. Vir nudus cum ſtrophio ſedens, d. haſtam, ſ. cubito innixo clypeo, in quo caput Herculis pelle leonina amictum.

Ut L. Livineius Regulus Quatuorvir erat ſub Triumviris Reipublicæ conſtituendæ, Lepido ſuperiorem denarium cudit; hunc verò M. Antonio, cujus effigiem in illius anteriore parte exhibuit, & ut ille ad Antonem Herculis filium, genus referebat, „ autore *Plutarcho*, *in ejus vita.* Fuit etiam, inquit, vetus fama „ ducere ab Hercule Antonios genus, atque eſſe ab Antone Herculis filio prognatos. Unde L. Regulus, ut ſuſpicamur, Antonem ipſum, ut heroem ſedentem, in averſa parte expreſſit, haſtam d. gerentem & innixum clypeo, in quo caput patris Herculis videretur, ut M. Antonii ab illo Antone Herculis filio originem indicaret: nam ait *idem Plutarchus* de M. Antonio: For„ mæ quoque ei ingenua dignitas fuit, & barba promiſſa: fron„ tiſque amplitudo, & naſus aduncus faciem virilem repræſen„ tare pictis & ſculptis Herculis ſimulacris germanam vide„ batur.

Quidam has litteras A. P. F. *Argento Publico*, alii *puro*, *feriundo* interpretantur. Qui *Argento Publico*, privatos etiam ex pecunia ſua monetam in Magiſtratu ſuo ſignaſſe exiſtimant, ut ex ærario, publica cudebatur. Qui verò *Argento puro* legendum contendunt, ad Monetales referunt, qui ex Reipublicæ neceſſitate, mixtionem aliquam adhibebant, ſed Triumviros illos non monetæ rationem habuiſſe, ſed ex publico argento cuſam ad illorum imaginem fuiſſe ſignatam monetam putamus.

X.

C. CAESAR III. VIR. R. P. C. Caput Cæſaris Junioris: ex averſa parte L. LIVINEIVS REGVLVS. Victoria gradiens, d. coronam, ſ. humero palmam.

Cæſar

Cæſar Triumvir Reipublicæ conſtituendæ à L. Livineio Regulo inſcribitur; ſed quùm Quatuorviri Monetalis titulum non amplius in denario aſſumit, in ejus Quæſtura ille hunc percuſſiſſe videtur. *Quidam* putant in bello Peruſino, quando L. Antonius Triumviri frater, quùm Conſulatum cum P. Servilio Vatia iterum, obtinuiſſet an. 712; cum Cæſare bellum movit ob diviſionem agrorum, & fratris Legiones & Colonias contra illum movit. Peruſiæ tandem obſeſſus, dedere ſe coactus eſt, & militibus venia eſt data. Non ad obſidionem Peruſiæ ſpectare denarium, ſed potius ob victoriam Philippenſem percuſſum eſſe exiſtimamus, quod propter obſidionem Victoria non exhibeatur, ſed tantum in acie relata, in quo bello Regulus Quæſtor eſſe potuit. *Alii* etiamſi deſit vox IIII. VIR. nihilominus hunc Magiſtratum gerere Livineium putant, quibus non refragabimur, quùm utrique opinioni convenire poſſit denarius.

XI.

REGVLVS. PVLCHER. TAVRVS. Duæ dexteræ junctæ tenent caduceum: ex averſa parte III VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum, S. C in area.

Tria illa cognomina, tres Familias deſignant, et ſi vera conjicimus, Regulus indicat Livineiam, Pulcher quidem Claudiam, Taurus verò Statiliam. Quis verò fuerit ille Livineius Regulus, ratio temporis, ut eum pro ſuperioris Quatuorviri filio agnoſcamus, ſuadet; de illo & patre loquitur *Dio, lib.* 54. Cum, inquit, „ Auguſtus delectum Senatorum inſtituiſſet, ut ſexcentos eligeret, „ ideoque & Livineius quidem Regulus deletum ſe ex albo patrum, „ videret quùm *filius* ipſius & multi alii, quibus ſe præſtantiorem „ judicabat, in eum relati eſſent, in ipſa Curia, veſte lacerata, corpus denudavit; enumeratiſque militiis ſuis, cicatrices oſtentavit. „ Auguſtus his motus, denuo examen Senatus inſtituit, quibuſdamque depoſitis, alios ſubrogavit. Regulus verò filius cum Pulchro & Statilio Senatus Triumvir Monetalis factus, ut indicat minutus hic nummus, cum S. C. nota. Dextræ junctæ concordiam Auguſti & Senatus arguunt, illæ tenent caduceum, unde ex ea Felicitatem denotant.

XII.

REGVLVS. PVLCHER. TAVRVS. Cornucopiæ S. C. in averſa parte III. VIR. A. A. A. F. F. Cuneus.

Alter nummus, ab iiſdem Regulo, Pulchro, & Tauro Triumviris Monetalibus Senatus percuſſus, prodit: ex una parte exhibet cornucopiæ, ad denotandam omnium rerum abundantiam, nempe ſub Auguſto; & ex altera parte, Cuneus eſt monetæ, ad indicandum eorum Magiſtratum, nempe cudendæ monetæ; nam Auguſtus & Senatus uti Provincias diviſerant, ſic & jus monetæ ſignandæ partiti, Senatus æream habuerat, in qua notam ſuam S. C. propterea ſemper adhibebat, attamen alteri nempe aureæ & argenteæ percutiendæ non renuntiaverat Senatus. Ideo in illa ſemper A. A. A. F. F. hoc eſt, *Auro, Argento, Ære, flando, feriundo*, tamquam poteſtatem ſuam conſervaret.

LOLLIA.

LOLLIA gens Plebeia, cujus nomen videtur deſumptum à *Lolio*, geminata littera l. ut ſæpe in lingua Latina reperitur; quod qui primus nomen habuerit, fuerit *Luſcioſus*, ab oculorum defectu; Luſcitionem verò quidam putant, ubi quis lumine adhibito nihil videt: unde *lolio* victitare dicuntur, qui viſu ſunt imbecillo. Cognomen habuit Palikani.

I.

Caput Regis diadematum, ante quod ſceptrum: in averſa parte L. LOLLIVS. Sella Curulis.

Ad L. Lollium pertinet nummus ille magnæ formæ, ut ejus inſcriptio denotat; & Sella Curulis Prætorem fuiſſe arguit. Illum nobis Quæſturam Provincialem iniiſſe an $\frac{599.}{600}$ Tribunatum Plebis an. $\frac{604.}{5}$ & tandem Præturam Urbanam an. *609*. indicat *Vin. Pighius*; unde ſuſpicamur illum Ptolemæum Juniorem, Phyſconem jlocaliter appellatum, à fratre Ptolemæo Philometore pulſum, Senatuſconſulto reduxiſſe, cui hic Cyrenaïcum regnum ceſſit, ut in *Hiſtoria Ptolemæorum, à nobis nuper in lucem edita*, obſervavimus. In cujus memoriam L. Lollio Cyrenis videtur percuſſus à Rege nummus: nam Romanus non eſt, & Rex haud dubie in eo depictus eſt, cujus nomen non inſcriptum eſt, quod tunc temporis ſatis eſſet notus.

II.

Caput Jovis Ammonis cum cornu arietino: in averſa parte ΛΟΛΛΙΟΥ. Eadem Sella Curulis.

Ut hunc ut ſuperiorem nummum Ptolemæo Regi, vulgo Phyſconi vocato, adjudicaremus, quùm in eo illius Principis nomen non ſit inſcriptum, eadem nummi magnitudo & forma, eadem Sella Curulis & eadem Lollii epigraphe ſuaſit: ſed caput Hammonis dei,

dei in his partibus præſertim culti, ut in Antonia gente, ſub Pinarii Scarpi denariis vidimus, confirmat, ut etiam vox Græca ΛΟΛΛΙΟΥ: Rex enim qui ſuperiorem cum L. Lollii nomine imaginem expreſſit, hunc cum Dei tutelaris Libyæ imagine iterum exhibet, & ejus Prætoris inſigni, nempe Sella Curuli, ſub qua corona extat, honoris loco; uti ſæpe in hac ſerie obſervatur.

III.

Caput Dianæ Venatricis, ſupra humerum pharetra & arcus: in averſa parte L. LOLLIVS. Cervus inter ejus crura 17.

Hic nummus mediæ formæ, in honorem L. Lollii pariter à Ptolemæo Phyſcone Cyrenis percuſſus eſt. Forma illius non Romana, & ſuperiores nummi quidem id arguunt, ſed illius regni nempe Ægypti annus 17. id eſt, *decimus ſeptimus*, dubitare non ſinit; nam à tempore, quo Rex cum fratre Philometore ab Ægyptiis appellatus eſt, ut in eorum *Hiſtoria* retulimus, ſemper annos ſuos computavit. Diana ſui cultum Cyrenis denotat. Cyrene autem Peneiamnis filia, ab Apolline ejus amore captô, in eam Libyæ partem tranſlata eſt, unde urbi nomen; & in ea ejus dei & Dianæ ejus ſororis, cultus. Cervus huic deæ ſacer erat, ut omnes norunt.

IV.

LIBERTATIS. Caput deæ Libertatis: in averſa parte PALIKANVS. Vetera Roſtra quibus affixa ſunt navium roſtra.

Palikanus cognomen eſt M. Lollii, Picentis humili loco nati, magis loquacis quam facundi, teſte *Quintiliano*, *lib.* 4. *cap.* 3. qui illum inter ſeditioſos numerat. *Val. Maximus*, *lib.* 3. *cap.* 8. Hic verò Quæſturam Provincialem iniit an. $^{674.}_{5}$ Tribunus Plebis fuit an. $^{682.}_{3}$ in quo Magiſtratu autor fuit Tribunitiæ poteſtatis, quam Sylla populo abſtulerat, recuperandæ: nam anno ſequente M. Craſſus & Pompeius Magnus Coſſ. eam Plebi reddidere. Unde M. Lollius Palikanus ejus filius, dum Quæſturam egit cum Collega Catone an. $^{692.}_{3}$ in patris memoriam ſuum denarium percuſſit, in cujus anteriore parte Libertatis caput expreſſum eſt, quod Roſtra in altera denarii parte eſſent Libertati ſacra, ut inquit *Dio*, *lib.*

lib. 36. In foro Romano apud Roſtra Libertati ſacra. Illa erant ſita ante Curiam Hoſtiliam, in quibus conciones habebantur à Tribunis Plebis, ornata roſtris navium, unde nomen.

V.

HONORIS. Caput Honoris laureatum: in averſa parte PALIKANVS. Sella Curulis inter duas ſpicas.

Eadem vox PALIKANVS, ad eundem M. Lollii Palikani patris honorem ſignatum à filio, in Quæſtura ſua, arguit; nam ut ſuperiorem, ad denotandam per patrem Tribunitiam poteſtatem P. Romano reſtitutam, Roſtra exhibuit, pariter ad demonſtrandam frumenti copiam, quam Romæ procuraverat in Ædilitate ſua, Sellam Curulem Ædilium inſigne inter duas ſpicas in parte denarii poſtica expreſſit; & caput Honoris, ut patrem, honoris cauſa, ad illum Magiſtratum perveniſſe ſignificaret, in anteriore incidi curavit. Tantus enim erat verſus Palikanum patrem Populi favor, ut ejus ſuffragiiis Conſul creatus fuerit, quem C. Calpurnius Piſo, qui Comitia tenebat, renuntiare noluit, quod eſſet nimis turbulentus, teſte *Val. Maximo, lib.* 3. *cap.* 3. Palikanus autem filius Tribunatum Plebis iniit an. 693/4 & Ædilitatem Plebis an. 695/6 quem adverſum Optimatium ſtudiis hereditate à patre popularitate ſemper fuiſſe innuit *Cicero, in Orat. pro domo ſua.*

VI.

Capita Auguſti & Julii Cæſaris, ante quod lituus, jugata: ex averſa parte M. LOLLI. M. F. III. VIR. Tripus, & ſupra duæ ſtellæ in corona ex lauro.

Marcus Lollius etſi Marci filius in denario inſcriptus ſit, ad illum M. Lollium Palikanum, qui in honorem patris ſuperiores ſignavit, non ſpectat; ſed ad alterum M. Lollium cognomine Paulinum, qui Triumvir ſub Auguſto indigitatur, cujus caput cum Julio Cæſare ſociavit, ut ſibi ejus gratiam conciliaret. Ab avunculo fuerat adoptatus, & Imperium, ut ita loquamur, per eum adeptus erat. Tripus ad Apollinem ſpectat; nam ipſe pro ejus ſymbolo habebatur, quod ille fuerat Vates. Duæ ſtellæ ſupra tripodem, ob ſacra Apollini & Dianæ ejus ſorori peracta. Auguſtus autem

die quo celebrabantur Ludi Apollinares, natus erat; ideo forſan maximè honore hunc deum colebat: nam illi templum in Palatio extruxit & dedicavit.

M. Lollius Quæſtura & Prætura initis, Legatus fuit Auguſti Propr. an. $^{729.}_{30}$ Primus Gallo-Græciam obtinuit, quam ille in Provinciæ formam redegit, Deiotaro II. ejus Rege ſine prole mortuo. Tandem Conſulatum geſſit cum Q. Æmilio Lepido an. $^{732.}_{3}$ Legatus Auguſti Germanos in arma verſos ſuperavit an. $^{735.}_{6}$ Proconſul Galliam Celticam obtinuit, ſed turpiter aquilam Quintæ legionis amiſit an. $^{737.}_{8}$ Additus ab Auguſto Caio filio, Orientem petituro rector & Magiſter an. $^{754.}_{5}$ ubi interdicta Principis amicitia veneno deinde interiit, teſte *Solino*, *cap.* 56.

VII.

Caput Tiberii nudum: in averſa parte C. LOLLI. M. DOM. II. VIR. Statua Juliæ, ejus matris ſedentis velatæ, d. pateram, ſ. haſtam, in baſi P. S. S. C. *poſuere Suffetes Carthaginienſes*.

C. Lollius & M. Domitius Duumviri, in hoc nummo æreo minuto, renuntiantur, & ſi vera eſt noſtra de litteris baſi columnæ inſcriptis conjectura P. S. S. C. *poſuere Suffetes Carthaginienſes*, in urbe Carthagine cuſus eſt. Caius verò ille Lollius, ex ipſa gente Lollia, ab Auguſto inter celebres Romanos cum M. Domitio in eam miſſus videtur, quando, ut refert *Dio*, an. 725. *lib.* 52. *pag.* 49. ille Carthaginem quoque denuò Coloniam deduxit, quia Lepidus, quùm partem ejus habitatoribus orbaſſet, jus Coloniæ ſuſtuliſſe videbatur. In Reſtauratoris memoriam Carthaginienſes Suffetes, id eſt, Senatus Carthaginienſis, poſuere ſtatuam Juliæ ejus cariſſimæ uxori, C. Lollio & M. Domitio Duumviris.

VIII.

Caput Tiberii ante quod lituus: ex averſa parte C. LOLLI. M. DOM. II. VIR. ITER. Statua paludata & galeata, d. haſtam ſupra baſim, cui inſcriptæ ſunt litteræ P. S. S. C.

C. Lollius cum M. Domitio Duumviris iterum inſcribuntur in hoc denario, cum ſtatua Tiberii, ut opinamur, baſi ſuper impoſita, cum epigraphe P. S. S. C. *Poſuere Suffetes Carthaginienſes*. C. Lollius

lius inter principes Coloniæ viros fuiſſe videtur, quum iterum Duumvir renuncietur: nam in Coloniis Duumviri erant, ut Romæ Conſules; at ut in priori denario C. Lollius Duumviratum primum obtinebat, quùm ſtatua Liviæ erecta eſt, conjicimus ſtatuam Tiberii ejus filii, eſſe poſitam in ſecundo ejus Duumviratu: nam primis poſt Auguſti mortem temporibus, ait *Dio*, epiſto- „ lis Tiberii nomen matris aliquandiu inſcriptum fuit, litteræque „ ad Tiberium datæ, Liviæ etiam inſcribebantur. Nil mirum igitur, ſi Suffetes Carthaginienſes, id eſt, Senatus Carthaginienſis, illi ſtatuam erexerint, ut filii Imperatoris benevolentiam ſibi demererentur. *Suffes* enim vox ab Hebræis deſumpta, quæ eadem eſt ac *Judex*. Lituus Pontificatum Maximum etiam accepiſſe Tiberium arguit, quem omnes ſequuti ſunt Imperatores.

IX.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Caii Caligulæ: in averſa parte ΕΠΙ ΛΟΛΛΙΟΥ ΚΛΑΣΣΙΚΟΥ ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ. Jupiter ſuccinctus ſtans, d. aquilam, ſ. haſtam.

Patinus C. Lollium, Carthaginis Duumvirum, exhibuit cum Tiberii effigie, liceat etiam nobis alterum Lollium, cognomine Claſſicum, cum Caligulæ imagine vobis exponere. Ille vero Imperator inter uxores, quas habuit, Lolliæ Paulinæ, C. Memmio Conſulari deſponſatæ, nupſit. Hæc erat neptis M. Lollii Paulini, cujus denarios in ejus Triumviratu Monetali cuſos ſupra retulimus. Lollius hic Claſſicus ex eadem gente fuiſſe videtur, qui Quæſtor quùm Proconſulis Aſiæ forſan eſſet, Æzani Phrygiæ ejus Provinciæ ſubjecti, ut ſibi Caligulæ benevolentiam conciliarent, in ejus honorem nummos ſub illo Lollio Claſſico, Auguſtæ Lolliæ ejus uxoris propinquo, percuſſerunt.


L V C I L I A.


LVCILIA gens Plebeia, cujus nomen deſumptum eſt à *Lucio*, apud *Sigonium*; Lucii autem duplex origo traditur à *Valerio*; aut enim à Lucumonibus Etruſcis dictus eſt, ut Lucumo Tarquinienſis, qui ſe L. Tarquinium appellavit; aut is demum Lucius appellatus eſt, qui *lucis* initio natus eſt. Quod ſcribit etiam *Feſtus* & *Varro*. Cognomina ejus gentis apud *Scriptores* varia, ſed ſolum Rufi in denariis occurrit, à colore dicti.

I.

Caput Romæ galeatæ, pone quod A. PV. in laurea: ex averſa parte M. LVCILI. RVF. Victoria in bigis, d. flagrum, ſ. habenas equorum.

Unus tantum nobis Luciliæ gentis denarius ſupereſt, & quidem M. Lucilii Rufi, qui quùm Quæſturam iniret an. $^{655.}_{6}$ illum bigatum ex argento publico, ut ferunt hæ litteræ initiales A. PV. cudi curavit. Corona ex lauro Romam reſpicit, quod illa ſemper eſſet victrix. M. Lucilius poſt Quæſturam Tribunus Plebis factus eſt an. $^{660.}_{1}$ aliis vero $^{661.}_{2}$ Ex Luciliorum familia fuit C. Lucilius, inſignis Poëta Satyricus, teſte *Varrone*.


LOLLIA
HONORIS
PALIKANVS
C·LOLLI· M·DOM·
P·S·S·C·
LVCILIA
RVF
M·LVCILI·
LVCRETIA
TRIO
L·LVCRETI
IMP·CAES·TRAIANVS·GER·DAC·P·P·REST
L·LVCRETI
TRIO
CN·LVCR
ROMA
TAB. LXXXVII.


LVCRETIA
LVRIA
LVTATIA
TAB. LXXXVIII.

LVCRETIA.

LVCRETIA gens in Patricias & Plebeias diviſa eſt: Patriciæ quidem nulli nobis ſuperſunt denarii; Plebeiæ verò *Trionum* & *Veſpillonum* reperiuntur. *Trio* dictus ab obſervatione ſeptem ſtellarum, quæ ita ſitæ vocantur *Triones*. *Veſpillo* vocabatur vilis cadaverum funerator, ita dictus, quod veſpertino tempore mortuos efferre ſoleret qui funebri pompa propter inopiam non poterant efferri. Quintus verò Lucretius vocatus eſt Veſpillo, quod Ti Gracchi cadaver in Tiberim manu ſua projeciſſet. Lucretia gens nomen à *Lucro* deſumpſiſſe videtur.

I.

Caput Apollinis, radiatum: in averſa parte L. LVCRETI. TRIO. Luna bicornis inter ſeptem ſtellas.

II.

Alius idem typus, cum epigraphe. IMP. CAES. TRAIANVS GER. DAC. P. P. REST.

L. Lucretius Trio, Patricia gente Lucretia ante plures annos extincta, exordio ſecundi belli Punici an. 535/6 ex Plebeia prodiiſſe videtur: nam L. Lucretius à *T. Livio* Quæſtor Provincialis hoc anno affertur, *Dec.* 1. *lib.* 1. Venienti, inquit, in Ligures Annibâli, per inſidias intercepti duo Quæſtores Romani, C. Fulvius & L. Lucretius, cum duobus Tribunis militum & quinque equeſtris ordinis Senatorum ferme liberis, quo magis ratam fore cum his pacem ſocietatemque crederet, traduntur. Lucretius in denariis, quos percuſſit, originem cognominis denotare voluit; ut *Fulvius Varronem* laudat, *de lingua Lat. lib.* 6. Arbitror antiquos ruſticos primum notaſſe quædam in cælo ſigna, quæ præter alia erant inſignia, atque ad aliquem uſum culturæ tempus deſignandum convenire advertebantur queis ſigna ſunt, quod has ſeptem ſtellas Græci, ut *Homerus* vocat ἄμαξαν, & propinquum ejus ſignum, βοώτην, noſtri eas ſeptem ſtellas, boves & triones & prope eas axem: ideo Lucretius in anteriore parte caput Apollinis, id eſt Solis, & ex averſa Lunam bicornem, cum ſeptem illis ſtellis, quæ Triones vocantur, expreſſit.

III.

Caput Neptuni laureatum, ſupra humerum lævum tridens: litteræ verò numerales XXXI. in averſa parte L. LVCRETI. TRIO. Cupido inſidens Delphino.

Ad eundem L. Lucretium ſpectare videtur hic denarius, qui ut Annibali aliquem injiceret terrorem, in illis navalem victoriam, hoc anno 535/6. ab Æmilio Siciliæ Prætore ad Lilybæum relatam, exhibere voluit. Ideo ex anteriore parte Neptunum cum tridente, ejus ſymbolo, & quidem laureatum, tamquam victorem, expreſſit; & ſi nobis conjicere liceat ex litteris numeralibus XXXI. tot Triremes in eo prælio Carthaginienſium demerſas denotat. In averſa parte Cupido Romanus delphinum freno ducit, tamquam maris dominus.

IV.

TRIO. Caput Romæ galeatum: ex altera parte CN. LVCR. in imo ROMA. Caſtor & Pollux, decurrentes in equis cum haſtis.

Cn. Lucretius temporum ratione L. Lucretii ſuperioris poteſt eſſe filius, licet apud ***Livium*** C. pro Cn. appelletur, littera n. forſan omiſſa. Is Quæſturam Provincialem iniit an. 567/8. in qua hunc denarium ſignavit, cum ſolito Caſtoris & Pollucis ſymbolo, de quo ſparſim & abunde diximus. Poſtea Duumvir Navalis cum C. Matieno an. 572/3. à ***Livio*** renuntiatur: deinde Tribunatum Plebis iniit an. 574. cum eodem Matieno.

V.

I. S. M. R. *Juno Soſpita Magna Regina.* Caput deæ caprotina pelle amictum, ex averſa parte Q. LVCRETI. Q. F. VESPILLO. Columna inter duas capras, ſupra quam Figura ſtans, d. haſtam.

Q. Lucretius Q. filius, *Veſpillo* in denario appellatus, Q. Lucretii Flavi filius fuit, qui *Veſpillo* cognominatus eſt, quando Ædilis, cadaver Ti. Gracchi in ſeditione occiſi in Tiberim propria manu dejecit; „ ut ***Autor de Vir. illuſt.*** refert ***in hujus vita***, Nec puduit Lucretium „ cognominis quod ad filios tranſmiſit: unde Q. ejus filius ita vocatur. Quæſturam Provincialem iniit an. 651/2. quem Juris peritum & acutum appellat *Cicero in Bruto*: deinde Tribunus Plebis factus eſt an. 656/7. & tandem Ædilis Curulis an. 659/60 in quo Magiſtratu Ludos Megalenſes celebravit, in cujus memoriam hunc denarium ſignavit.

Ex

Ex anteriore parte expreſſa eſt Junonis Soſpitæ imago, cum his litteris I. S. M. R. *Juno Soſpita Magna Regina.* Juno autem *Soſpita* à verbo σώζω; quod eſſet *Servatrix*; Magna dicta eſt μεγάλη, ut obſervat *Macrobius lib. Saturn.* 3. quod eſſet ex Romanorum Penatibus; Regina à Latinis, quod ſoror eſſet & conjux Jovis, deorum atque hominum Regis. Pelle caprina caput habet amictum, quod ita Lanuvii colebatur, ut, *de Nat. deorum*, ſcribit *Cicero.* Ex altera parte adſunt duæ capræ, columna intermedia, in cujus vertice figura virilis ſtat, d. haſtam. Capræ illæ, ſacrificium deæ denotant, in quo duæ immolabantur: Columna, ſi vera eſt noſtra conjectura, illa columna magna Ludorum Sæcularium, in foro Romano poſita eſſe videtur, ad quam ſacra pro omnibus Ludis fiebant. Figura illa columnæ impoſita, ſtatua eſt T. Lucretii Tricipitini, ſub cujus Conſulatu 2. an. 249. Ludi Sæculares primùm ſunt celebrati, ex *Plutarcho*, *Cenſorino*, & *Val. Maximo*, in cujus honorem erecta eſt, & Lucretius Veſpillo eam expreſſit, ut ſe ab illis Lucretiis originem habere indicaret. De Ludis Megalenſibus Scenicis, & menſe Aprili celebratis, jam diximus.

L V R I A.

LVRIA gens incerta, an Plebeia vel Patricia, ſed nova, cujus nomen deſumptum videtur ab antiqua voce *Lura*, apud *Feſtum*, quæ eſt os culei ſive utris; unde *Lurii* & *Lurcones* dicti ſunt, nempe guloſi, bonorum ſuorum conſumptores, comedones, edaces. Cognomen *Agrippa*, ab ægro partu dictum. Teſte *A. Gellio lib.* 16 *cap.* 16. dicuntur ii, quorum naſcendo non caput, ſed pedes primi exierunt.

I.

CAESAR AVGVSTVS PONT. MAX. Caput Auguſti nudum: ex altera parte M. LVRIVS AGRIPPA III. VIR. A. A. A. F. F. Circa ambitum S. C. in area.

M. Lurius Sardiniæ Rector memoratur à *Dione*, an. $\frac{715.}{6}$ *lib.* 48. cum quo confligens Menas, Sex. Pompeii libertus, primò pulſus eſt, deinde inopinato converſus in illum inconſideratè inſequentem, recuperavit victoriam, Lurioque cedente inſulam occupavit. Sed ad eum jam Prætorem nummus ſpectare nequit, quùm is qui illum ſignavit, tantùm minorem Magiſtratum gerebat, nempe Triumviratum Monetalem Senatus, qui tantùm poſt annum $\frac{726.}{7}$ eſſe cœpere, quùm Auguſtus inter eum jus monetæ cudendæ, ut ſæpe diximus, diviſit: igitur illum ad ejus filium primogenitum prænomine Marcum, pertinere exiſtimamus.

II.

CAESAR AVGVST. PONT. MAX. TRIBVN. POT. Caput Auguſti: ex altera parte P. LVRIVS AGRIPPA. III. VIR A. A. A. F. F. Circa ambitum, S. C in area.

Nobis ſunt Hiſtoriæ ſupplementa nummi ſuperſtites. Nam M. Lurium Sardiniæ Prætorem duos filios reliquiſſe ignoraremus ſine his, quos *Fulvius* & *Patinus* exhibuerunt, natu majorem in ſuperiore

riore numo ex ratione temporis & minore Magiſtratu obſervavimus; qui, ut primogenitus Marci prænomine, patris ad inſtar, donatus eſt, hic vero Publii prænomen præfert, & à minore etiam Magiſtratu, Triumviro nempe Monetali, ad Reipublicæ dignitates aſcenſurus, incipit; ſed quando illum iniit nos non edocet.

III.

CAESAR AVGVST. PONT. MAX. TRIBVNIC. POT. Caput Auguſti laurea inſignitur à Victoria pone eum ſtante: ex averſa parte P. LVRIVS AGRIPPA III VIR. A A A. F. F. circa ambitum: S. C. in area.

Nihil habet peculiare nummus iſte, ſecundæ magnitudinis, ab eodem P. Lurio Agrippa, Triumviro Monetali Senatus, ut indicat nota S. C. & materia ærea, ex qua conflatus eſt, niſi quod Auguſti caput & Victoriam ipſi lauream imponentem, præferat: illam eſſe Victoris præmium nemo neſcit; ſed *Dio*, *lib.* 53. ut Auguſto lauri rami ante ipſius domum in Palatio ponerentur, decreviſſe Senatum refert, nimirum quod perpetuus hoſtium victor eſſet. Nil mirum igitur, ſi Victoria illius capiti lauream imponat in nummis ex Senatus decreto. Interim obſervandum eſt Triumviros Monetales aliquando nummos, ejuſmodi tertiæ magnitudinis percuſſiſſe, qui inter rariſſimos, apud *Antiquitatis ſtudioſos* in loculis referuntur.

LVTATIA.

LVTATIA gens Plebeia, ſed nobiliſſima & Conſularis, cujus nomen videtur à *lucta* deſumptum: nam apud quoſdam *Autores* Luctatius dictus eſt; ſed *Faſti Capitolini*, & denarii Lutatius habent; duobus diſtincta cognominibus, Catuli & Cerconis: Catulus diminutivum eſt à *Cato*, qui Sapiens dicitur apud *Nonium*, & *Cerco* à cauda dictus eſt, ut exiſtimat *Ant. Auguſtinus*, unde ait *cercalopex*, & *cercopithecus*.

I.

C. CATVLI. C. F. Caput Triumphi laureati, ſub quo littera Q. id eſt *Quæſtoris*: ex averſa parte Victoria ſcribit in clypeo trophæo appenſo, in area Q. ut ſupra, in imo ROMA.

Ad C. Lutatium Catulum, inſignem illum virum, qui finem primo bello Punico impoſuit, pertinet hic denarius; quem in Quæſtura ſua an. $\frac{489.}{90}$ percuſſit, ut nos docet littera Q. hujus primi Magiſtratus nota: typus verò illum Conſulis, an Fulvii Pætini? an Æmilii Pauli, Quæſtorem fuiſſe denotat? nam Triumphi caput ex anteriore parte, Conſulem triumpho dignum à Senatu judicatum ſignificat; trophæum, cui clypeus, in quo ſcribit Victoria ejus elogium, eſt appenſus, victoriam denotat; & illud in inſula Coſſura erectum. Illi enim Conſules, Pœnis devictis, in Siciliam navigantes, in Coſſuram tempeſtate delati, illam expugnarunt & præſidiis munierunt. Ideo ambo Conſules XII. Kal. Febr. de Coſſurenſibus & Pœnis hoc anno triumpharunt, uti *Capitolina Marmora* teſtantur.

II.

CATVLVS EX S. C. Caput Triumphi laureatum & ala ornatum: ex altera parte C. LVTAT. C. F. C. N. PR. COS. Catulus in quadrigis triumphalibus, d. habenas equorum, ſ. ſcipionem eburneum, Victoria per aëra volitans ei coronam porrigit.

C. Lu-

C. Lutatius ex Quæſtura factus eſt Tribunus Plebis, an. 504. 5 Ædilis Plebis an. 506. 7 Prætor an. 509. 10 & tandem Conſul cum A. Poſtumio Albino, an. 511. 2 & belli ſumma Catulo contra Pœnos decreta eſt cum ejus Collega eſſet Flamen Martialis, quem retinuit Pontifex Maximus, nec paſſus eſt à ſacris recedere. Catulus Siciliam profectus, cum novo Prætore ad id facto cum imperio, Drepanum ambo obſederunt, quod cepiſſent niſi Conſul transfixo femore vulneratus fuiſſet, ſed paulo poſt Hannonem Carthaginienſium ingenti prælio, quod legere eſt apud *Polybium*, profligavit, qua victoria bello Punico finis impoſitus eſt, nam ad Conſulem de pace miſerunt.

Anno ſequente 512. 3 prorogata C. Lutatio Provincia ex Senatuſconſulto & populi juſſu. Carthaginienſibus ille pacem dedit, poſtquam 23. annos bellum duraſſet; Siciliaque Romanorum facta, excepto Hieronis regno, ille Romam ad triumphum reverſus eſt, ut declarant *Columnæ Capitolinæ.*

C. LVTATIVS. C. F. C. N. CATVLVS PRO. A. DXII. DXIII. *Varr.*
COS. DE. POENEIS EX· SICILIA. NAVALEM.
EGIT. IIII. NONAS. OCTOBR.

In hujus triumphi memoriam denarii ex Senatuſconſulto percuſſi ſunt, in quibus Catulus Pompa triumphali in curru vehitur, ſcipionem eburneum, Conſulum inſigne, in cujus apice erat aquila, gerens. In antica parte exhibetur Triumphus, qui ita dictus eſt Bacchus, à Græcis Θρίαμβος, ut refert *Varro, de Lingua Lat. lib.* 5. quod ejus inventor fuerit, & primus triumphum egerit. Ala ornatus eſt, ut Antiochi Soteris & Pruſiæ Regum capita, ad eorum potentiam populis denotandam addita.

III.

Caput Dianæ, ſupra humerum arcus & pharetra; ex averſa parte Q· CATVL. Q.F· in imo ROMA· Victoria bigas agens.

Plurimi occurrunt in *Hiſtoria Romana* Lutatii Catuli, prænomine Quinti, qui etiam Quinti filii dicuntur, hunc vero denarium illi qui de Cimbris triumphavit, tribuit *Goltzius*, & in ejus triumphi memoriam cuſum profert: ſed potius in

ejus Prætura Siciliæ exiſtimamus, ob Dianæ caput in ejus anteriore parte expreſſum, quæ dea Siculis in honore habebatur celebri, ut egregie *Livius*, *lib.* 35. & *Plutarchus in Marcelli vita*, memorant. Victoria in bigis denariorum ſymbolum eſt, quos Romæ Prætor Siciliæ Q. Catulus cudi curavit, ad ſuam Præturam indicandam, & ut illi in uſu apud Siculos facilius eſſent.

Q. Lutatius Catulus Quinti Lutatii Catuli filius, fuit eruditus & eloquens, ut ex illius Orationibus perſpicitur, & ex *Libro de geſtis ſuis*, ad A. Furium Antiatem miſſo. Quæſturam Provincialem iniit an. 631./2. Tribunatum Plebis an. 636./7. Ædilis fuit Plebis an. 641./2. Prætor Urbanus an. 644./5. Provinciam ſortitus Siciliam obtinuit an. 645./6. & eum frumentum imperaſſe teſtatur in *Frumentaria ſua contra C. Verrem Cicero*. Conſulatum geſſit cum C. Mario IV. an. 651./2. Gallia utraque Conſulibus decreta, C. Mario Narbonenſis, Catulo Ciſalpina. Marius, devictis Ambronibus & Teutonibus, Collegæ Lutatio feliciter adfuit contra Cimbros, de quibus magnam ſtragem ambo ediderunt, an. 652./3. de quibus triumpharunt Marius Conſul V. & Catulus Proconſul; ut ferunt *Marmora Capitolina*.

Q. LVTATIVS. Q. F. Q. N. CATVLVS. PROCOS. AN. DCLII./DCLIII. Varr.
DE CIMBREIS. ... ...

Catulus ex manubiis porticum in area Flacciana extruxit, ut teſtatur *Cicero*, *pro Domo ſua*, & votam in prælio ædem ſacram Fortunæ, quo cum Cimbris pugnatum III. Kal. ſept. peracto triumpho in X. Urbis regione extrui curavit, cujus meminit *Plinius*, *lib.* 34. *cap.* 8.

IV.

Q. LVTATI. Q. F. Q. N. CATVLVS AED. CVR. S. C. Caput Libertatis velatum: ex averſa parte L. GELLI. L. F. COS. Sella Curulis inter duos lauri ramos.

Alter ecce Q. Lutatius Q. Lutatii Cenſoris filius, ſuperioris Conſularis Triumphaliſque nepos, cujus tamen nulla apud *Hiſtoricos* mentio, ſed quem denarius Ædilem Curulem fuiſſe dum L. Gellius L. filius Poblicola Conſulatum gereret, nos edocet, cum

Cn. Cor-

Cn. Cornelio Lentulo Clodiano an. $^{681.}_{2}$ ut in gente Gellia jam diximus Ipſe forſan brevi poſtea extinctus eſt. Libertatis caput in anteriore denarii parte exhibuiſſe videtur, quod ejus deæ templum reſtaurari curaverit ex Senatuſconſulto, ut fert nota S. C. in denario. Sella Curulis in averſa parte expreſſa eſt, ad indicandam Q. Lutatii Ædilitatem, & duo rami lauri Ludorum quos edidit, præmia Victorum eſſe videntur.

V.

CERCO. Caput Romæ galeatum ſupra quod vox ROMA: ex averſa parte. Q. LVTATI. Q. Navis Prætoria cum remis in corona ex quercu compoſita.

Ad alterum Lutatium cognomine Cerconem progredimur, hic Quintus appellatus eſt, & frater fuit minor C. Lutatii Catuli Pontificis Maximi, cujus denarios priores duos retulimus, de illius Cerconis cognomento in gente Lutatia diximus *Ant. Auguſtinum* à cauda putaſſe deſumptum, ſed ſine autoritate; liceat igitur nobis potius illud ex *Feſto* ad *Cercopa* referre, quem Græci appellant lucrari undique cupientem, quaſi κέρδονα, quem Latini quoque lucrionem vocant.

Is Quæſturam ſuſcepit Provincialem an. $^{500.}_{1}$ ſub uno ex Conſulibus vel Servilii Cæpionis, vel Sempronii Blæſi, quibus Sicilia atque Africa fuere Provincia, ut navis Prætoria in averſa denarii parte expreſſa, & littera Q. id eſt, *Quæſtor* in area, indicant: nam ambo cum tota Claſſe ducentarum & ſexaginta navium ex *Eutropio*, *lib.* I. ad Africam profecti ſunt, quare Q. Lutatius Cerco, ad impenſas tantæ Claſſis ſolvendas, denarios Romæ, ut fert ejus *inſcriptio*, & deæ caput in anteriore illorum parte expreſſum, ſignari curavit, & coronam ex quercea in felix conſervandorum civium omen ſeu ex pugna, ſeu à maris tempeſtate, apponere voluit. Sed econtra evenit; nam hoſtium præda ex ora Africæ maritima onuſti Conſules, in parvæ Syrtis vadoſa lapſi ſunt, unde vix elabi incolumes potuere, & poſtea dum Italiam petit Claſſis tempeſtatibus circumcincta, cica Palinurum Lucaniæ promontorium, teſte *Oroſio*, naufragium fecit.

Ex Quæſtura Lutatius Cerco Tribunatum Plebis adeptus eſt an. $^{505.}_{6}$ Ædilis Plebis fuit an. $^{508.}_{9}$ Prætor Urbanus an. $^{510.}_{1}$ & poſtea

Conſul cum A. Manlio Torquato Attico iter. an. $\frac{512}{3}$ triumpharunt, ut *Marmora Capitolina* teſtantur.

Q. LVTATIVS. C. F. C. N. CERCO. COS. A. $\frac{DXII}{DXIII}$. *Var.*
DE FALISCEIS. K. MAR.

Q. Catulus extra ordinem Sardiniam Provinciam obtinuit, an. $\frac{514}{5}$ imo & Cenſor creatus eſt cum L. Cornelio Lentulo Caudino an. $\frac{517}{8}$ ſed in Magiſtratu mortuus eſt, & abdicavit de more Collega.

MAE-

MAECILIA.

MAECILIA gens, de qua nobis ſuperſunt denarii, Plebeia, cognomine *Tullus*, teſte *Valerio* ominis cauſa dictus, quaſi *tollendus*, o in u verſa. Sed modo prænomen, modo cognomen, Mæcilius diminutivum ex *Mæcio*, qui videtur vocatus à Mæcia Tribu, de quodam Caſtro ſic appellata apud *Feſtum*.

I.

CAESAR AVGVST. TRIBVNIC. POTEST. Caput Auguſti nudum: ex averſa parte M. MAECILIVS TVLLVS. III. VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum. S. C. in area.

Mæciliam gentem Albanam, Tullo Hoſtilio Romæ regnante, Alba diruta, civitatem Romanam adeptam fuiſſe, & in Senatorium, Patriciumque ordinem allectam, ſcribit *Dionyſius lib.* 3. Hæc quidem non cognomen Tulli habuit, ſed quùm à L. Mæcilio, qui primùm an. 284/5 Tribunus Plebis ex quinque factus, in Comitiis ex Lege Publia, ut *L. Piſo, in Annal.* tradit, numeroſa exiiſſet Lucii, Marci & Spurii progenies, Marcus tandem Mæcilius M. F. C. nepos, Tribunus Plebis an. 445/6 ad aliorum diſtinctionem Tullus eſt cognominatus, cujus ſtirpem propagatam uſque ad M. Mæcilium Spur. F. M. N. Tullum reperimus, Tribunum Plebis an. 538/9 à quo tempore jacuiſſe videtur, uſque ad hunc M. Mæcilium Tullum, quem nummus Triumvirum Monetalem Senatus ſub Auguſto demonſtrat, cujus ſolito modo ipſius effigiem ex una parte, & notam Senatuſconſulti ex altera, exhibet.

II.

CAESAR. AVGVST. PONT. MAX. TRIBVNIC. POT. Caput Auguſti laurea coronatum à Victoria, pone ſtante: ex averſa parte M. MAECILIVS TVLLVS III. VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum: S. C. in area.

Alte-

Alterum ecce nummum M. Mæcilii Tulli, Triumviri Monetalis, ſed magnæ formæ; hi erant rariſſimi illa ætate: nam licet Senatus, in diviſione Provinciarum, cudendæ monetæ æreæ omnis magnitudinis jus habuerit, raro tamen ejuſmodi nummos cudebat, ſed frequenter eos, quos ſecundi moduli appellabant. Magiſtratus illi minores annui erant, ut & alii Romani, & ab iis inchoare ante Quæſturam videbantur, & neceſſarii erant, ut arbitramur, ad Conſulatum obtinendum, quem Auguſtus plerumque gerebat, vel in locum ſuum, quos Suffectos nominabat: & quo tempore vellet. De Victoria coronam Auguſto imponente, ſupra dictum eſt, quod illum Senatus perpetuo Victorem appellarat, teſte *Dione*, *lib.* 54.

Obſervandum eſt, nos ad *Fulvii* libitum, alios, quos in gente Mæcilia exhibuit nummos, ad ſequentem Mæniam tranſtuliſſe.

MAENIA

MAENIA ceu *MAINIA.*

MAINIA, ceu MAENIA gens plebeia eſt; ſi quidem P. Mænius, Tribunus Plebis an. $\frac{265.}{6}$ Legem de Ludis Romanis reſtaurandis tulit; & alter P. Mænius, Trib. etiam Plebis an. $\frac{467.}{8}$ Legem de patrum autoritate in Comitiis approbandis.

I.

Caput Jani bifrontis barbatus : in averſa parte C. MAINI. Navis.

Ut ad C. Mainium C. filium & Cn. qui de Antiatibus triumphavit, an. $\frac{415.}{6}$ hunc nummum revocemus, duo impellunt. Primum quod As, qui libralis erat, primo bello Punico, ob Reipublicæ impenſas, ad ſextantarium reductus eſt, ut hic ex duabus unciis conſtat. C. ille Mænius Tribunus Plebis recitatur à *Pighio*, an. $\frac{496.}{7}$ qui numum cudiſſe videtur in Quæſtura ſua. Alterum quod C. MAINIVS ſcribatur : nam licèt in *Faſtis Capitolinis* Mainius & Mænius habeatur, obſervandum tamen eſt, primo Mainium fuiſſe uſurpatum, deinde vero Mænium. De Jano bifronte, in nummis æreis percuſſo, ſparſim diximus, ob illius effigiem, cum Saturno in eodem nummo impreſſam, unam tandem fuiſſe nominatam, & Jano attributam, quùm navis Saturno permanſerit : unde utriuſque uſus in Romanis nummis præſertim æreis eſt introductus.

II.

Caput Romæ galeatum : ex averſa parte C. MAINI. Victoria in bigis, d. flagrum, ſ. habenas equorum, in imo ROMA.

Ad eundem C. Mainium ſpectat hic denarius, quem in Quæſtura Romæ percuſſit: nam ut æream, ita & argenteam, mone-

 tam

tam Quæſtores ſignari curabant, in quibus nomen ſuum inſcribebant; etſi erat æs imminutum, argentum non videtur ex denarii nota X. mutaſſe, & *Plinius*, *lib.* 33. licet aliquando pro XVI. aſſibus notatum, pro decem aſſibus in militari ſtipendio ſemper datum eſſe, aſſerit. Victoria in bigis cum flagro, nota fuit denariorum Romanorum, qui exinde bigati ſunt appellati.

III.

Caput Romæ galeatum: ex averſa parte P. MAE. Caſtor & Pollux, decurrentes in equis cum haſtis, ſupra eorum capita ſtellæ; in imo ROMA.

Ad gentem Mæniam potius quam ad Mæciliam revocare hunc denarium, qui præfert P. MAE. id eſt, Publius Mænius, placuit: *Fulvius* ad illum etiam referri exiſtimavit. Mænius pro Mainio inſcribitur, idcirco denarium poſt ſuperiores ſignatum putamus, & ad P. Mænium pertinere ſuſpicamur, qui patrem habuit Marcum Plebis Tribunum, an. $\frac{536}{7}$ & proavum C. Mænium, quem ſupra diximus triumphaſſe de Antiatibus, an. $\frac{415}{6}$ ſed ex alia ſtirpe quam C. Mænius qui ſuperiorem denarium percuſſit, qui à Caio primogenito originem duxit, hic vero à Lucio Caii Triumphalis minore filio. De Caſtore & Polluce, frequenti denariorum Romanorum ſymbolo, ſæpe diximus.

IV.

Caput Romæ galeatum: ex altera parte. P. MAE. ANT. Victoria in quadrigis decurrentibus, d. coronam, ſ. habenas equorum, in imo ROMA.

Ad eundem P. Mænium hunc etiam denarium pertinere arbitramur; qui in eo C. Mænii proavi de Antiatibus triumphi memoriam renovare voluit; ideo Victoriam in quadrigis lauream manu ferentem exhibuit, & ſi nobis conjicere liceat, cognomen ob Antiates devictos Antiaticum ſe appellavit, quod vox ANT. ſignificare remur, ut ab illo originem duxiſſe demonſtraret.

V.

V.

Caput Herculis pelle leonina amictum: ex averſa parte P. MAE. ANT. M. F. Navis, in imo ROMA.

Publii etiam Mænii hic quadrans eſt, non quidem trium unciarum pondere; ſed ex quarta parte aſſis tunc temporis, uncialis ſecundo bello Punico facti. P. autem Mænius, qui ſe in ſuperiore denario Antiaticum, in proavi Triumphalis memoriam appellavit, ſe Marci filium inſcripſit, ut ſe per eum ex Caii Mænii natu minore filio, originem ab eo traxiſſe demonſtraret.

M A M I L I A.

MAMILIA gens, etſi nobiliſſima, tamen Plebeia fuit; à Mamilia filia Telegoni, Ulyſſis & Deæ Circes filii oriunda. Diſtincta eſt in cognomina Turrinorum & Limetanorum. An vero Turrinus à *Turre*, ut Limetanus à *Limite*; quod Mamilus Tribunus militum, Legem tulerit de limitibus an. 588.

I.

Caput Juſtitiæ deæ cum diademate ſolito. EX. S. C. ex averſa parte C. MAMILIVS Q. F. TVRRINVS. Sella Curulis, ſupra quam aratrum, cum lauri ramo in ſtiva, hinc & inde faſcis cum ſecuri.

Ad C. Mamilium Q. filium Turrinum pertinet hic denarius, ut fert illius epigraphe. Illius pater Q. Mamilius Præturam in Gallia adminiſtravit an. $^{597}_{8}$ apud *Livium*, *lib.* 28. qui eum mendoſe vocat Manlium. Caius verò Quæſturam Provincialem iniit an. $^{583}_{4}$ Tribunatum Plebis an. $^{588}_{9}$ in quo Magiſtratu Legem de Limitibus & XII. tabularum lege juſta latitudine finiendis tulit, unde *Limetani* nomen adeptus eſt, & cognomen ad ejus poſteros tranſiit, ut infra dicturi ſumus. Frequens ejus Legis mentio apud *Juriſconſultos*.

Poſt Tribunatum Plebis C. Mamilius factus eſt Ædilis Plebis an. $^{591}_{2}$ & tandem Præturam an. $^{594}_{5}$ & quoniam grata erat Lex Senatui de Limitibus à C. Mamilio lata, Senatuſconſulto illi dum Prætor fuit ut Legis memoriam in denario exhiberet. Unde ab una parte Juſtitiæ imago expreſſa eſt, in averſa parte Sella Curulis, Prætorum inſigne, inter duas faſces, quibus utebantur: ut alibi ex *Plutarcho* protulimus. Supra vero Sellam Curulem expreſſum eſt aratrum, in memoriam Legis latæ, quia ſulcus finalis eſt Limitum terminus, qui in agris ſeparandis duci ſolet; lauri ramus in ſtiva aratri poſitus eſt, ad bonum omen; quia laurus non fulmine tangi putabatur, ſeu ad feſta Terminalia quotannis celebrata

menſis


MAECILIA
CAESAR·AVGVST·PONT·MAX·TRIBVNIC
S·C
M·MAECILIVS TVLLVS III·VIR·A·A·A·F·F·
CAESAR·AVGVST·PONT·MAX·TRIB
MAENIA seu MAINIA
C·MINI
ROMA
C·MINI
ROMA
ROMA
ROMA
ROMA
MAMILIA
EX·S·C·
Q·F·
TVRINVS
IMP·CAES·TRAIAN·AVG·GER·DAC·P·P·REST·

TAB. LXXXIX.


MAMILIA
S·C
C·MAMIL·
LIMET
L·CENSORIN
XVII
C·LIMET
P·CREPVSI
MANILIA
ROMA
L·MANILIVS C·F·III·VIR
MANLIA
ATTICVS
Q
A·TORQ·VT·
ROM
C·N·OV·
T·TORQVT·
T·M·AP·CL·Q·VR·
SER
ROMA
X
O
A·MNLI·Q·F·
A·TORQVT·A·F·
COS·
S·C·
EX·
M·MESSALA
M·F·
ROMA
CXXIIX·
L·MN·I·ACIDIN
CN·MANLIVS CN·F·MXIVI
C·PRRIVS
C·ME·EL·Q·F·
PROQ
L·MANLI
L·SVLLA·IMP·
TAB. XC.

menſis Februarii exitu, denotanda: in quibus vicini conveniebant, ſacra faciebant, & epulabantur, & lauri ramos aratris, ut denarius indicat, imponebant.

II.

Caput Mercurii pileo cum alis ornatum, pone quod caduceus: in parte poſtica C. MAMIL. LIMETA. Ulyſſes cum pileo & pallio ſtans, ambabus baculo innixus, cui canis abblanditur.

Alii hunc denarium C. Mamilio Limetano, C. Mamilii Turrini Tribuni Plebis, qui Legem de Limitibus, & ob id Limetani dicti, tribuunt; *Alii* C. Mamilio Limetano ejus nepoti adjudicant. Sed priorum ſententiam ſequi malumus, & illum in Quæſtura Provinciali cudiſſe remur an. 614. ad ſuam indicandam ex Ulyſſe originem. Diximus in hujus gentis proœmio, Mamiliam gentem ex Mamilia Telegoni filia Tuſculi nata progeniem extendere voluiſſe. Telegonus autem filius erat Ulyſſis & deæ Circes, qui, quùm eſſet adoleſcens, ad Ithacam Inſulam inviſurus patrem advenit, & quum ex navi deſcendere vellet, ejus famuli cum regiis contenderunt & aliquos ex iis occiderunt, ad ſuorum auxilium ſenex Ulyſſes accurrens à Telegono piſcis oſſe interemptus eſt. Quod quùm ſe patrem occidiſſe Telegonus accepiſſet, in Italiam navigavit & Tibur condidit, ubi Mamiliam genuit, à qua gens Mamilia propagata eſt. Cetera in ſequentibus.

III.

Caput idem Mercurii, & idem Ulyſſes in parte averſa, C. MAMIL. LIMETAN. circa vero ambitum IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST.

Ut C. Mamilius ex una parte Ulyſſem exhibuit, qui poſt longos errores & pericula naufragiaque, mendicus in Ithacam appulſus, domum petens, nemini in patria notus, quam Argo cani ſuo, ideo illi abblandiens, ad originem gentis ſuæ expreſſus eſt: ſic ex anteriore parte Mercurius ſignatus eſt, ad deſignandam Ulyſſis per matrem ab eo originem traxiſſe, ut indicat *Ovidius Metam. lib.* 13.

Eſt quoque per Matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas, deus eſt in utroque parente.

Ulyſſes habuit Laërtem patrem & Anticleam Autolyci filiam matrem. Laërtes habuit Arceſium Jovis filium, ſicut Autolycus erat Mercurii natus : unde ab utroque parente Jovem atque Mercurium proavos habuit Ulyſſes.

IV.

Caput Dianæ Luna bicorni in fronte ornatum, arcus & pharetra ſub humero lævo, in area S. C. ex altera parte C. MAMIL. LIMETA. Ulyſſes, ut ſupra, cum cane.

Ex Quæſtura C. Mamilius Limetanus ad Tribunatum Plebis pervenit an. $^{619.}_{20}$ Gens autem Mamilia ex Tibure oriunda, licèt ex ejus urbe princeps, Dictator Tuſculanorum L. Mamilius civitate donatus eſt à L. Quinctio Cincinnato, poſt victoriam de Æquis in Algido an. $^{295.}_{6}$ & ab eo, licet inter Plebeias relata Conſularis & nobiliſſima fuit, poſt Tribunatum Limetanus eſt factus Ædilis Plebis an. $^{622.}_{3}$ & Prætor Urbanus an. $^{625.}_{6}$ in quo Magiſtratu denarius illum ex Senatuſconſulto Ludos Apollinares, uti Prætorum erat munus, celebraſſe nos edocet. Ideo in ejus memoriam Dianæ imaginem expreſſit, quum ejus ſacra uti Apollini, ita ejus ſorori fierent, unde in pleriſque denariis hæc dea pro Apolline exhibetur, ſed ſemper cum nota S. C. quod eo ad illos edendos opus eſſet. De Ulyſſe, ad Mamiliæ gentis originem arguendam, ſupra diximus ; cui tantum addemus *Plinium* ſcripſiſſe, *lib.* 35. *cap.* 10. Nicomachum pileatum Ulyſſem feciſſe. Nicomachus, „ inquit, Ulyſſi addidit pileum ; ideo ipſo ornatus in denario depingitur.

V.

Caput Libertatis velatum. L. CENSORIN. ex averſa parte, C. LIMETA. P. CREPVSI. Libertas in bigis utraque habenas equorum & ſ. pileum.

Jam iſte denarius in gente Crepuſia prodiit. Quùm in eo tria Familiarum nomina exhibeantur, illum *Fulvius* à Triumviris Mone-

Monetalibus Crepuſio, C. Limetano & L. Cenſorino percuſſum exiſtimat: cui lubenter accedimus; ſed illum Cenſorinum arbitratur fuiſſe Conſulem an. $^{714.}_{5}$ qui C. Limetano, cujus mentionem facit *Hiſtoria Salluſtii*, non convenit; nam ille C. Mamilii Limetani ſuperioris fuit filius, & Quæſturam Provincialem iniit an. $^{638.}_{9}$ Tribunatum Plebis an. $^{643.}_{4}$ quem à Juſtitiæ cultu *Salluſtius* laudat, ob Legem in hoc Magiſtratu de captarum ab hoſte pecuniarum quæſtione. Ædilis Plebis poſt Tribunatum fuit an. $^{646.}_{7}$ & poſtea Prætor Urbanus an. $^{649.}_{50}$ & Provincialis an. $^{650.}_{1}$ ideo L. Cenſorinus Conſularis pater fuiſſe videtur qui cum C. Mamilio Triumvir Monetalis fuit. Simul Libertatis caput expreſſerunt, ad indicandam Romanorum libertatem; & ideo ille cum bigis quas agit, pileum tenet, ſolemne ſcilicet Libertatis ſymbolum. Vide in Crepuſia.

MANILIA.

MANILIA gens Plebeia; ſiquidem M. Manilius, ut videtur, illius autor inter Tribunos Plebis numeratur an. 288/9. Nomen illa deſumpſiſſe videtur à prænomine Manio, unde Manilius. Manius autem dictus eſt quod *mane* natus eſſet.

I.

Caput Herculis, ſupra lævum humerum clava: ex averſa parte M. MANILI. Navis, in imo ROMA.

M. Manilius P. Manilii filius natu minor, quùm fratrem habuerit Tribunum Plebis an. 583/4. ipſe Quæſturam iniit an. 587/8. in quo Magiſtratu hunc denarium cudit, &, ſi nobis conjicere liceat, Herculem in anteriore parte exhibuit, ad denotandum Gallos hoc anno à M. Marcello Conſule deletos; ut ſcribit *Julius Obſequens.* Nemo neſcit Gallos Herculem ſummo cultu fuiſſe proſequutos; ex altera parte Navem forſan expreſſit, ad deſignandum denarios ad ejus impenſas cuſos, cum quibus C. Sulpicius Gallus, alter hujus anni Conſul, Ligures debellavit rebelles; de quibus ambo Conſules triumpharunt, ut *Columnæ Capitolinæ* teſtantur.

Ex Quæſtura Manilius Tribunatum Plebis accepit an. 592/3. Ædiliſque factus eſt an. 595/6. Præturam Provincialem ſortitus, obtinuit Hiſpaniam Ulteriorem an. 597/8. & tandem creatus eſt Conſul cum L. Marcio Cenſorino an. 604/5. ambobus Africa decreta eſt Provincia, & Carthago ab iis obſeſſa eſt; ut videre eſt apud *Strabonem*, *Appianum*, *Oroſium* & alios.

II.

Caput Jovis Capitolini laureatum: in averſa parte L. MANILIVS III VIR. Aquila fulmini inſiſtens, ante quam corona ex lauro.

L. Manilius à *Goltzio* C. filius indigitatur & ex alia ſtirpe quam M. Mani-

M. Manilii Conſularis, in denario Triumvir inſcribitur. Sed, ut remur, de reficiendis ſacris ædibus, de quibus paſſim egimus, id confirmat caput Jovis Capitolini, cujus ædes videntur à L. Manilio reſtitutæ, ut & aquila, ejus ſymbolum, fulmini inſiſtens, quùm illi in bello contra Gigantas ipſa miniſtraret, viſitur quidem corona ex lauro, Jovi Capitolino ante ſacra, poſt reſtitutionem ejus templi facta, oblata.

Tribunatum Plebis geſſit L. Manilius an $\frac{668.}{9}$ Prætor Urbanus factus eſt an. $\frac{671.}{2}$ an verò iterum an. $\frac{673.}{4}$ quùm primum octo Prætores creati ſunt, Provincialis obtinuit Galliam Narbonenſem, ſed à Q. Metello in Hiſpaniam evocatus, ab Herculeio, Sertorii Quæſtore, victus eſt, ut ex *Epitome Livii* colligitur, & in urbem Ilerdam pene ſolus fugiens evaſit, apud *Plutarchum*, in *Sertorio*.

MANLIA.

MANLIA gens Patricia fuit clariſſima, ab initiis quidem ipſius libertatis, & inter eam Plebeia quædam occurrit; ut ex *Cicerone*, *Dionyſio* & nummis colligitur. Si verò ejus nomen à voce Græca μαλλὸς quæ ab *Heſychio* exponitur *Cirrus* & *Cincinnus*, deſumptum ſuſpicamur, reclamabunt forſan omnes. Porro huic conjecturæ ſuffragari videtur Cn. Manlius Coſ. an. 273/4 ex primis ejus gentis qui *Cincinnatus* appellatus eſt, & idem ſonat ac Manlius, ut Æmilius qui à voce αἰμύλος, id eſt, *Lepidus*, deinde vocatus eſt Æmilius Lepidus. Cognomina gentis plurima fuere, *Cincinnatus* primum, *Vulſo* deinde, *Torquatus* tandem à *torque*, quem unus ex iis in pugna contra Gallum ei abſtulit. Quidam dictus eſt *Acidinus*, de quo *Ant. Auguſtinus*, inquit, ἀκιδνὸς Græcis, *imbecillum* ſignificat, ac tenuem: inde fortaſſe *Acidini* cognomen deducitur, niſi potius ab *acido*, *Acidinus*. Hæc ſunt Patriciæ cognomina quæ nobis ſuperſunt: Plebeiæ verò Maximus, & Thurinus. Porro obſervandum apud quoſdam *Autores*, & præcipuè *Græcos*, Μάλλιος & Μάνλιος ſcriptos reperiri.

I.

ATTICVS. Caput Romæ galeatum: ex averſa parte A. TORQVAT. in area Q. id eſt, *Quæſtor*, Victoria in bigis figuram galeatam vehit, d. clypeum, ſ. haſtam gerentem.

Vetuſtiſſimus Manliorum Torquatorum denarius A. Torquatum cognomine Atticum præfert, quod forſan *Attice* loqueretur, ut aiunt. Quæſturam ille iniit an. 494/5 in qua hunc bigatum percuſſit, ut littera Q. hoc eſt, *Quæſtor* arguit, ſed in curru, ob triumphum L. Cornelii Scipionis hoc anno Conſulis, illum tamquam alterum Martem, nempe galea, haſta & clypeo inſignem, & de Pœnis, Sardinia, & Corſica victorem vehit.

Ex Quæſtura Manlius Atticus, ut Patricius, Ædilis Curulis factus eſt an. 499/500 Prætor Urbanus an. 503/4 & nondum Conſularis Cenſu-

Cenſuram cum A. Attilio Calatino geſſit an. $^{506.}_{7}$ factuſque poſtea Conſul cum C. Sempronio Blæſo an. $^{509.}_{10}$ iterumque cum Q. Lutatio Cercone an. $^{512.}_{3}$ quo de Faliſcis triumphavit, ut teſtantur *Marmora Capitolina.*

A. MANLIVS. T. F. T. N. TORQVATVS. AN. $^{\text{DXII.}}_{\text{DXIII.}}$*Varr.*
ATTICVS. COS. II. DE FALISCEIS. IV. NON. MART.

II.

Caput Romæ galeatum: ex parte poſtica T. TORQVAT. in area CN. FOVL. Victoria in bigis, d. flagrum, ſ. equorum habenas.

A. Torquato Attico ſuccedit frater T. Torquatus, ex *Glandorpio*, quem ſequitur *Ant. Auguſtinus*, addens, aut fratris filius „ ut ſuſpicamur. Is Quæſturam Provincialem iniit an. $^{509.}_{10}$ Ædilitatem Curulem an. $^{514.}_{5}$ Præturam an. $^{516.}_{7}$ & tandem Conſulatum cum C. Attilio Bulbo II. an. $^{518.}_{9}$ in quo Magiſtratu hic denarius bigatus videtur percuſſus à Cn. Fulvio Centumalo, qui Ædilis Plebis hoc anno recenſetur, qua verò occaſione ignoratur; ſi autem conjecturæ locus, ob Magnos Ludos, ab iis Senatus decreto factos, quos contra Sardos bellum gerens voviſſe videtur; nam de illis triumphavit VI. Id. Martii; & hoc quidem anno Jani templum clauſum eſt, ex *Eutropio.* Cenſuram obtinuit cum Q. Fulvio Flacco an. $^{522.}_{3}$ ſed vitio facti ambo abdicarunt. Cum eodem Fulvio Flacco iter. & ipſe creatus Conſul II. an. $^{529.}_{30}$ & tandem Dictator Comitiorum habendorum & Ludorum Magnorum cauſa creatus an. $^{545.}_{6}$

III.

Caput Romæ galeatum: ex averſa parte T. MANL. AP. CL. Q. VR. Victoria in trigis, utraque equorum habenas.

Titus ille Manlius, qui cum Ap. Claudio Quæſtor Urbanus inſcribitur in denario, videtur eſſe T. Manlii Torquati filius primogenitus, eodem Titi quam ille prænomine præditus. Utrumque Quæſtorem Urbanum aſſignat *Pighius*, an. $^{544.}_{5}$ Q. Fabio Maximo Verrucoſo V. & Q. Fulvio Flacco IV. Conſulibus: ſed poſtea

nullis Magiſtratibus ornatum reperimus; unde eum in juventute mortuum ſuſpicamur, ut & Aulum juniorem fratrem, qui duos reliquit filios Titum & Aulum, utrumque deinde Conſulem, alterum Titum A filium T. nepotem cum Cn. Octavio an. 588/9 juniorem Aulum, Auli F. Titi N. cum Q. Caſſio Longino. an. 589/90 Denarius pro bigis vel quadrigis, exhibet trigas, an hoc anno curſus in Circenſibus Trigis invectus eſt? Diſſimulare tamen non poſſumus, quin alio modo legat *Fulvius*, nempe T. MAE. AP. CL. Q. MAR. de quo vide in gente Marcia in fine.

IV.

Caput Romæ galeatum, ante quod ROMA, retro autem SER. ex averſa parte T. MANLI. Q. F. Sol radiatus, ſeu Apollo in quadrigis, frontibus æquatis.

Temporis ratio ut ex Manliis Patriciis ad Plebeios divertamur, poſtulat; hic autem in denario Titus appellatur, ut apud Patricios, ſed nullus ex iis Quinti prænomen tulit; ergo cum Fulvio, illi patrem Plebeium Q. Manlium Thurinum aſſignamus, qui Ædilis Plebis fuit cum Pomponio Mathone an. 546/7 & Prætor Provincialis an. ſequente 547/8 Sed filii nullos revera Magiſtratus reperimus. Porro denarii typus eum Prætorem Urbanum fuiſſe indicare videtur, in quo Magiſtratu Apollinares Ludos ediderit: in cujus memoriam quadrigas agentem exhibuerit Solem, ceu Apollinem, qui idem eſt: nam Apollo, u ſcribit *Plato*, ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὰς ἀκτῖνας, hoc eſt à *jaculando radios*, dictus fuit. Vox SER. videtur eſſe A. Manlii cognomen, quod ignoratur: in anteriore enim parte cognomen imponere moris erat, ut omnes norunt. Vox SER. an *Serratus?* quod ille primus denarios ſerratos cuderit, ſic dictos ab impreſſa *ſerræ* circa ambitum nota; de quibus *Tacitus de more Germanorum*, his verbis: „ Pecuniam probant veterem & diu notam, ſerratos, bigatoſque.

V.

Caput Nemeſeos deæ cum diademate: ex averſa parte A. TORQVAT. A F. COS. in vertice: M. MESSALA. in imo, Sella Curulis; ad latera, EX S. C.

Paulum


MANLIA
L·TORQ·VA·
EX·S·C·
SIBYLL
L·TORQVAT·
III·VIR·
L·MA·A·F·
VV.SOLONO
ROMA
ROM
L·M·A·F·VV.SO
ROM
L·MN·I·A·F·
VV.SOLONG·
PR·COS·
EX·S·C·
CN·MN·I·VV.SO
MARCIA
L·CENSOR
P·CREPVSI
C·LIMETA
CXXCVII
L·CENSORIN
L·CENSORIN·
CXX·
C·LIMETA·
P·CREPVSI·
NVMAE·POMPILI
ANCI·MARCI
C·CENSO
ROMA
NVMAE POMPILI
ANCI·MARCI
C·MRCI·
CENSO
NVMA POMPILI
C·CENSO
ROMA
TAB. XCI.


MARCIA
C·CENSORI
C·CENSOR
OB CIVIS SERVATOS
S·C
AVGVSTVS TRIBVNIC POTEST
S·C
FIGVL
C·MRCI
ROM
C MRCI·C·F·Q·N·
EX·S·C
FIGVLVS
FIGVLVS
C·MRCIVS
AED·CVR·
LIBO
Q·MRC·
ROMA
Q·MRC·
LIBO
Q·MRC·
LIBO
ROMA
Q·PILIPVS
ROMA
PILIPVS
Q·MRCI·L·F·
TAB.XCII.

Paulum in Manliorum Plebeiorum denariis moremur, ſi quidem A. Torquatus A. filius Patriciorum locum repetit, ex eadem ſtirpe quam ſuperiores: nam T. Manlium habuit avum, quem bis Conſularem, Cenſorem, & Dictatorem ſupra retulimus. Is vero Quæſturam Peregrinam geſſit an. $^{577.}_{\;\;8}$ Ædilitatem Curulem an. $^{580.}_{\;\;1}$ Sardiniam ſortitus erat, ſed in Provinciam ire non potuit, ad res capitales quærendas ex s. c. retentus ex Livio. Creatus eſt cum Q. Caſſio Longino, an. $^{589.}_{\;90}$ in Magiſtratu cuſus eſt hic denarius, ut fert epigraphe Coſſ. ejus cauſam proferre videtur *Pomponius Lætus*, *lib.* 2. Romani, inquit, profecturi „ ad bellum, Nemeſi ſacrificabant, & munus gladiatorium ede- „ bant. In cujus memoriam nomen Conſulis in denario, cum titulo dignitatis in vertice, & alterum M. Valerii Meſſalæ, hoc anno Prætoris Urbani, in imo; forſan loco Q. Caſſii Longini, alterius Conſulis, in Magiſtratu mortui. Ab anteriore quidem parte exhibetur ipſa Nemeſeos deæ imago, qualis depicta viſitur in denario M. Cornelii Cethegi; ex altera, Sella Curulis inſigne Conſulis, & nota EX S. C. ad Sacra Nemeſi ex Senatuſconſulto facta fuiſſe, indicanda.

VI.

Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA: ex averſa parte. L. MANL. ACIDIN. in area CXXIIX. Victoria bigas agens, d. flagrum, ſ. equorum habenas.

An ad L. Manlium Acidinum, qui Q. Fulvii Flacci IV. Conſulis, Dictatoris & Triumphalis filium adoptavit, denarium revocaremus, dubii aliquantum hæſimus, ſed tandem ut ad adoptati filium L. Manlium Acidinum prioris nepotem revocaremus, ſuaſerunt notæ numerales CXXIIX. quæ mihi videntur ad denarios & argentum pertinere. *Livius*, *Dec.* 3. *lib.* 6. Ætate „ L. Manlii Acidini avi, inquit, nec pecuniæ quidquam ea „ tempeſtate in publico eſſet, & paulò poſt, quùm pe- „ cunia in ærario non eſſet, nempe de remigum ſupplemento ſolvendo.

Idem *Livius*, *Dec.* 5. *lib.* 5. L. Manlium, nempe Acidinum, Maſgabæ Regis Maſſiniſſæ filio Puteolis navem egreſſo à Senatu miſſum nos edocet, ut eum Romam perduceret, cum publico ſumptu

& legatione perfuncta ei regulo munera emere ex C. pondo argenti juſſum narrat: at forſan cetera deſunt, quæ in denario CXXIIX. videntur in rei memoriam ſignata à L. Manlio Acidino, dum Quæſturam Urbanam agebat an. 589/90. Is poſt Quæſturam factus eſt Ædilis Curulis an. 591. & tandem Prætor Peregrinus an. 594.

VII.

CN. MANLIVS. CN. F. MAXIM. Caput Cereris corona ſpicea ornatum: ex averſa parte ipſa dea ſtans tunicata, utraque tædam ardentem. C. METEL. Q. F. CAPRARIVS.

Rurſus à Patriciis Manliis ad Plebeios temporis ratione redimus. Ecce Cn. Manlium Cn. filium cognomine Maximum: is tamen à *Cicerone in Orat. pro Cn. Plancio* dicitur, homo ignobilis, ſine virtute, ſine ingenio, qui diu jacuit & ægre honores adeptus eſt, & primo Quæſturam Provincialem an. 625/6. Tribunatum Plebis an. 630/1. & Ædilis Plebis factus eſt an. 633/4. cum C. Metello Caprario, de quo egimus in gente Cæcilia, num 20. Denarius illos ſimul in hoc Magiſtratu Sacra Cereris & Ludos Cereales feciſſe nos edocet, in cujus memoriam ex anteriore parte Cereris imago exhibetur corona ſpicea inſignis, quod frumentum ſerere docuerit; & in averſa ſtans, utraque tædam ardentem, in Ætna monte accenſam, ad Proſerpinam filiam quærendam. Ideo ejus luctus à Romanis Matronis in veſte candida repræſentabatur, & hi Ludi à pridie Id. April. inchoabant, & per dies octo in Circo durabant, ut *Ovidius* teſtatur, *lib.* 4. *Faſtorum.*

Ex Ædilitate Manlius Maximus ad Præturam Urbanam pervenit an. 640/1. ad Peregrinam autem an. 641/2. & tandem Conſulatum obtinuit præter omnium opinionem repulſo Catulo. Illi Provincia Gallia obtigit, in qua Allienſis pugna Romanis tam funeſta accidit, & duo occiſi ſunt Conſulis filii. A multis Cn. Mallius appellatur, ſed, ut diximus, Græci fere ſemper ſcribunt Μάλλιος. à voce Μαλλὸς, id eſt, *cincinnus.*

VIII.

L. MANLI. PROQ. Caput Romæ galeatum: in averſa parte L. SVLLA.

SVLLA IMP. Sulla in quadrigis triumphalibus, d. ſcipionem eburneum, ſ. habenas equorum. Victoria per aerem volitans ei coronam profert.

Ad L. Manlium Torquatum Quæſtorem in Aſia an. 667/8. quo Sulla Procoſ. hanc Provinciam & bellum Mithridaticum ſortitus obtinuit, ubi Imperatoris titulum conſequutus Torquatus, ſequentibus annis ei fuit Proquæſtore, & Sulla cum Dolabella Sullæ Legato eum rogarunt an. 671/2. ex *Plutarcho*, ne militem feſtina profectione laſſum prælio ad portam Collinam objiceret, ſed Sulla ſigna canere juſſit, & occiſis Coſſ. Romam ingreſſus eſt, & factus eſt Dictator, annoque ſequenti, profligata tota factione Mariana, triumphavit per biduum, ut teſtantur *Columnæ Triumphales*.

L. CORNELIVS. L. F. P. N. SVLLA FELIX. DICT. A. DCLXII. DCLXIII. *Varr.*
DE. REGE. MITHRIDATE. EX. ASIA PER. BIDVVM. IV. III. K. FEB.

Manlius ejus Proquæſtore denarios, aureos & argenteos, ad remunerandos duces & milites, ad triumphum comitantes Sullam, in quorum anteriore parte caput Romæ exhibuit, & in triumphi memoriam, ipſum Sullam in quadrigis triumphantem, cum titulo Imperatoris, quem meritus erat in hoc bello, & omnes ei una voce conceſſerant. Sulla ſcipionem eburneum gerit, Conſulum inſigne, Victoria per aerem volitans ei coronam affert, quaſi de cælo protuliſſet, unde ſibi nomen Felicis elegit.

IX.

Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA. in torque: ex averſa parte L. TORQVAT. in imo EX. S. C. Eques galeatus decurrens cum haſta & clypeo.

Alter L. Manlius Torquatus prodit, qui nec filius prioris, ut temporis ratio ſuadet, nec frater illius, cum ejuſdem prænomine ſint præditi; & ideo diverſo modo nomina ſcribunt, alter L. MANLIVS, alter verò L. TORQVATVS dicitur, ille quidem gentis nomen, hic verò cognomen ſumit, & ut originem demonſtraret, denarium in Quæſtura ſua, quam iniit an. 675/6. percuſſit, in anteriore cujus parte torquem, quem T. Manlius L. F. Imperioſus, an. 392/3. cum Gallo pugnans, ei torquem aureum detraxit. In cujus memoriam

ipſe

ipſe Titum illum Manlium, in poſtica denarii parte, in equo decurrentem cum haſta & clypeo expreſſit; & quidem ex Senatuſconſulto, ob rem tam inſignem, ut notæ arguunt EX S. C.

X.

SIBVLL. Caput Sibyllæ: ex averſa parte L. TORQVAT. III. VIR. Tripus ſupra quem urceus, hinc & inde ſtella in torque.

Fulvius ad eundem L. Torquatum ſpectare hunc denarium refert, eadem ac in ſuperiore, epigraphe L. TORQVAT. illi ſuffragatur, ſed Torquatum, ob Sibyllæ imaginem XV. virum fuiſſe ſacris faciundis, quod Sibyllini libri ab iis ſervarentur. Si hoc ita eſſet, XV VIR. & non III VIR. appellaretur. *Lactantius Firmianus, lib. de Ira Dei* & *Juſtit.* I. ex *Feneſtella* memorat, Octavio & Curione Coſſ. an. 677. in Senatu actum fuiſſe, ut Legati Erythras mitterentur ad Sibyllina carmina colligenda, nam libri earum fuerant in Capitolio igne conſumpti tempore belli Marſici, illos nominat P. Gabinium, M. Otacilium & L. Valerium Flaccum.

Denarius L. Torquatum fuiſſe Triumvirum ſacris conquirendis, doniſque præficiendis, & Ædibus ſacris incendio conſumptis reſtituendis, qui à Legatis ex Erythris & aliis urbibus quidquid attuliſſent, reciperet, & in Capitolio, ubi jam libri fuerant repoſiti, loco reſtituto, reponeret. In cujus memoriam ille ab una parte caput Sibyllæ Erythrææ, (nam trium ſtatuæ erant juxta Roſtra, nempe Cumanæ, Delphicæ & Erythrææ,) & ex altera parte tripodem cum urceo & duas ſtellas exhibuit. Tripus qui Apollini ſacer erat, duæ verò ſtellæ Apollinem & Dianam deſignant, quibus ex illa ſacra fiebant cum urceo. Torques ad indicandam ex Manlio Torquato originem. Triumviratus Torquati, ſatis tempori congruit, fuit enim poſt duos illius Quæſturæ annos. Prætor videtur fuiſſe an. 683. & *Cicero lib. 2. de Finibus*, narrat L. Torquatum adoleſcentulum eripuiſſe P. Sullæ Conſulatum, & ad patrem ſuum retuliſſe refert, qui eum geſſit cum L. Aurelio Cotta an. 688.

XI.

Caput Jani bifrontis, ex averſa parte L. MANL. A. F. Navis ſupra quam VVLSO LONG. in imo ROMA.

Tandem

Tandem ad Manlios cognomine *Vulſones*, Patricios quidem pervenimus, quod cognomen poſt Cincinnatum, tulerunt Manlii; poſtea *Capitolini*, deinde *Torquati*, & tandem illud reſumpſerunt, unde dictus L. Manlius legitur *Vulſo Longus*; *Vulſo* quidem à *Volſa* ſeu *Vulſa*, unde Volſella, & *Longus* à corporis habitu, ut ab altero Vulſone Capitolino diſtingueretur. Auli filius perhibetur, qui Quæſtor Militaris renuntiatur an. 455.

Filius verò Lucius Quæſturam Militarem ſuſcepit an. 487. qui fratrem Aulum habuit hoc anno etiam Quæſtorem; aſſes quidem ad belli forſan impenſas cudit: nam cum Umbris & Sallentinis eorumque ſociis bellatum eſt. De Jano bifronte & Navi Saturni, aſſium Romanorum ſymbolo, abunde diximus.

XII.

Caput Romæ galeatum: ex poſtica parte L. MANL. A. F. VVLSO., in area ROMA. Caſtor & Pollux aſtris inſignes, in equis decurrentes.

Ad L. Manlium Vulſonem hunc etiam denarium ſpectare arbitramur, etiamſi alterum cognomen LONGVS in eo non ſignatus ſit, nam in tota Vulſonum progenie nullus alter præter eum Lucius appellatus eſt A. filius. Denarium vero ad belli impenſas ut aſſem ſuperiorem cudiſſe veriſimile eſt, & in eo Caſtorem & Pollucem, ad Concordiam cum fratre Aulo, pariter hoc anno Quæſtore, ut horum fratrum indicaret. Ex Quæſtura verò an. 487. ad Ædilitatem Curulem pervenit an. 492. Præturam geſſit Urbanam an. 495. & tandem Conſul creatus eſt cum Q. Cæcidicio an. 497. huic verò in Magiſtratu mortuo ſuffectus eſt M. Attilius Regulus II.

XIII.

Caput Triumphi laurea inſignis, pone quod ROMA. ex altera parte L. MANLI. A. F. VVLSO LONGVS. Navis Prætoria cum remis, in imo. Q.

L. Manlius A. filius, Vulſo Longus Conſul, ut diximus in ſuperiore denario, cum Attilio Regulo II. an. 497/8. utrique Sicilia & Africa Provincia decretæ ſunt. Ambo Siciliam petiere, ubi

comparata ingenti Claſſe in Africam navigarunt, quam Claſſis Punica aggreſſa eſt Amilcare & Hannone ducibus, ſed fere tota aut capta, aut demerſa eſt. Vide victoriæ deſcriptionem, apud *Polybium* & *alios* Conſules inde in Africam appulſi, uſque ad Carthaginis muros Pœnorum agros depopulati ſunt. Manlius, hieme appropinquante, Romam rediit cum captivis. & manubiis, Attilius in Africa remanſit. Manlius Triumphum egit ut teſtantur *Columnæ Capitolinæ*.

L. MANLIVS A. F. P. N. VVLSO. LONG. AN. CDXCVII. / CDXCVIII. *Varr.*
COS. DE. POENIS. NAVALEM. ECIT. VII. .....

Littera Q Quæſtorem denarios ad milites remunerandos cudiſſe denotat; in anteriore parte Triumphi imaginem laurea inſignem, quod victores ea coronabantur; ex altera Triremem Prætoriam expreſſit, ut navalem victoriam fuiſſe argueret.

L. Manlius iterum Conſul creatus eſt, non cum Marco ſed Lucio Atilio Regulo iterum an. 503/4 uterque in Siciliam à Senatu Provinciam decretam abiit. Illorum Hiſtoriam vide apud *Polybium*, *Zonaram & Oroſium*. Manlius obſidionem Lilybetanam continuare Proconſulis nomine juſſus eſt in adventum ſucceſſoris an. 504/5

XIV.

Caput Triumphi laurea ornati, PR. COS. EX. S. C. in averſa parte CN. MANLI. VVLSO. Proconſul in quadrigis, d. lauream, ſ. equorum habenas, Victoria per aera volitans ipſi coronam affert.

Avo L. Manlio Vulſoni ſuccedit Cn. Manlius Vulſo, Cnei ad Philippum Macedoniæ Regem Legati filius, ex *Livio lib.* 30. Is Quæſturam Provincialem iniit an. 550/1 Ædilis Curulis cum P. Corn. Scipione Naſica Ludos Romanos Feſtiviores fecere an. 556/7 Prætor Siciliam ſortitus cum vetere exercitu obtinuit an. 558/9 Triumvir Coloniæ in agrum Thurinum deducendæ creatus eſt an. 559/60 & tandem Conſulatum geſſit cum M. Fulvio Nobiliore an. 564/5 Cn. Manlio Aſia cum exercitu L. Scipionis Procoſ. obtigit.

Manlius acceptis à L. Scipione copiis in Aſia, contra Gallo-Græcos, quod Antiocho Regi auxilium tuliſſent, aggreſſus eſt, illos ſubegit, pacemque poſtulantibus ſtipendium imperavit. Aſia illi proro-

prorogata Procoſ. nomine an. 565. 6 Fœdus cum Antiocho conſcripſit, Ariarathi Cappadociæ Regi ducenta argenti talenta, quod ſocerum Antiochum copiis juviſſet, imperavit, rebuſque in Aſia conſtitutis Romam properavit: ſed quùm Apolloniæ cum exercitu hybernaſſet, & ejus triumphum impedirent decem Legati, ad res inſpiciendas à Senatu in Aſiam miſſi, amicorum potentia & favore triumphavit, ut ferunt *Tabulæ Capitolinæ*.

CN. MANLIVS. CN. F. L. N. VVLSO. PRO. ANN. DLXVI. DLXVII. Varr.
DE GALLEIS. ASIATICEIS. III. NON. MART.

In cujus rei memoriam percuſſi ſunt denarii in anteriore quorum parte expreſſa eſt Dei Triumphi imago, cum notis EX S. C. ad denotandum illius triumphum ex Senatuſconſulto decretum fuiſſe, & in averſa parte, ipſe quadrigis triumphalibus vehitur, d. lauream gerens, quaſi victoriam inſignem retuliſſet, quùm ante illius currum duo & quinquaginta hoſtium duces præirent, unde Victoria ipſa per aerem volitans ei coronam proferens depingitur, militibus quadragenos binos denarios diviſit, & duplex Centurioni, unde ipſi cum hoc lemmate percuſſi ſunt.

MARCIA.

MARCIA, gens duplex, Patricia & Plebeia; Patriciæ quidem fuit Coriolanus; ſed extincta eſt, antequam denarii cuderentur. Nobis tantùm ſuperſunt Plebeiæ cognomina: in iis *Cenſorinus*, quod quùm iterum à populo *Cenſor* creatus eſt, ſed poſtea Legem tulit, ne cui bis eumdem Magiſtratum ambire liceret, ex *Plut. in Corol. Figulus*, quod inconſtantiam rerum humanarum rotæ *figulinæ* compararet, ex *Sigonio. Libo*, an à *Libo*, genere dulciori cibi. *Philippus*, ab *equorum* ſtudio. *Rex*, quod à *Rege* Marcio originem traheret.

I.

Caput Honoris laureatum: in averſa parte L. CENSOR. Silenus ſenex nudus & caudatus ſtans, dextram attollit, ſ. utrem hircinum, pone eum columna, ſupra quam icuncula cum clypeo.

Nummos Marciæ gentis explicaturi à *Cenſorinis* ordine alphabetico inchoamus. L. Marcius Cenſorinus qui nummum cudit, patrem habuit Caium, ut ferunt *Faſti Capitolini*; ſed de quo nihil occurrit: avum vero Caium etiam prænomine Tribunum Plebis an. $\frac{523}{4}$ Ille vero Quæſturam ſuſcepit an. $\frac{583}{4}$ & ad ampliſſimos pervenit deinde Magiſtratus. Sed cur in Quæſtura denarium hunc, in quo Silenus caudatus & nudus, humeris utrem hircinum ferens, & pone columnam ſupra quam icuncula, expreſſus eſt, ſignavit, diu hæſimus in hoc typo enucleando. De Sileni cultu apud Romanos nihil in *Hiſtoria* reperimus, ſed *Pauſanias* in Bacchi, cujus fuerat pædagogus, templo ejus ſtatua ſæpe comes reponi narrat; unde ad Bacchanalia hunc typum ſpectare ſuſpicati ſumus, ſed hæc Romæ non celebrabantur; imo potius ad eorum hæreſim extirpatam ſub Q. Marcio Philippo & Poſthumio Albino an. $\frac{567}{8}$ ut late videre eſt apud *Livium*, *Dec.* 4. *lib.* 9. Lucius autem Marcius, quùm ex hac eſſet gente, ejus Senatuſconſulti memoriam, quo abolita


MARCI
MARIA
TAB. XCIII.


MARIA
L·CORNEL·SVLA·PR·Q
C·MARIVS C·F·
COS
C·MARI·C·F
ROMA
EX S·C
C·MARI·C·F·
C·MARIVS
C·F·C·N·
C·MARI·C·F·CAPIT·XXIII
XXIII
S·C·
CAPIT·LVIII
LVIII
C·MARI·C·F
S·C·
CAPIT·LXXV
LXXV
C·MARI·C·F
S·C·
DIVI F· AVGVSTVS
III·VIR·
C·MARIVS TRO·
S·C
III·VIR·
C·MARIVS TRO·
AVGVSTVS CAESAR
TRO·III·VIR
C·MARIVS
AVGVSTVS
C·MARIVS C·F·
TRO·III·VIR·
DIVI F· AVGVSTVS
C·MARIVS·C·F· TRO·III·VIR
TAB.XCIV.

abolita ſunt Liberalia renovare voluit: Silenus, ut Bacchi nutricis magiſter & Sacerdos in denario expreſſus eſt, nudus quidem ad Ludorum laſciviam denotandam, & utrem hircinum gerit, ut ululatus per vinolentiam excitatos arguat; columna vero pone eum videtur eſſe Mænia, in VIII. regione Fori Romani poſita, ad quam Triumviri Capitales de maleficiis, & eorum ſceleribus cognoſcebant, teſte *Cicerone*.

II.

Caput Libertatis velatum P. CREPVSI. C. LIMETAN. ex averſa parte L. CENSORIN. Libertas ipſa in bigis, utraque equorum habenas, & ſ. pileum, in area notæ numerales CXXCVII.

III.

Caput idem L. CENSORINVS. Typus idem. C. LIMETA. P. CREPVSI. litteræ numerales CXX.

Ut hic denarius tria Familiarum nomina continet, jam in Crepuſia & in Mamilia gente prodiit. In utraque *Fulvii* mentem ſequuti, eum à Triumviris Monetalibus percuſſum diximus; ſed quùm Lex à Mario Gratidiano de probandis denariis an. 667/8 nondum eſſet promulgata, per quam Triumviri Monetales creati putantur, ad Triumviros Capitales revocare denarium non abs re eſſe indicaret ſuperior, qui de maleficiis in Bacchanalibus extinctis ſub Q. Marcio Conſule an. 567/8 memoriam revocavit, ut ex ipſa gente Marcia progenitus, noſter erat Cenſorinus.

Quùm autem L. Pupius Prætor an. 570/1 reliquias Bacchanalium perſequutus eſt ex *Livio*, & L. Duronio item Prætori an. 572/3 ex *eodem Livio*, adjecta de Bacchanalibus Quæſtio fuit, quorum reſidua quædam velut ſemina ex prioribus malis apparuerant: nonne inducere poſſumus, quod hæc non adhuc extirpata, quando Cenſorinus agebat Quæſturam an. 583/4 Triumviros poſtea Capitales fuiſſe ad id factum creatos L. Cenſorinum, P. Crepuſium, & C. Limetanum, qui ut Libertatem P. Romani hoc facto eſſe conſervatam indicarent eam in utraque denarii parte expreſſere.

L. Cenſorinus ex Quæſtura factus eſt Tribunus Plebis an. 590/1 Ædilis Plebis an. 593. Prætor Peregrinus, an. 598/9 Conſul cum M. Ma-

nilio an. $^{604.}_{5}$ & tandem Cenſor cum L. Cornelio Lentulo Lupo an. $^{605.}_{6}$ & luſtrum fecerunt 56.

IV.

NVMA POMPILI. ANCVS MARCI. Capita Numæ & Anci Marcii Regum diadematorum jugata: in averſa parte, Navale, in cujus priore arcu dimidia navis, & in altera columna, cui impoſita eſt Victoria. C. CENSO. in imo ROMA.

C. Marcius Cenſorinus, qui nummos ſequentes percuſſit, inſcribitur: ſed an L. Cenſorius ſupra Cenſorii filius fuerit, nam duos reliquit filios juniorem natu Caium prænomine Quæſtorem an. $^{628.}_{9}$ & Tribunum Plebis an. $^{633.}_{4}$ an vero ad hujus filium etiam Prænomine Caium Quæſtorem Peregrinum an. $^{663.}_{4}$ ſpectaret, non omnino conſtat. Porro, ſi nobis conjecturæ locus, ob minus rudem æreæ monetæ formam, poſteriori adjudicaremus. Hic, ut ſe originem à Numa Pompilio & ejus nepote Anco Marcio Regibus Romanis, trahere denotaret, eorum capita jugata expreſſit, & ab altera parte Navale Oſtienſe, quod Ancus Marcius, à quo nomen deſumpſere Marcii, Oſtiam urbem Coloniam deduxiſſet. De ceteris rebus in ſequentibus nummis.

V.

NVMA POMPILI. ANCVS MARCI. Capita Numæ & Anci Regum, ut ſupra, diadematorum jugata: ex averſa parte C MARCI. CENSO. Duæ naves, in quarum altera cippo impoſita ſtat Victoria, d. coronam, ſ. palmam.

Ad Navale Oſtienſe ſpectat & hic nummus, ſecundæ etiam formæ, quem percuſſit C. Marcius Cenſorinus, ad indicandum Marciorum gentem à Numa Pompilio & Anco Marcio, ut diximus, originem duxiſſe. Duas autem naves expreſſit, ut Oſtiam, in qua illæ ſervabantur, ab Anco Marcio factam eſſe Coloniam denotaret. Nam proximas Mœſiæ ſilvas, ad uſum navium publicavit, jam tum videlicet præſagiens animo, futurum non modo, ut inquit *Rufus*, totius mundi opes & commeatus illo, veluti maritimo urbis hoſpitio reciperentur, ſed per victo-

rias

rias maritimas fines imperii Romam longe propagaturam; unde ipſa Victoria, tanquam ſemper comes in Navali poſita erat in cippo, & quando Claſſis in mare prodibat, illa in Prætoria navi, ut nummi typus demonſtrat, in felicis eventus augurium collocabatur.

VI.

NUMA POMPILI. Capita Numæ & Anci Regum, ut ſupra, in averſa parte C. CENSO. ROMA. Duæ Naves, in quarum priore ſtat Victoria cippo impoſita, cum laurea & palma.

De Numa & Anco Regibus dictum eſt eos eſſe, ad indicandam Marciæ gentis originem, in nummo expreſſos, & naves ad Oſtiam urbem ab Anco factam eſſe Coloniam, in priore tanquam in Prætoria; nam illa remis ſola inſtructa eſt, & prora magis ad diſtinctionem ornata; ſtat pro ſigno Victoria, in felicem Claſſis eventum. Sed ut illa variè in his nummis expreſſa eſt; nempe in una verſus mare proſpiciens, & altera verſus puppim: an ſcalptoris caſu, an Claſſis in mare exitum, vel ejus ad Navale reditum ſpectet, dijudicent *Antiquarii.*

VII.

Caput Apollinis; ex averſa parte. C. CENSOR. Equus laxis habenis decurrens: in vertice pilei Caſtoris & Pollucis aſtris inſigniti; in imo lituus militaris.

Hic etiam denarius ad Ludos Apollinares pertinet, & nobis duos equorum varios in iis curſus demonſtrat. In ſuperiore denario deſultor in equo & alterum ducens, ad Caſtoris & Pollucis immortalitatem alternatam alludens, quod ille modo hunc, modo illum conſcendat; & in hoc decurrit ſolus laxis habenis, quando lituus militaris cecinit, in imo ad id expreſſus: pilei vero Caſtoris & Pollucis in vertice expreſſi ſunt, quia equorum curſus iis ſacri ſunt, ut innuit *Iſidorus, lib.* 10. *agens de*
„ *Ludis Circenſibus.* Itaque, inquit, Caſtori & Polluci deputan-
„ tur, quibus à Mercurio equos diſtributos *Hiſtoriæ* docent. Sub pileis deſignantur Caſtor & Pollux, ut innuit *Catullus*, in hoc *Scazonte* :

A

A Pileatis nona fratribus pila.

Nam pileos Caſtori & Polluci antiqui dedere. Aſtris ſunt inſignes, quod ſtellæ ipſæ navigantes ſervare crederentur, unde ἄνακες dicti ſunt, id eſt *Anachæ*, quod tempeſtates depellant.

VIII.

Eadem Numæ & Anci Regum capita jugata, ſine epigraphe, cum littera P. Ex altera parte C. CENSOR. Deſultor in equo alterum habena ducens, d. flagrum, in imo caduceus alatus decumbens.

Ad eundem C. Cenſorinum denarius ſpectare videtur, qui eadem Numæ Pompilii & Anci Marcii, ut indicaret originem ſuam, eorum imaginem tam in argento, quam in ære expreſſit, ut in *ſuperiore* nummo; ſolum tamen Numæ Regis nomen appoſuit, & initialem Pompilii nominis litteram P. exhibuit. In altera parte Ludorum Apollinarium typum, nempe deſultorem, in equis decurrentem habes, pro equorum curſu in iis exhibito, ad denotandam Præturam ejus Urbanam, quam in utroque Caio Cenſorino patre aut filio ignorabamus. Hic totus fuit in Marianis partibus, ſed tandem à Sulla necatus eſt. Caduceus alatus, videtur victoris in curſu felicitatem arguere.

IX.

OB CIVIS SERVATOS. Corona quercea inter duos lauri ramos: ex averſa parte C. MARCI. C. F. CENSORIN. AVG. III. VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum, S. C. in area.

Caius ille Marcius Cenſorinus, qui nummum hunc tertiæ magnitudinis, ut Senatus Triumvir Monetalis cudit, videtur fuiſſe filius L. Marcii Cenſorini, Conſulis cum C. Calviſio Sabino an. 714/5. qui & ipſe Conſulatum geſſit cum C. Aſinio Gallo an. 745/6. nam apud *Dionem* & in *Faſtis* appellatur Lucii F. & Lucii nepos: & nummus præter Triumviri Monetalis dignitatem, alteram ei adjungit Sacerdotalem, nempe Augurem appellat.

X.

AVGVST. TRIBVNIC. POTEST. in laurea: ex averſa parte C. CENSORINVS

SORINVS C. F. AVG. III. VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum; S. C. in area.

Triumvirum Senatus Monetalem non modo ſuperior nummus, ſed hic etiam ſecundæ formæ C. Marcium Cenſorinum fuiſſe demonſtrat, de illis poſt Provinciarum cum Auguſto diviſionem, Triumviris Monetalibus ſparſim diximus. C. Marcius poſt Conſulatum obtinuit Aſiam, illius meminit *Joſeph. Antiq. lib. 16. cap. 6. in edicto Auguſti de Judæorum immunitatibus*. In Provincia poſt quinquennium, in comitatu C. Cæſaris Auguſti F. Syriam tunc adminiſtrantis, mortuus eſt, autore *Vell. Paterculo, lib. 2.*

XI.

FIGVL. Caput Romæ galeatum: ex averſa parte, C. MARCI. Caſtor & Pollux decurrentes in equis, cum haſtis, ſupra eorum capita duæ ſtellæ.

Poſt Cenſorinorum Marciæ gentis cognomina ſuccedunt in nummis ordine alphabetico, Figuli; & licet nullam ipſius in *Hiſtoria Romana* mentionem reperiamus, illum tamen ex denarii forma & epigraphe C. Marcium Figulum Q. filium & C. patrem fuiſſe exiſtimamus, qui cum primus Caii nomen haberet, tantum ſe inſcripſit C. MARCI. FIGVL. & in Quæſtura Provinciali illum percuſſit cum ſolito Caſtoris & Pollucis typo. De illius Magiſtratibus nulla nobis ſuperſunt.

XII

Caput Cybeles turritum & velatum: in poſtica parte C. MARCI. C. F. Q. N. FIGVLVS. Cybele ipſa in curru à duobus leonibus tracto, d. habenas, ſ. tympanum; in area EX S.C.

Caius Caio patri ſuccedit, cujus Quæſturam Provincialem reperimus an. 573/4. Tribunatum Plebis an. 578/9. & Ædilis Plebis fuit an. 581/2. in quo Magiſtratu Ludos Megalenſes edidit ex Senatus decreto. In cujus memoriam denarios aureos & argenteos cudit, cum Cybeles imagine ex una parte, quod illi, ut Magnæ deorum Matri, eſſent dicati, & ex altera parte, ipſa leonibus vecta, quod ipſa crederetur terra: ideo turribus ornata & vehitur, & rotis ſuſtinetur, quia mundus rotatur & volubilis eſt; & eidem ſubjugantur leones, ut oſten-

deretur maternam pietatem omnia poſſe ſuperare. Plura ſparſim de iis Ludis.

Marcius Figulus ex Ædilitate ad Præturam tranſiit an. 584/5 Claſſem atque oram maritimam Græciæ ſortitus obtinuit; & quæ geſſit, vide apud *Livium lib.* 43. Conſulatum deinde iniit cum P. Cornelio Scipione Naſica an. 691/2 Figulo Gallia obtigit, & tandem Conſul iterum creatus eſt cum L. Cornelio Lentulo Lupo an. 697/8 & illi cum Delmatis bellum obvenit, quos vicit.

XIII.

Capita Jovis & Neptuni jugata; ante illa ſceptrum & tridens: in averſa parte C. MARCIVS FIGVLVS AED. CVR. Templum Jovis Capitolini.

C. ille Marcius Figulus ſuperioris filius eſſe videtur, qui Quæſturam peregrinam iniit an. 610/1 & Tribunatum Plebis an. 615/6 Ædilis Curulis fuit an. 619/20 in quo Magiſtratu denarius illum Ludos Magnos ſeu Romanos celebraſſe nos edocet. *Alii* ideo Magnos Ludos putant, quod Conſo, Conſiliorum ſecretorum Deo, id eſt, Neptuno Latiûm Regi dati ſint: at Magni & Circenſes iidem ſunt. *Alii* dictos eſſe Magnos Ludos, quod in honorem magnorum deorum celebrarentur. De quibus ſæpe *Livius* narrat, primum uno die, deinde dicit biduum inſtaurati ſunt. Unde plures dies iis eſſe tributos noſcimus, at quùm Circenſes primum eſſent, videntur Ludi equeſtres Neptuni dicati, quod ille primus equos domuerit, & Conſuales, ſeu Conſualia appellata: deinde his adjecti ſunt Scenici Ludi. *Faſti* quidem *Veteres* novem continuos dies è pridie Nonas Septembris, uſque ad pridie Idus celebratos eos fuiſſe notant: poſt quos biduo interjectos, alios Ludos Romanos in Circo per quinque dies habitos, iidem teſtantur. Quare Marcius capita Jovis & Neptuni ſociavit, quod iis diis Ludi iſti ſeparatim dedicarentur: in altera parte templum Jovis, quod in illo ſacra, ante illorum celebrationem, peragerentur.

Poſt Ædilitatem Curulem ad Præturam acceſſit C. Marcius, & Peregrinam obtinuit an. 622/3 quæ prorogata illi eſt anno ſequente Proprætoris nomine. Juris ſcientia clarus fuit, & ad Conſulatus petitionem uſque tantum pervenit.

XIV.

LIBO. Caput Romæ galeatum: in poſtica parte Q. MARC. Caſtor & Pollux decurrentes in equis cum haſtis, pileati & aſtris inſignes, in imo ROMA.

Marcios cognomine Figulos ſequuntur Marcii Libones, quorum nulla nobis ſupereſt in *Hiſtoria Romana* mentio, ſed quam deperditi *Codices Liviani*, nobis reſtituunt nummi; & ſi nobis conjicere liceat ex illis, præſertim ex ſequente æreo, illius Libonis memoriâ erat in *Decade ſecunda*, proh dolor! deperdita, quæ Hiſtoriam ab anno $\frac{461.}{2}$ ad annum $\frac{535.}{6}$ quo bellum exarſit ſecundum Punicum, complectebatur. At quùm denarii argentei tantum ab anno $\frac{484.}{5}$ ſignari cœpti ſunt, ab hoc tempore Q. ille Marcius Libo videtur Quæſturam iniiſſe, in qua argenteum hunc ſignavit, cum ſolito ejus ætatis typo, nempe Romæ capite, & Caſtore cum Polluce in equis decurrentibus, ex altera parte.

XV.

Caput Jani bifrontis: ex poſteriori latere Q. MARC. LIBO. Navis.

Ad eundem Q. Marcium Libonem ſpectat hic nummus & illius duarum unciarum pondus, ad quod reductum eſſe aſſem uncialem bello primo Punico *Plinius* nos edocet, illo premente. Quæſturam geſſiſſe Libonem nobis confirmat. De Jano bifronte, ſolemni aſſium inſigni, ac de navi Saturni, in altera parte ſignata, abunde diximus, ut ſupervacuum illud repetere, exiſtimemus. Porro obſervandum eſt ærearum monetarum pondus, magni, ad temporis quo cuſa fuerit diſtinctionem, eſſe momenti.

XVI.

Caput Romæ galeatum cum tribus globulis: ex averſa parte, Q. MARC. LIBO. Navis, in imo ROMA.

Eadem epigraphe ad eundem Libonem revocat nummum ſecundæ, ut loquuntur, formæ. Tres globuli ex anteriore illius parte notati, monetæ pretium indicant, nempe quadrantem, ceu quartam aſſis partem. Caput Romæ galeatum, Romanam denotat monetam, & ipſius imago, ut in denariis argenteis, ita in ære, ſed præſertim minuto exhibebatur, nam in aſſibus fere ſemper Jani bi-

 frontis

frontis effigies, primis temporibus cudebatur. Navis autem præcipuum fuit æreæ monetæ ſymbolum.

XVII.

Caput Romæ galeatum : ex averſo latere Q. PILIPPVS, in imo ROMA. Eques galeatus decurrens cum haſta.

XVIII.

Caput Romæ galeatum. PILIPPI. in laurea : ex averſa parte Q. MARCI. L. F. Eques galeatus decurrens cum haſta, ut ſupra.

Marcii cognomine Philippi, Libonibus ſubjiciuntur, primuſque eorum nummos ſignavit, Quintus prænomine, filius Lucii Tribuni Plebis an. $^{528.}_{9}$ qui dum Quæſturam ageret an. $^{556.}_{7}$ proavi ſui Q. Philippi expeditionem in Etruſcos, de quibus triumphavit, in his denariis renovare voluit; ſic enim currentes in equis ad bellum depinguntur Romani Imperatores, & Q. illius Philippi victoriam corona ex lauro, & ejus triumphum *Marmora Capitolina* denotant.

Q. MARCIVS Q. F. Q. N. PHILIPPVS AN. $^{CDLXXII.}_{CDLXXIII.}$ *Varr.*
COS. DE. ETRVSCIS. K. APRIL.

Q. noſter Philippus ex Quæſtura ad Tribunatum Plebis acceſſit an. $^{561.}_{2}$ Ædilis Plebis fuit an. $^{563.}_{4}$ Prætor Siciliam ſortitus, cum vetere exercitu, ſed ſine Claſſe obtinuit $^{565.}_{6}$ Conſul creatus eſt cum Sp. Poſthumio Albino an. $^{567.}_{8}$ quo cladem ab Apuanis Liguribus accepit, tamen Conſul iterum factus eſt cum Cn. Servilio Cæpione an. $^{584.}_{5}$ Marcio autem Macedonia obtigit, in qua hibernavit, & tandem Cenſor nominatus eſt cum L. Æmilio Paulo ut ferunt *Marmora Capitolina.*

CENS. L. AIMILIVS. L. F. M. N. PAVLLVS. Q. MARCIVS. L. F.
Q. N. PHILIPPVS LVSTR. FEC. LIII.

Porro nummi argentei iſti his lapidibus antiquiores, quum illi ſcribant PILIPPI, priſcam ejus ſæculi Latinitatem, quæ aſpirationis notam tunc non fuiſſe apud conſonantes, ut etiam *Cicero* & *Quintilianus* Oratores teſtantur.

XIX.

VESTA. Caput Veſtæ velo ornatum : in altero latere L. MARCI. Q. F. Q. N. PHILIPPVS. Sella Curulis ſupra quam ſimpulum, in imo CN. DOMIT. CN. F.

Ab

Ab avo Q. Marcio Philippo, ad ejus nepotem L. Marcium Philippum deſcendimus, cujus denarii in gente Domitia jam prodierunt, quùm ambo Quæſtores fuere an. 644/5. Tribuni Plebis an. 649/50. & Ædiles, an. 652/3. licet Domitii locus ſit eraſus, ſed id ſatis nummus, amborum nomine ſignatus, cum Sella Curuli Ædilium ſymbolo, teſtatur. Veſtæ imago, in anteriore denarii parte expreſſa, & ſimpulum illius ſymbolum, ſupra Sellam Curulem ſignatum, ſacra in Veſtæ templo eorum cura fuiſſe celebrata demonſtrant. In cujus rei memoriam hunc denarium cudere.

L. Marcius Philippus ex Ædilitate ad Præturam Urbanam acceſſit, & Domitius eodem anno 655/6. Provincialem ſortitus eſt, ſed hic Conſul an. 657/8. & Philippus tantum creatus eſt cum Sex. Julio Cæſare an. 662/3. quia repulſam paſſus erat, & à M. Herennio ſuperatus eſt. Cenſor factus eſt cum M. Perperna, ut ferunt *Tabulæ Capitolinæ.*

CENSS. L. MARCIVS Q. F. Q. N. PHILIPPVS
M. PERPERNA. M. F. LVSTR. FEC. LXVII.

XX.

Caput Herculis pelle leonina amictum L. PHILIPPVS, pone caput tres globuli: in averſa parte Navis, & tres globuli ad latera, in imo ROMA.

XXI.

In altero Gallus ſupra navim.

Similis ſcriptura, ut in ſequentibus denariis, ſuadet ut hunc nummum L. Marcii Philippi ad filium ſuperioris L. Marcii Philippi Cenſoris revocemus, qui in Quæſtura hunc quadrantem percuſſit, ut indicant tres illi globuli, monetæ pretium deſignantes. De Hercule, in minuta moneta ſæpius percuſſo, ut antiquo Romanorum deo, ſat dictum eſt. De Gallo nihil reperimus, poteſt eſſe nota Monetarii, quùm ille in ſuperiore non occurrat, porro arbitrabuntur *Antiquarii.*

XXII.

ANCVS. Caput Anci regis, pone quod lituus: ex averſa parte. PHILIPPVS. Figura in equo ſupra aquæductum, cum litteris AQVA MAR.

L. Marcius Philippus, ut æreos nummos, ſic & denarios argen-

teos percuſſit, & ut originem ſuam ab Anco Marcio Rege traxiſſe denotaret, illius effigiem in iis expreſſit. Ille diademate circa caput ornatus eſt, tanquam Rex. Sic *Julius Cæſar in oratione*, quam habuit in funere Juliæ amitæ apud *Suetonium*, ab Anco, ait, Marcio ſunt Marcii Reges. Pone caput Anci Regis lituus eſt appoſitus, Pontificis Maximi inſigne, quod ille præponere in publico Pontificem Maximum juſſerit, unde ab *Ovidio* Sacrificus appellatur, *lib.* 4. *Faſtorum.*

Marcia Sacrifico deductum nomen ab Anco.

Ancum Prænomen *Varro* è Sabinis tranſlatum putat. *Valerius* autem ſcribit quod cubitum vitioſum habuit, quod Græcè vocatur ἀγκών. Aquæductus Aquæ Marciæ, in averſa denarii parte, ad Anci Marcii memoriam exhibetur, qui, teſte *Plinio*, illam duxit Romam, „ *lib.* 36. Primus, inquit, eam in Urbem ducere auſpicatus eſt „ Ancus Marcius unus è Regibus: poſtea Q. Marcius Rex in Præ„ tura, rurſuſque reſtituit M. Agrippa. *Pighius* Marcium Philip„ pum in Cenſura ſua an. 647/8. Aquæ Marciæ ductum bello ſociali diſturbatum ex hoc denario reſtauraſſe exiſtimat. Statua autem equeſtris ſupra Aquæductum, vel eſt Anci Marcii Regis, vel Q. Marcii Regis qui pontem reſtituit, illa equi currentis habenas regit, ad originem cognominis denotandam.

XXIII.

Caput Philippi Macedoniæ Regis galea ornati, ſupra quam duo cornua Hircina in fronte, & diadema, ante quod littera Φ. id eſt, Φίλιππος, & pone ROMA: in averſa parte Statua equeſtris ſupra baſim.

Ad eundem L. Marcium Philippum ſpectat hic denarius, qui in gratiam proavi ſui Q. Marcii Philippi, bis Conſulis, effigiem Philippi Macedoniæ Regis exhibet, quem Romæ hoſpitio juvenem exceperat, dum Antigonus ejus tutor regni habenas moderabatur; & ad quem ideo Senatus eum Legatum miſerat, ut tradit *Polybius*, ipſi autem perſuaſerat ut Senatus imperata faceret: ille autem Philippus Rex, ita etiam galeatus in nummo, à *Patino in vita Caligulæ Suetonii, pag.* 242. exhibetur, quem ille Philippo Alexandri M. patri perperam tribuit, & cornua pariter hircina fert Antigonus Regis Philippi tutor, in nummo ab eodem *Patino* relato, *in Theſauro ſuo, pag.* 26.

In

In averſa denarii parte, L. Philippus iterum ſtatuam equeſtrem in ſuperiore denario expreſſam, profert ad memoriam avorum ſuorum revocandam.

XXIV.

Caput Neptuni laureatum, pone quod tridens, & ante illud Delphin: in averſa parte, Q. MARC. REX. Navis ſupra quam in imo ROMA.

Ad Marcios, cognomine Reges ventum eſt. Illi autem quod ex Rege Anco Marcio originem traherent, ita appellati ſunt, ex *Plutarcho*. Quintus verò Marcius Rex Conſularis ac Triumphalis filius Quæſtor Urbanus ad ærarium factus anno $\frac{674}{5}$ ut memoriam patris, qui Aquæ Marciæ ductum in Prætura, cuniculis per montes actis Romam adduxit, Neptunum cum tridente & delphino, ſollennibus ſymbolis, tanquam ejus dei munus Urbi tributum, expreſſit, & in parte nummi poſteriori, Navim ſolitam monetæ Romanæ notam ſignavit. Ipſe poſt Tribunatum Plebis & Præturam tandem Conſulatum obtinuit cum L. Cæcilio Metello an. $\frac{685}{6}$ Collega vero in Magiſtratu mortuo ſolus illum geſſit, Procoſ. Etruriam poſtea adminiſtravit an. $\frac{690}{1}$

XXV.

Caput Herculis pelle leonina ornatum, pone quod tres globuli: in averſa parte, M. MARC. in imo Roma, & ad latera tres pariter globuli.

Quis fuerit Marcus Marcius, ſi *Patini* vera eſt conjectura, ille eſt qui *Ralla* cognominatus fuit, quo nomine, ut eſt apud *Nonium*, ſignificatur rara veſtis, & opponitur ſpiſſæ: cui libenter aſſentimur, quùm nulli Marcii præter illum, prænomine Marci, occurrant. Is quadrantem hunc videtur cudiſſe, dum Quæſturam ageret an. $\frac{542}{3}$ cui convenit illa moneta ad hoc pondus, ſecundo bello Punico, ut ſæpe diximus, redacta, Marcius autem Ralla Tribunatum Plebis accepit an. $\frac{547}{8}$

XXVI.

Caput Romæ galeatum: in averſa parte M. MARC. in imo ROMA. Victoria in bigis, infra duæ ſpicæ.

Duæ

Duæ ſpicæ in bigato denario M. Marcii Rallæ infra expreſſæ,
illum Annonæ proventum in Urbe curaſſe indicant, an in Ædilita-
te, an extra ordinem? Præturam autem Urbanam ſortitus eſt an.
549. 50 maritimam oram Italiæ Proprætore extra ordinem obtinuit an.
550. 1 quo anno, inquit *Livius Decad.* 3. *lib.* 10. cum Legatis Cartha-
„ ginienſibus Romam miſſi ſunt L. Veturius Philo, & M. Marcius
„ Ralla, & L. Scipio Imperatoris frater, & addit. Per eos dies
„ commeatus ex Sicilia Sardiniaque tantam vilitatem annonæ
effecerunt, ut pro vectura frumentum mercator nautis relinque-
ret. De bigis denarii Romani abunde dictum eſt.

XXVII.

Caput Romæ galeatum: ex averſa parte, Q. MARC. C. F. L. R. in area ROMA Victoria quadrigas agens, d. lauream, ſ. habenas.

Jam prodiit alter in Fabia gente denarius ad eoſdem Triumviros ſpectans cum epigraphe C. F. L. R. Q. M. inter incertos relegatus, qui ut non ad C. Fabium prorſus referri poteſt, ita nec ad Q. Marcium Criſpum, vel Libonem, aut Philippum, vel Rallam, aut Regem, vel Tremulium, omnes prænomine Quinti gaudentes, peculiariter revocari poteſt. Victoriam de Circenſi ludicro exiſtimat *Fulvius*, ſed potius in bello referendam, ad quam incitant illi Triumviri pro conquirendis juvenibus idoneis ad arma ferenda militibuſque faciundis, creati.

XXVIII.

Caput Romæ galeatum: in averſa parte T. MANL. AP. CL. Q. MAR. Victoria agit trigas.

In Manlia gente debuit exhiberi hic denarius, in quo *Goltzius* legit, Q. VRB. pro, uti remur, Q. MAR. nam eum cum *Fulvio* ſic legimus, ſed hic illum retulimus, quùm ad eundem Q. Marcium ſpectare videatur, qui Triumvir cum aliis renunciatur. Sed ut Triumvir pro conquirendis militibus extra ordinem potuit eodem anno etiam eſſe Triumvir ſacris ædibus reficiendis.

MARIA

MARIA.

MARIA gens Plebeia eſt; ſiquidem L. Marius jam Tribunus Plebis ab an. V. C. $^{491.}_{2}$ Legem tulerit, teſte *Val. Maximo, lib. 2. cap. 3.* & alii Marii occurrant in *Hiſtoria Romana*, etiam Tribuni Plebis. Gentilicium nomen Marii à *Mari* deduci opinatur *Vin. Pighius*. Cognomen *Capitonis* in iis à capitis vitio, ex nummis nobis tantum ſupereſt.

I.

C. MARI. C. F. Caput Neptuni, pone quod tridens: ex averſa parte, Neptunus in curru duorum marinorum equorum, d. tridentem vibraturus, ſ. habenas, in imo delphinus anchoræ implicitus.

II.

C. MARIVS. C. F. Caput Neptuni, pone quod tridens & delphinus: ex averſa parte, Neptunus in curru duorum equorum marinorum vectus, d. tridentem, ſ. habenas.

C. Marius, cujus vitam deſcribit *Plutarchus*, ſerò Urbem vidit, in eamque tantum venit, poſtquam Arpinate in patria repulſam paſſus, Quæſturam petere auſus eſt, quam iniit an. $^{639.}_{40}$ in Sicilia, ut conjicere licet ex *Cicerone, Verr.* 4. ubi hos denarios percuſſit, in quibus Neptunum maris deum, cum his inſignibus tridente & delphino expreſſit, illum imprimis ob nominis ſui Marii Gentilicii affinitatem veneratus. Equi illi marini fabuloſi ſunt, ſed illi tribuuntur, quia primum equos domuiſſe narrat *Dio Siculus, lib. 6.* Tridentem gerit peculiare ſceptrum, quod aquarum natura triplici virtute fungatur, id eſt liquida, fœcunda, & potabili, ex *Fulgentio, Mythol. lib. 1.*

III.

L. CORNEL. SVLLA PR. Q. Caput Jovis Capitolini ex averſa

parte C. MARIVS C. F. COS. Figura togata in quadrigis triumphalibus, d. habenas, ſ. palmam.

Cæcilii Metelli favore Marius Tribunatum Plebis adeptus eſt an. 634/5. In Ædilitate poſtea petenda etſi repulſam paſſus, Præturam Urbanam tamen obtinuit an. 638/9. Hiſpaniam Ulteriorem ſortitus eſt an. 639/40. & tandem ad Conſulatum pervenit cum Q. Caſſio Longino an. 646/7. Mario Numidia extra ſortem Populi juſſu data eſt, Numidiæ Regem finibus expulit, atque oppida quædam cepit: ſed quùm Jugurtham & generum ejus Bocchum ingenti prælio hibernaturus fudiſſet, prorogata eſt illi in annum 647/8. Provincia, quam in P. Romani poteſtatem redegit, & bello ei prorogato an. 648/9. victum Bocchum compulit ad ei tradendum Jugurtham, quem ad Triumphum duxit Romam, illumque ipſis Kalendis Januariis egit: ut teſtatur denarius, in quo triumphali curru vehitur. A Cornelio Sulla, ejus in hoc bello Proquæſtore, ex manubiis ad remunerandos milites cuſi ſunt plurimi: in iis autem Coſ. tantum renunciatur, quia ipſis Kalendis triumphavit, antequam hoc die Conſulatum II. cum Flavio Fimbria iniret an. 649/50.

IV.

Caput Victoriæ cum ala in dorſo: ex averſa parte, C. MARI. C. F. in imo ROMA. Victoria agens quadrigas decurrentes.

Mario in ſecundo Conſulatu Gallia Narbonenſis cum Bello Cimbrico Populi juſſu decreta eſt; ſed quùm bellum protraheretur, illi abſenti Populus iterum extra ſortem Conſulatum tertium ei cum L. Aurelio Oreſte an. 650/1. & totus in apparatu contra Cimbros belli conſumptus eſt, & Romam ad Comitia rediit, & L. Saturninus Trib. Plebis pro concione adhortatus ut Marium quarto Conſulem crearent cum Lutatio Catulo an. 651/2. at quùm Marius Ambrones ad Aquas Sextias profudiſſet, denarii Romæ percuſſi ſunt cum ejus nomine & Victoriæ capite in hanc memoriam in quadrigatis ſolitis, ut hic teſtatur.

V.

Caput Victoriæ cum duabus alis ex dorſo erumpentibus, EX S. C. ex averſo latere. C. MARI. C. F. Victoria ſtans coronam

imponit

imponit trophæo, ad cujus imum captivus ſedet nudus, manibus poſt terga revinctis.

Quùm nuntius eſſet Romam allatus de altero Marii prælio contra Teutones, eorumque Rege Teutobocho, in rei memoriam ipſum Victoriæ caput, in aliis denariis ex Senatuſconſulto expreſſum eſt cum ejus nota s. c. & in averſa parte Victoria coronam imponit trophæo, in victoriæ relatæ loco; ad cujus imum Rex ipſe nudus, manibus poſt terga revinctis, depingitur. De quo *Florus*, *lib.* 3. Certe Rex ipſe Teutobochus, „ quaternos ſenoſque equos tranſilire ſolitus, vix unum quùm „ fugeret, aſcendit, primoque in ſaltu comprehenſus, inſigne „ ſpectaculum fuit, quippe vir proceritatis eximiæ ſuper tro- „ phæa ipſa eminebat.

VI.

Caput Jovis Capitolini laureatum: in averſo latere C. MARIVS C. F. C. N. Aquila inſiſtens fulmini.

Hic denarius à Mario percuſſus, index eſt voti, Jovi Capitolino ſoluti; quùm Marius Conſul V. cum M. Aquilio creatus eſſet an. [653] poſt victoriam de Teutonibus Romæ nunciatam, Conſulatus abſenti Mario delatus eſt & bellum Cimbricum ipſi & Q. Catulo prorogatum eſt. Aquilio autem Sicilia eſt decreta: ambo Marius & Catulus erumpentibus in Italiam barbaris occurrunt, diemque & locum prælii poſtulantibus indicant apud Vercellas, ex *Plutarcho*, Ubi Marius, lautas manus ad cælum tollens, diis vovit immolaturum ſe centum boves, quod ſacrificium ex numero victimarum *Hecatombe* dicitur: in rei memoriam denarium in caſtris ſignavit, in quo Jovis caput repræſentat. Aquila ipſi ſacra volucris inſiſtit fulmini, quia illi ea miniſtraſſe dicitur. Vide Marii cetera apud *Hiſtoriæ Scriptores* geſta. Septem ille Conſulatus geſſit, & in ſeptimo mortuus; inter felices merito habitus eſſet, ſi poſt ſecundum triumphum diem extremum clauſiſſet.

Amicus hunc denarium Ludorum Magnorum Jovi dicatorum memoriam exhibere potius exiſtimat, quos Marius, quùm Prætor eſſet, edidit, quia Ædilitatis repulſam paſſus erat. Ut in

his antiquis monumentis duplex tamquam veriſimilis explicatio dari poteſt Lector eligere poteſt.

VII.

Caput Cereris cum corona ſpicea, C. MARI. C. F. CAPIT. XXXIII. in averſa parte XXIII. Arator boum jugum ducit, in imo S. C.

C. Marius ſepties Conſul, nullo quidem uſus eſt cognomine ut gentis autor, ſed qùm habuerit duos filios, illius nepotes quædam accepiſſe videntur, & inter eos hic in denario deſcriptus, qui Capito appellatur, cujus mentionem facit *Cicero*, *lib.* 13. *ad Atticum*, *ep.* 48. „ Ad me mandata attulerunt & litteras „ à C. Mario C. F. illum Cæſaris Dictatoris appellat propinquum, quia Marius ſenior Juliam illius amitam duxerat uxorem. Is videtur denarium in Quæſtura ſua, quam in Gallia Ciſalpina gerebat, cudiſſe ad memoriam avi renovandam, ſub ſexto cujus Conſulatu cum Valerio Flacco Eporedia ejus Provinciæ Colonia, deducta eſt. Cereris caput in anteriore denarii parte, ad indicandum fertile regionis ſolum, expreſſit: nam Ceres frumentum ferere docuit. Litteræ numerales ad Coloniæ deductæ annos ſpectare nequeunt, qùm varii occurrant in diverſis denariis, qui in unico Quæſturæ anno cuſi ſunt, ſed ad numerum denariorum, qui ex argenti libra ſunt conflati, ut in aliis diximus. Nota S. C. Coloniam ex Senatuſconſulto deductam denotat.

VIII.

Caput Cereris, ut ſupra: CAPIT. LVIII. in alio XXXXIII. in averſa parte, Arator ducit jugum boum, C. MARI. in vertice LVIII. in alio XXXXIII. in imo S. C.

Idem ac ſuperior typus, cum Cerere ex una parte, & Aratore boum jugum ducente, ad deductionem Coloniæ Eporediæ ſpectare videtur. Nulla in re diſſimilis eſt quam ſcriptura ad ſcalptoris placitum poſita, & litteris numeralibus, quæ Coloniæ æram in eodem Quæſturæ anno denotare non poſſunt, ſed ad denariorum ex libra argenti numerum pertinent: Eporedia

dia autem deducta eſt anno V. C. $^{653.}_{4}$ in Vagienis, ut inquit *Velleius Paterculus*, *lib.* 1.

IX.

Caput Cereris, ut ſupra. CAPIT. LXXV. ex averſa parte, Arator ducit jugum boum. C. MARI. C. F. EX S. C. in area LXXV. in ambitu vero IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. P. P. REST.

An omnes denarios Conſulares, ut ita loquamur, reſtituit Trajanus Imperator; an tantum quoſdam omnium Familiarum, an aliquot eorum facta? Si conjicere liceat, proferemus omnes, quamvis rari ſint ab eo reſtituti. Eporedia autem, Saluſſiorum urbs, ex Sibyllinorum librorum oraculo à Romanis condita, & ab *Eporedicis*, quos eo nomine Galli præſtantes, *equorum domitores* ſua lingua appellabant, nominata, ut non obſcure innuit *Plinius lib.* 13. *cap.* 17. Ejus meminit *Tacitus*, *Hiſtor.* 1. „Mediolanum ac Novariam, & Eporediam, ac Vercellas adjunxere. „Jurea hodie *Leandro* dicitur. Trajanus & Marii memoriam, & urbis antiquitatem renovare hoc denario voluiſſe videtur.

X.

AVGVSTVS DIVI. F. Caput Auguſti intra coronam querceam, ex averſa parte. C MARIVS TRO. III. VIR. Tria capita, nempe Juliæ Auguſti F. inter Caium & Lucium filios, in vertice corona.

Caius ille Marius Caii filius, à Mario Arpinate originem haud dubie trahit, ſed cognomen TROGI, quod *Alii* Protriumvir interpretantur, illum ab altero quam à Mario Capitone ortum eſſe denotat. In omnibus iſtius Marii denariis *Fulvius* TRO. III. VIR. inſcripſit, & *Patinus* inquit, „Inſcriptio TRO. III. VIR. ita enim eſt in omnibus Numiſmatibus, in ſex hujus tabellæ de- „nariis notata, ſi conſtanter ita legitur, ut in *Præſtantioribus* noſtris *Numiſmatibus* jam diximus. *pag.* 27. cur uno verbo ad *Protriumviri* cudendæ monetæ, ut *Fulvius* putat, vel deducendæ Coloniæ, ut arbitratur *Patinus*, ſenſum detorquere, quùm TRO. initium ſit cognominis, quod eſſe poteſt *Trogus*, Pompeiis, Quinctiis, & Saufeiis familiare; ut videre eſt apud *Glandorpium*.

Is autem Triumvir Monetalis, adoptionem Caii & Lucii Juliæ Auguſti, filiorum ab Auguſto avo factam an. 736/7 deſignare voluit, quùm eorum omnium capita in denario expreſſit. Corona quercea Auguſto ob ſervatos cives conceſſa eſt, ut „ inquit *Dio*, *lib.* 53. Multi erant honores delati, nempe ut „ ante ipſius domum in Palatio lauri ponerentur, ac ſuper „ eas coronæ quernæ ſuſpenderentur; nimirum quod perpe„ tuus hoſtium victor ac civium eſſet ſervator.

XI.

Caput Veneris, pone quod S. C. ex averſa parte C. MARIVS PRO. III VIR. & eadem capita Juliæ inter Caium & Lucium filios.

Senatum decreviſſe ut denarii cuderentur, qui adoptionis nepotum ab Auguſto factæ monimentum ederent, denotat C. Marius, Triumvir monetalis, & quidem Auguſti: nam Senatus ſuos habebat, qui æream monetam ſignabant, ut ſæpius diximus, & non argenteam. Unde in hoc denario Senatuſconſultum, quo decretum eſt illud monimentum, tantum ſignificat: at quùm Julia gens à Venere originem duxiſſe gloriabatur, Marius Veneris imaginem, ut tunc eorum matrem in anteriore parte expreſſit, alludens forſan Juliæ, quæ apud Græcos ſub Veneris forma exhibebatur, ut præfert nummus ab Ill. *Spanhemio allatus diſſ.* 7. *pag.* 607. ΘΕΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ, cum ejus effigie: & ex averſo latere, LIBIAN ΗΡΑΝ, Liviam vocatam Junonem, quam ita nominabat ſparſim *Ovidius*.

XII.

CAESAR AVGVSTVS. Caput Auguſti: ex averſa parte C. MARIVS TRO. III. VIR. Caput Dianæ, pone quod pharetra.

Ut in ſuperiore denario Juliam Auguſti filiam, ſub Veneris forma depictam, non dubitamus quin in hoc nummo ſub Dianæ effigiem exhibuerit C. Marius Trogus Triumvir Monetalis. At quùm Diana Jovis filia eſſet, ita Auguſtus pro Jove in terris ab adulatoribus habebatur; & Socius in cælo, ut *Manilius* innuit, *lib.* 1.

Vene-

—— Veneriſque ab origine proles
Julia deſcendit cælo, cælumque replevit,
Quod regit Auguſtus, Socio per ſigna tonante.

Quidam Dianam in denario expreſſam ad Siciliam, cujus illa patrocinio gaudebat, referunt, quod hoc anno 747. quo Marius Triumvir Monetalis fuiſſe videtur, Auguſtus Imperator VIII. XI. appellabatur & denarii occurrant cum hoc titulo: & in averſa parte, Siciliæ Diana venatrix, cum epigraphe SICIL. depicta ſit.

XIII.

AVGVSTVS. Caput Auguſti, pone quod lituus: ex averſa parte C. MARIVS C. F. PRO. III. VIR. Quadrigæ decurrentes, in quo palmæ ramus.

Quadrigæ illæ à Mario exhibitæ: in averſa denarii parte Auguſti, cum palmæ ramo triumphantis loco, in memoriam Agrippæ moderationem revocant; nam quùm poſt Gallias ſeditionibus turbatas, ab illo compreſſas, & Cantabros rebellantes deinde domitos, illi triumphum decreviſſet Auguſtus, ex *Dione, lib.* 54. eadem animi moderatione uſus, qua alterum recuſaverat, ab hoc pariter abſtinuit: ideo Marius totus Agrippæ & ejus Familiæ devotus, decretum Agrippæ Triumphum hoc lemmate indicare voluit. De Lituo poſt Auguſti caput expreſſo mox dicturi ſumus.

XIV.

AVGVSTVS DIVI. F. Caput Auguſti intra coronam querceam: in altera parte C. MARIVS C. F. TRO. III. VIR. Figura ſtans, d. ſimpulum, ſ. lituum.

Diu hæſimus in indagando quænam eſſet illa figura in averſa denarii Auguſti parte, à C. Mario Triumviro Monetali expreſſa, cum ſimpulo dextra, & lituo ſiniſtra, tandem illam Pontificatum Maximum, quem ſuſcepit Auguſtus mortuo Lepido, A. D. Prid. Non. Martii hujus an. 741. quo C. Marius Triumvir Monetalis erat, deſignare arbitrati ſumus: & ille videtur eſſe Auguſtus ſimpulum gerens

gerens, & corona licet civica potius quam velo ornatus, hæc illi in nummis ejus Triumviri Monetalis data. Simpulum vas parvum erat, quo vinum in Sacrificiis libabatur; & lituus erat baculus incurvus, quo utebatur Augur: ambo Pontificatus inſignia, ut ſæpe decorantur Julii Cæſaris imagines: imo lituus ſolus in plurimis eorum denariis, Pontificatum Maximum denotat, ut in ſuperiore & ſequente denario Auguſti, à C. Mario ſignati. De corona quercea, vide quæ in primo hujus Monetalis Triumviri denario diximus.

XV.

AVGVSTVS. Caput Auguſti, pone quod lituus. C. MARIVS C. F. TRO. in imo III VIR. Duo Senatores togati ſtantes, d. ſcipionem, ſ. chartam involutam.

Quum Triumviri Monetales uno tantùm anno, ut alii Magiſtratus Romani, munus dignitatemque obirent, quæ illo currente memoratu digna erant, in denariis exprimere ſolebant. Duos igitur illos Senatores à C. Mario expreſſos, Conſules eſſe Tib. nempe Claudium Neronem & P. Quintilium Varum arbitramur, qui Ludos Votivos, pro reditu Auguſti conceptos, quum in Galliam proficiſceretur, fecere hoc anno 740. ut notat *Dio, lib.* 54. in quorum memoriam ſignatus eſt hic denarius. Id confirmare videtur lituus, Pontificatus Maximi eodem anno ab Auguſto ſuſcepti inſigne, poſt illius caput ſignatum. Modius ad pedes utriuſque Conſulis frumentum ab illis Populo in his Ludis diſtributum denotat.

XVI.

CAESAR AVGVST. TRIBVN. POTEST. XI. P. P. Caput Auguſti in averſa parte C. MARIVS C. F. TRO. III. VIR. Pegaſus alatus, in area AFR.

C. Marius per epigraphen, AFR. id eſt, *Africa*, & Pegaſum ejus inſigne, aliquid in hac regione patratum denotare voluit: at quùm nihil anno, quo Triumvir Monetalis fuerit, memoratu dignum reperimus, ea quæ Marius Arpinas contra Jugurtham, dum eum in triumpho duxit, egregie in Africa geſſit, renovare voluit; ut ſe ab eo originem ducere denotaret. Quare autem Pegaſus Africæ ſymbolum ſit, vide *Triſtanum* noſtrum, *tom.* 1. *pag.* 89.

MEMMIA.

MEMMIA gens Plebeia eſt, ut ex veteribus *Scriptoribus* colligimus, ſi quidem Memmia lex extat de calumniis. Ejus nomen à Mneſtheo Trojano, comite & ſocio Æneæ duxiſſe, ſcribit *Virgilius*, *Æneid. lib. 6.*

——— *genus à quo nomine Memmi.*

Galli cognomen inter eos nobis in denariis ſupereſt, quod à *Candore* ita dicti, à voce Græca γάλα; ut alibi diximus.

I.

Caput Jovis in area S. C. ex averſa parte, L. MEMMI. Navis, in imo ROMA. & in vertice littera S. id eſt, ſemi.

Nota Senatuſconſulti inſolens in antica hujus nummi parte, illum bello primo Punico cuſum arguit; quando *Plinius* aſſem libralem ad Seſtantarium fuiſſe reductum nos edocet, quod pondus illius unciale in hoc ſemi aſſe, ut littera S. indicat, penitus confirmat. Nobis igitur ſupereſt, ut quis fuerit ille Lucius Memmius, inquiramus; eum autem producit *Pighius*, *Ann. lib. 2.* Tribunum Plebis an. 518/9 qui Quæſtor Urbanus hoc ſæviente bello illum cuderit. Cœperat enim ab anno 489/90 & per viginti tres annos duraverat, & ex aſſis diminutione Senatuſconſulto ſancita, illius notam in nummo exhibuit. Obſervandum eſt ab hoc tempore, caput Jovis ſupra aſſem ſemi ſignari cœpiſſe, cum ſolito Navis Saturni ſymbolo. L. autem Memmius patrem habuit L. Memmium C. F. Tribunum Plebis an. 487/8 & iterum an. 491/2

II.

Caput Apollinis laurea inſignitum: ex averſa parte L. MEMMI. Caſtor & Pollux ſtantes cum haſtis, ad utriuſque latera equus, & ſtella ſuper eorum capita.

Forma & epigraphe denarii, ut illum ad L. Memmium ſuperioris filium revocemus, nos impellunt; antiqua quidem videtur ejus forma, & inſcriptio L. MEMMI. patri ſimilis. Is Tribunatum Plebis geſſit an. 551: denarius vero Ædilem & Prætorem fuiſſe denotat; nam Caſtores qui Circenſibus ex *Iſidoro* præſidebant, quod alter equorum domitor, & alter inſignis pugil extitiſſet, hos Ludos in Ædilitate edidiſſe ſuadent: Apollo vero in anteriore denarii parte, Apollinares in Prætura celebraſſe innuunt, ut in aliis denariis obſervavimus. L. autem Memmius Caium filium reliquit bis Prætorem, & legationibus functum, apud *Livium*.

III.

Caput Saturni laureatum, pone quod falx, & vox ROMA. ex averſa parte, L. MEMMI. GAL. Figura in bigis triumphalibus, d. ſcipionem eburneum, ſ. habenas. Victoria per aera volitans ei coronam porrigit.

IV.

Idem caput & falx, & pro ROMA legitur EX S. C. ex averſa parte L. C. MEMIES. L. F. GAL. Eadem Figura in bigis triumphalibus & Victoria volitante.

Idem fere typus ex utraque denarii parte ad eundem L. Memmium Gallum denarios ſpectare indicat, & in epigraphe poſterioris erratum eſſe opinamur; ſed quis ille fuerit Lucii filius, ut in illa ſcribitur, niſi dicamus L. Memmium Tribunum Plebis an. 551. de quo ſupra, reliquiſſe cum Caio primogenito alterum filium, prænomine Lucium, qui ad diſtinctionem fratris cognominatus ſit Gallus, & in Quæſtura triumphum Senatuſconſulto decretum, illius Romani Ducis, cujus erat ille Quæſtor: at quum forſan in juventute, & ante alios Magiſtratus adeptos, mortuus ſit, nulla ejus apud *Hiſtoriæ Scriptores* mentio ſupereſt. Currus triumphalis, ſcipio eburneus in manu ducis, & Victoria ei porrigens coronam, triumphum legitime Senatuſconſulto decretum indicant. Caput Saturni denotat falx ejus inſigne, cujus cultum ſumma veneratione proſequebatur L. ille Memmius.

V.

V.

C. MEMMI. C. F. Caput Cereris corona ſpicea ornatum: ex averſa parte, C. MEMMIVS IMPERATOR. Trophæum, ad cujus imum captivus, manibus poſt terga revinctus.

Caius ille Memmius in denario deſcriptus Caii F. perhibetur & Caium patrem appellare Imperatorem videtur. Hic vero Lucium habuit patrem Caii Memmii fratrem, quorum *Cicero* facit mentionem, quùm inquit; Tum etiam C. & L. Mem- „ mii fuerunt, Oratores mediocres, accuſatores acres, atque „ acerbi: itaque in judicium capitis multos vocarunt, pro „ reis non ſæpe dixerunt. Horum vero Pater C. Memmius „ fuit bis Prætor ex *Livio*, & frater L. Memmii, quem ſuperiores nummos ſignaſſe ſuſpicati ſumus. Sed ut ad Caium qui denarium percuſſit, redeamus, caput Cereris expreſſiſſe videtur, quod Ædilis factus, Ludos Cereris edidit & in parte averſa exhibuit trophæum, à patre erectum in Ponto, ut *Fulvius* auguratur, ob aliquam victoriam, unde Imperatoris titulum retulerit: quùm Bithyniam, cum qua junctus erat Pontus, Provinciam obtinuit an. $\frac{696}{7}$ poſt cujus reditum repetundarum accuſatus, ſed abſolutus, Conſulatum petiit: porro tandem de ambitu poſtulatus, etſi defendente *Cicerone* condemnatus, an. $\frac{700}{1}$ in Græciam exulatum abiit, Patriſque Achaiæ oppido, adoptato prius Lyſonis Patrenſis filio, Patrenſium legibus & illum heredem inſtituit, & C. Memmius appellatus eſt, & ille non hunc denarium percuſſiſſe videtur, ut vult *Fulvius*, ob Magiſtratus ſequentes, quos mox obire non potuit, ſed C. Memmius legitimus ejus & Fauſtæ filius, qui Quæſtor eum percuſſit, & poſtea Tribunus Plebis fuit anno $\frac{699}{700}$ ſuperiore ſcilicet antequam damnaretur pater.

VI.

C. MEMMI. C. F. Caput Quirini laureatum, pone quod QVIRINVS, ex averſa parte MEMMIVS AED. CERIALIA PREIMVS FECIT. Ceres ſedens, d. colum, ſ. ſpicas, pro pedibus ejus ſerpens.

Hunc pariter nummum C. Memmius, Caii Memmii ambitus damnati filius, percuſſit, quùm poſt Tribunatum Plebis, Ædilitatem eſſet aſſequutus; Ædiles autem inter ſe Ludos celebrandos ſortiebantur, & poſtquam Ludi in Cereris honorem C. Memmio obveniſſent, illos ediдiſſe teſtatur denarius, in quo ideo Cereris ſtatuam colum, ob lanam quam nere dicebatur, gerentem, & ſpicas quod frumentum ſerere edidicerit; ad ejus pedes ſerpens ob currum quibus vehitur. Romulus, poſt Conſecrationem dictus Quirinus, in anteriore parte expreſſus eſt, ad antiquitatem ſacrorum illorum denotandam, quia ille Cerealia cum Lupercalibus, antiquiſſima Græcorum ſacra tantùm recepiſſet, ab Athenienſibus in ejus deæ Eleuſi inventa, quod Ceres poſt longos errores, eo tandem allapſa, filiam invenerit. Illa XIII. Kal. Apr. edebantur à matronis Romanis, luctum Cereris Proſerpinam filiam quærentis imitantibus: at poſt Cannenſem cladem ſacrum anniverſarium Cereris intermiſſum fuiſſe ſcribit *Livius*, *lib.* 22. quod nulla expers eſſet luctus matrona, & deinceps ne ob iſtam cauſam alia quoque ſacra publica aut privata desererentur, Senatuſconſulto diebus 30. luctum eſſe finitum.

Ludi etiam poſt ſacra edebantur, quibus præerant Ædiles: C. autem Memmius alludens illis, quos in Cereris honorem ederet, notare voluit in denario ad antiquitatem generis originis, Memmium poſt Cannenſem cladem Cerealia primum feciſſe, id eſt, poſt eorum reſtaurationem; nam apud eundem *Livium* C. Servilius Dictator & P. Ælius Pætus Magiſter Equitum Senatuſconſulto Cereales Ludos fecerunt, poſt tredecim annos cladis Cannenſis, nempe Aprili menſe an. $^{551.}_{2}$

C. Memmius poſt Ædilitatem geſſiſſe Præturam veriſimile videtur; nam ille eſt, ut remur, qui Conſul ſuffectus eſt in Capuanis Tabulis cum Paullo Æmilio Kal. Jul. an. $^{719.}_{20}$


VII.

C. MEMMIVS. TAVRVS PR. COS. Caput Neptuni laureatum, pone quod tridens: ex averſa parte T. STATILI. Victoria coronam imponens trophæo proræ impoſito, in qua hinc temo, inde ancora inverſa.

Ratio


MARIA
C. MARIVS C. F. TRO.
III VIR
AFR
MEMMIA
S C
L. MEMMI
ROMA
L. MEMMI
ROMA
L. MEMMI
GAL
EX S C
L. C. MEMIES L. F.
GAL
C. MEMMIVS
IMPERATOR
C. MEMMI C. F.
QVIRINVS
S. AED. CERIALIA
TAVRVS PR. COS.
C. MEMMIVS
T. STATILI
MESCINIA
XV
S. P. Q. R.
V. P. RED.
CAES.
L. MESCINIVS RVFVS

TAB. XCV.


MESCINIA
METTIA
MINATIA
III VIR
IMPER
CAESAR
M·METTIVS
M·METTI
M·METTI
IMP
CN·MAGN·
M·MINAT·
SABIN
TAB. XCVI.

Ratio temporis poſtulat ut C. hunc Memmium ad ſuperioris filium revocemus; niſi dicamus illum eſſe Lyſonis filium, ab ejus patre adoptatum, qui Quæſturam ſub T. Statilio Tauro Proconſule ſuſcepit, & ejus victoriam navalem hoc lemmate denotat; nam claſſem CXXX. navium ab Antonio acceperat, quas ex urbe Tarento Cæſari Auguſto duxit, cujus auxilio Sex. Pompeium vicit, profligavit, & ex Sicilia expulit. Qua de re C. Memmius ex una parte Neptunum maris deum, & in averſo latere trophæum maritimum in rei memoriam expreſſit.

MESCINIA.

MESCINIA gens exiſtimatur Plebeia à *Fulvio Vrſino*, quod C. Meſcinius Tribunus Plebis pro Ciceronis reditu interceſſerit; ſed plerique illum vocari C. Meſſium opinantur. Cognomen *Rufus* in Meſcinia à colore deſumptum eſt.

I.

AVGVSTVS TR. POT. $\overline{\text{VII}}$. Caput Auguſti laureatum : ex averſa parte L. MESCINIVS RVFVS. III· VIR. Cippus in quo IMP. CAES. AVG. LVD· SAEC. id eſt, *Imperator Cæſar Auguſtus Ludos Sæculares* per tranſverſum $\overline{\text{XV}}$. S. C. id eſt, *Quindecimviri ſacris faciundis*.

L. Meſcinius Rufus, qui denarium percuſſit, videtur nepos fuiſſe, ut opinamur, L. Meſcinii Rufi Quæſtoris Ciceronis in Cilicia, an $^{702.}_{3}$ de quo ita loquitur, *lib.* 13. *ep.* 26. L. Meſcinius, ea „ mecum neceſſitudine conjunctus eſt, quod mihi Quæſtor fuit. Ille fuit Auguſti Triumvir Monetalis, ut fert denarii inſcriptio, & quidem in ejus Tribunicia poteſtate VII. anno Urb. C. $^{736.}_{7}$ reſpondente, quo Ludos Sæculares reſtituit, de quibus *Suetonius*, „ *cap.* 31. Nonnulla etiam ex antiquis cærimoniis paulatim „ abolita reſtituit, ut Salutis Augurium, Diale Flaminium, Sa„ crum Lupercale, Ludos Sæculares, & Compitalitios. Hos „ celebravit an. $^{736.}_{7}$ C. Furnio & C. Junio Silano Coſſ. *Dio lib.* 54. inquit, Sæculares Ludos quinto perfecit : quando inchoati ſint magna eſt controverſia ; alii an. $^{240.}_{50}$ alii autem an. $^{297.}_{8}$ quorum originem lege apud *Onuphrium*. Secundi editi ſunt an. $^{47.}_{8}$ primis addendo decem annos, ex *Cenſorino*. Tertii an. $^{504.}_{5}$ ex eodem *autore*. Quarti anno $^{604.}_{5}$

Voces XV. S. F. explicuimus Quindecimviri ſacris faciundis, quod illi Ludi ex librorum Sibyllinorum autoritate celebrarentur, & iis quorum cuſtodes erant Quindecimviri, qui primum ad illos cuſtodiendos Duumviri à Tarquinio Superbo rege inſtituti ſunt,

ſunt, tum an. 388. C. Licinius & L. Sextius Tribuni Plebis tulerunt, ut pro Duumviris ſacris faciundis, Decemviri crearentur, ita ut pars eorum ex Plebe, pars ex Patribus fieret: poſtea Sylla qui & reliquorum Sacerdotiorum numerum auxit, facti ſunt Quindecimviri, & in *Capitolina Tabula* recenſenturque Magiſtri XV virûm, qui his Auguſti Ludis præfuerunt.

LVDI SAECVLARES QVINCT.
IMP. CAESARE DIVI. F. AVGVSTO
C. SENTIO. C. F. C. N. SATVRNINO
M. CLAVDIO. C. F. C. N. MARCELLO MAG. XV. VIR.
M. FVFIO. M. F. STRIGONE.
D. LAELIO. D. F. D. N. BALBO.

Horatius annos natus 48. *Carmen* ideo in Auguſti gratiam, quod *Sæculare* inſcribitur, fecit.

II.

Caput Auguſti laureatum ſine epigraphe: in averſa parte, L. MESCINIVS RVFVS. Cippus ſupra quem Mars galeatus ſtat, d. haſtam, ſ. parazonium ſtrophio ejus brachio involuto, & in quo S P Q. R V. P. RED CAES. id eſt, *Senatus Populuſque Romanus votum pro reditu Cæſaris.*

Ut ab eodem L. Meſcinio Rufo, dum eſſet Triumvir Monetalis Auguſti, hunc denarium cuſum arbitremur, ſuadent & ipſius imago, & eadem ſtatua, quæ in ſequente denario, etiam ſi ejus minoris Magiſtratus inſcriptio non adſit, quæ aliquando non apponebatur, ut tunc ſatis moneta demonſtrabat. Statua ſupra Cippum in averſa parte haud dubie Martis eſt; cui Senatus votum fecerat, ut è Syria ſanus rediret, Martem autem potius quam aliud numen ſibi ſelegerat, quod Auguſtus ipſi templum in Capitolio erigi curaverat, in quo ſuſpenderentur ea ſigna militaria, quæ à Phraate Parthorum Rege receperat, ut narrat *Dio, lib.* 53. his verbis. Itaque & Sacrificia ejus rei cauſa & templum Martis Ultoris in Capitolio, ad imitationem Jovis Feretrii, qua ſigna ea militaria ſuſpenderentur, decerni juſſit, ac deinde perfecit, ,, ,, ,, ,,
&

& hoc anno quo Meſcinius Triumvir Monetalis fuit, illud abſolutum videtur, quare Martis ſignum in denario percuſſit.

III.

CAES. AVG. CONS. S. OB. R. P. CONS. id eſt, *Cæſari Auguſto Conſervatori Senatus ob Rem Publicam conſervatam.* Hermes Auguſti in laurea: ex averſa parte L. MESCINIVS RVFVS III. VIR. Mars nudus & galeatus, d. haſtam, ſ. parazonium & ſtrophium in cippo, ſupra quem S. P. Q. R. PRO. S. ET. RED. AVG.

Rariſſimus eſt hic denarius, ex integra cujus inſcriptione *Fulvii* epigraphen reſarcimus, à L. Meſcinio Rufo dum Triumvir Monetalis eſſet percuſſus eſt, & ex una parte figuram Auguſti pectore tenus in laurea, Cæſari Auguſto à Senatu decretam ob Rempublicam conſervatam an. $\frac{736}{7}$ quo in priore denario illum fuiſſe Triumvirum Monetalem accepimus, ſed ejuſmodi decreta erant frequentia, ut videtur inſcriptio in baſi ejus ſtatuæ, quæ ipſi erecta eſt eo anno, quo Meſcinius erat Triumvir Monetalis.

SENATVS POPVLVSQ. ROMANVS
IMP. CAESARI. IVLI. F. COS. QVINCT.
COS. DESIG. SEX. IMP. SEPT.
REPVBLICA. CONSERVATA.

Ex altera parte, ſtatua eſt Martis, cui ut prius S. Populuſque R. votum fecit pro ſalute & reditu Auguſti, nempe ex Syria; quod in Urbe ob Conſulum creationem eſſet tumultus, dum ille abeſſet. Reverſus, inquit *Dio*, *lib.* 53. ob reditum ejus ac propter ea quæ abſens egiſſet, multa ac varia eſſe in honorem ejus decreta, quorum nihil accepit, niſi quod Fortunæ Reduci aram conſecrari, diemque ſui reditus inter ferias referri, & Auguſtalia dici paſſus eſt: at quùm forſan ſtatua ob reditum, non ante erecta eſt, quam L. Meſcinius eſſet Triumvir, vel cujus memoriam revocare in denario voluit.

IV.

L. MESCINIVS RVFVS III VIR. Cippus in quo IMP. CAES. AVG. COMM. CONS. ad latera S. C. ex averſa parte, corona quercea, in qua I. O. M. S. P. Q. R. IMP. CAE. QVOD PER. EV. R. P. IN AMP. ATQ. TRA. S. E. id eſt, *Jovi Optimo Maximo Senatus Populuſque Romanus Imperatori Cæſari quod per eum Reſpublica in ampliore atque tranquilliore ſtatu eſt.*

Cippi ingentes, tanquam columnæ, erigebantur, ut ex nummis antiquis colligitur, in quibus decreta Senatus ſcribebantur ad eorum memoriam conſervandam; quorum exempla revocat Meſcinius, nam poſt illa omnia quæ conſtituerat Auguſtus, latè à *Dione* enarrata, quamplurimi honores illi decreti ſunt, quod Rempublicam in tranquillum priſtinumque ſtatum reſtituiſſet: at quùm corona civica perpetuo ante fores domus ſuæ in Palatio, quæ quotannis Kal. Martiis renovabatur, nimirum quod perpetuus hoſtium Victor, ac civium eſſet ſervator, ideo Meſcinius eam exhibet, cum voto à S. P. Q. R. ſuſcepto in illa inſcripto; nam ut ait idem *Dio*, *pag.* 509. Quemadmodum Reſpublica in meliorem ac ſalubriorem formam, (neque enim fieri poterat, ut ſub Populi imperio ea diutius eſſet incolumis) ordinemque commutata fuerit.

V.

CAESAR DIVI F. AVGVSTVS COS. XI. P. P. IMP. IX. Caput Auguſti laureatum: ex averſa parte, L. MESCINI. RVFVS III VIR. Sella Curulis, ſupra quam laurea, hinc & inde laurus.

Sella Curulis in hoc denario, à L. Meſcinio ſignata, illa eſt, quam Senatus Auguſto, ut locum haberet inter Conſules, decrevit, quando in Senatum veniret: teſte *Dione.* Ideo perpetuo inter eos poſita manebat, & quando abſens Auguſtus erat, illa corona ex lauro ornabatur; ex ebore confecta erat, eamque ſedem honoris appellat *Cicero, Catilinaria* 4. qua qui uterentur, jus in ea dicerent, & quæ inter ſolen-

nia ad exteros Reges aut Principes amicos ac ſocios munera, erat præcipua. Hinc & inde lauri ramus Victorem perpetuum denotat Auguſtum. Ipſe autem erat COS. XI. & IMP. IX. quando Trib. poteſtatem iniit VII. & Triumvir Monetalis eſſet L. Meſcinius, ut fert primus denarius, quem ſæpius tractavimus.

METTIA

METTIA.

METTIA gens eadem videtur quæ Metia; an Plebeia, an Patricia incertum. Illam ex Lanuvio originem ducere ex nummis ſuſpicari licet. METIVS etſi in ius terminetur, fuit & prænomen ut Servius, teſte *Livio*, apud quem Metius Geminius, & Metius Octavius nominantur; & id prænomen, teſte *Sigonio*, cum plurimis aliis pro nomine gentilicio uſurpatum eſt.

I.

IMPER. CAESAR. Caput Julii Cæſaris: ex averſa parte, M. METTIVS. Venus Genitrix, ſeu Victrix, ſuccincta ſtans, d. Victoriam, ſ. haſtam tranſverſam, cubito clypeo terreſtri globo innixo, in area littera A.

M. Mettius ſub Julio Quatuorvir fuiſſe videtur, quippe qui ejus effigiem in denario expreſſit; nam illi, ut ejus imagine nummi cuderentur, Senatus decrevit, & quum magiſtratuum minorum numerum auxiſſet, Triumviri dicti ſunt Quatuorviri. Quidam autem non hunc titulum inſcripſerunt, & Julii tantum exhibere vultum ſatis habuere. Venus ad ejus originem arguendam ſignata eſt; ille autem ab Iulo Æneæ filio qui Anchiſis & Veneris filius credebatur, oriundum eſſe ſe jactabat, ut ſparſim diximus. Venus Victoriam præfert, unde Victrix appellata eſt, clypeo terreſtri globo innixa, quaſi ejus ope & auxilio Julius Imperium Romanum ſubegerit.

Cæſar Imperator ſine adjecto numero appellatur, ut refert *Dio, lib.* 44. Imperatoris quoque nomen Cæſari non antiqua tantum pro conſuetudine, qua id quum alii, tum ipſe quoque ſæpius, ex bello reportaverant; neque ea ratione, quod ei merum imperium abſolutamque poteſtatem deferrent, Cæſari tribuerunt: ſed eo modo, quo nunc iis, qui ſummum imperium obtinent, tum primo Cæſari primum impoſuerunt, tanquam ipſi proprium.

II.

CAESAR DICT. QVART. Caput Julii Cæſaris: in averſa parte M. METTIVS. Juno Soſpita in bigis decurrentibus, d. haſtam vibratura, ſ. ſcutulum.

In ſuperiore denario Cæſar appellatur Imperator, in hoc Dictator quartum. Hanc autem Dictaturam accepit an. 708/9. eo die quo tertiam inierat, ex Africa victor redux: nam illa non initio anni, ut alii Magiſtratus, accipiebatur, quippe erat extra ordinem. Ut autem in bigis & quadrigis denarii argentei typis ſolitis pro arbitrio Monetarii aut Magiſtratus, deus vel dea ſignabatur, Mettius Junonem Soſpitam, ad denotandam ſuam, ut in ſuperiore denario Julii Cæſaris, originem expreſſerat, ipſe exhibuit; nempe ex Lanuvio, ubi ipſa dea colebatur. De illa urbe ait *Livius*, *Dec.* 1. *lib.* 8. Lanuvinis civitas data, ſacraque ſua reddita cum eo, ut ædes lucuſque Soſpitæ Junonis communis Lanuvinis municipibus cum Pop. Romano eſſet. Apte ejus ſignum in curru videtur, ut nobis „ indicat *Cicero*, *de Natur. Deor.* Simulacrum ejus fingebatur cum „ pelle caprina, & haſta, & ſcutulo, & cum calceolis repandis. Hæc haſtam vibratura eſt, & ſcutulum gerit.

III.

Caput Junonis Soſpitæ, pelle Caprina amictum: pone quod ſerpens in gyros: ex averſo latere M. METTI. Victoria in bigis decurrentibus, d. habenas, ſ. lauream.

En caput Junonis Soſpitæ, pelle caprina ornatum, ut ſupra ex *Cicerone* retulimus. Soſpita dicitur à verbo σώζω, id eſt, *ſervo.* Februata etiam videtur nuncupata, quod eo die quo Lupercalia agebantur, duæ capræ mactabantur, & mulieres februabantur à Lupercis, amiculo Junonis, id eſt pelle caprina. Pone caput Junonis eſt ſerpens, de quo in ſequente denario, M. vero Metius Junonem Soſpitam expreſſiſſe videtur, ut ſupra diximus, ad arguendam ejus ex urbe Lanuvio originem. *Alii* ſuſpicantur ob Lanuvium, à Julio Cæſare Coloniam ex municipio factam, ut refert *Frontinus* ſic: Lanuvium muro ductum, Colonia deducta à Divo Julio.

Victo-

Victoria in bigis, d. coronam gerere videtur in memoriam Ludorum Circenſium, quos edidit Julius Cæſar, teſte *Suetonio*, *cap.* 39. Item Circenſes, Athletas, Naumachiam, in iis autem ſolennes erant bigarum curſus, ſine quibus ait *Torrentius*, *not. ad Domitianum*, Circenſes nulli peragerentur.

IV.

Caput Virginis cum faſcia: in averſo latere, M. METTI. Virgo ſtans, paſcit ſerpentem erectum.

Totus ille typus ad Hiſtoriam ſerpentis Lanuvini, & Virginis quæ eſcam illi porrigit, ut ex *Propertio* eruitur, in *Elegia* quæ de Cynthia & Dracone inſcribitur, *lib.* 4.

Lanuvium annoſi vetus eſt tutela Draconis,
Hic ubi tam raræ non perit hora moræ.
Qua ſacer abripitur cæco deſcenſus hiatu,
Qua penetrat virgo, tale iter omne cave.
Jejuni ſerpentis honos quùm pabula poſcit
Annua, & ex ima ſibila torquet humo.
Talia demiſſæ pallent ad ſacra puellæ,
Quùm temere anguino creditur ore manus.
Ille ſibi admotas à Virgine corripit eſcas,
Virginis in palmis ipſa caniſtra tremunt.
Si fuerint caſtæ, redeunt in colla parentum,
Clamantque agricolæ, fertilis annus erit.

Quum vero typum Mettius ad Junonis Soſpitæ & ſerpentis memoriam recolendam, ut ſuam ex urbe Lanuvio originem denotet, qualem exhibuit L. Roſcius Fabatus, ex eodem municipio in denario, quem allaturi ſumus in ejus gente.

Obſervandum hunc denarium eſſe rariſſimum, quùm in nullis Cimeliis à nobis ſit inſpectus, & tantum à *Fulvio Vrſino* tamen deſcriptus ſit.

MINATIA.

MINATIA gens Plebeia, ſi quidem M. Minatius in denario deſcriptus, Tribunus Plebis recenſetur. Prænomen Sabini, quod ex Sabinis gentis autor oriundus eſſet. Minatius Rufus à *Val. Maximo* laudatur.

I.

CN. MAGNVS IMP. Caput Pompeii Magni nudum: in averſa parte. M. MINAT. SABIN. PR. Q. Hiſpania tunicata, ſtans inter armorum congeriem, dextram porrigit Pompeio, è navi exeunti.

Antequam ad M. Minatium accedamus, quis caput Pompeii M. in hiſce denariis expreſſit, aut potius cur ipſum in iis expreſſum, non vivente quidem Pompeio M. cuſi ſunt. Id primum contigit Cæſari, ut ejus imago in denariis ſignaretur, & Pompeius Populi libertatis nimius erat defenſor, ipſe qui Rempublicam fovebat, ut id permiſiſſet, ſed à Sex. Pompeio ejus juniore filio dum Siciliam tenebat, qui aureum illum rariſſimum denarium cum effigie ſua ex una parte, ex altera Pompeium M. patrem, & Cn. fratrem ex averſo procudit. Pius in patrem ejus egregia facta revocare in denariis voluit, quod confirmat ſenilis ætas Pompeii, quæ in his agnoſcitur.

M. ergo Minatius Sabinus non Pompei Magni, ut arbitratur *Fulvius*, in Hiſpania Proquæſtore fuit, ſed Sexti illius filii, qui ejus in Hiſpaniam adventum renovare voluit. Depingitur ipſa Provincia inter armorum congeriem, quæ Pompeio miniſtratura eſt, dum illi ex navi exeunti dextram porrigit ad fidem declarandam & ſocietatem contra Sertorium, quod confirmat *Plutarchus*, nam, inquit, ut Hiſpaniam attigit Pompeius, & uti ſolet, ad novi Imperatoris famam nova ſpe homines erexit, ac quæ non arcta fide cum Sertorio coierant gentes, motæ ſunt & tranſiverunt.

M. au-

M. autem Minatius videtur fuiſſe illius, qui Tribunus Plebis à *Pighio* recenſetur an. 693 filius, nam Sex. Pompeius, quum monetam cuderet in Sicilia M. Minatium filium Proquæſtore nominavit.

II.

CN. MAGN. IMP. Caput Pompeii Magni nudum: in averſo M. MINAT. SABIN. PR. Q. Pompeius alteri Paludato dextram porrigit; Victoria pone Pompeium ei coronam ſupra caput imponit.

Minatius iterum Pompeii vultum ex anteriore denarii parte exhibet, & in altera illius cum Metello Pio ſocietatem dextrarum junctione contra Sertorium pactam renovat: nam à Senatu Pompeius ut Metello opem ferret petierat, ut indicat *Plutarchus*, *in vita Pompeii,* his verbis. Eò Pompeius quod exercitum haberet ſibi „ permiſſum, enitebatur, ut ad opem Metello ferendam mitteretur: at quum antequam juncti fuiſſent, Pompeius Herennium & Perpennam Sertorii Legatos circa Valentiam fuderat, ideo Victoria ſupra caput Pompeii coronam imponit, illorum congreſſum mirè exprimit *Plutarchus*. At Pompeius ad ſecundum præ- „ lium Metello obviam proceſſit, atque in conſpectu utrinque „ fuerunt honoris, Metelli cauſa, dignitate priori ſummitti faſces „ juſſit. Id prohibuit ille, præbuitque cetera moderatum ſe Pompeio, neque ullam ſibi ut conſulari & ætate majori ſumpſit prærogativam, niſi quod ſignum, quùm unis in caſtris tenderent, toti exercitui daretur à Metello, ſed caſtra fere ſeparata habebant.

III.

CN. MAGN. IMP. Caput Pompeii Magni nudum, in averſa parte M. MINAT. SABIN. PR. Q. Pompeius ſtans dextram elevat objurgantis modo Provinciam genuflexam clypeum manibus illi proferentem, inter eos ſtat Romanus qui Hiſpaniam indicat ſupplicem.

Hiſpaniæ rebellis devictæ, & arma, clypeum nempe quo utebatur in bello, ſupplicis modo proferentis typus exprimitur, ut Provinciam Hiſpaniam à Pompeio patre ad Romanam poteſtatem reductam eſſe demonſtraret Sextus ejus filius. Pompeii Legatus quidam

dam illi Hiſpaniam ad genua procumbentem & arma proferentem demonſtrat, quam Pompeius digitum attollendo objurgat, quod Sertorium recepiſſet, ad quem ſicut extremum bellorum morbum hoſtes domeſtici confluxerant. Sertorio igitur à ſuis interempto, & Perpenna ejus Legato à Pompeio necato, Provinciam ille tandem pacavit, & ut narrat *Plutarchus*, Inde tantiſper in Hiſpania „ moratus, dum graviſſimos tumultus ſedaſſet, ulceraque tractaſſet, & compoſuiſſet maxime tumentia, exercitum in Italiam „ reduxit.

Obſervandum nos nummum æreum *Patini*, in quo MINEIA legitur, ſuſtuliſſe, præſertim quùm illum pro incerto expoſuerit.

MINV-

MINUCIA.

MINUCIA gens Patricia primum, poſtea Plebeia fuit. A *Sex. Pompeio* hæc proferuntur, Minucia porta ap- „ pellata eſt, eo quod proxima eſt Sacello Minuci. Minucia „ porta Romæ eſt dicta ab ara Minuti, quem deum putabant. Cognomen *Augurinus* ab *Augure*, quod Sacerdotium tulit is qui ita dictus eſt. *Rufus* autem à colore, & *Thermus*, id eſt, calidus, à θέρω, calefacio.

I.

Caput Jovis laureatum: ex averſa parte, C. AVG. id eſt, *Caius Angurinus*. Navis.

Cognomen Augurini ad Familiam Minuciam ſpectare nemo neſcit; Caius autem Minucius Augurinus filius Caii Tribuni Plebis anno $^{480.}_{1}$ & nepos Caii alterius Trib. Plebis an. $^{451.}_{2}$ hunc nummum æreum percuſſit, in Quæſtura ſua Provinciali, anno $^{512.}_{3}$ id confirmat pondus ejus unciale, ad quod as ſemi reductus eſt primo bello Punico, ex *Plinio*, aſſem libralem ſextantario pondere, id eſt, ad uncias duas, pro Reipublicæ impenſarum neceſſitate tradente. Unde in iis nummis primo Jovis caput obſignari cœpit, cum ſolito Saturni navis in averſa parte typo.

II.

Caput Herculis pelle leonina amictum, pone quod tres globuli, in averſa parte, C. AVG. Navis, in imo ROMA ad latera tres globuli.

Ad eundem C. Minucium pertinere hunc æreum nummum nos edocet eadem, quæ ſuperior epigraphe C. AVG. Tres globuli monetæ pretium denotant, quartamque aſſis partem eſſe arguunt. Sed hoc anno nempe V. C. $^{512.}_{3}$ percuſſus quadrans non exigui adhuc erat ponderis, ut ſecundo Punico bello extitit, ad mediam partem iterum reductus. Hercules, & alii dei, pro Magiſtratuum arbitrio,

in hac minuta moneta percuti cœperunt, cum ſolito tamen navis ſymbolo.

III.

Romæ caput galeatum, pone quod vox ROMA. ex averſa parte C. AVG. Columna ſtriata, ſupra quam icuncula inter duas figuras ſtantes, quarum dexterior pileum Libertatis, altera lituum tenet, hinc & inde ſpica.

Eadem quæ ſupra inſcriptio, ab eodem C. Augurino Quæſtore denarium percuſſum indicat. Is ad antiquitatem maiorum ſuorum declarandam eorum egregia facta expreſſit. Columna illa eſt, quæ L. Minucio Annonæ Præfecto, erecta eſt, de qua *Plinius* in-
„ quit, Minucius Augurinus, qui Sp. Mælium coarguerat, farris
„ pretium ad aſſem redegit, undecimus Plebis Tribunus, qua de
„ cauſa ſtatua ei extra portam Trigeminam, à Populo ſtipe collata ſtatuta eſt: quare ad illius columnæ baſim hinc & inde ſpica ob frumenti abundantiam, additæ ſunt. Dexterior figura L. Minucii eſt, qui pileum Libertatis gerit, ob accuſatum Sp. Mælium affectatæ tyrannidis, qui ejus nece P. Romani libertatem conſervavit. Siniſterior autem figura, eſt Minucius ille qui primus ex gente Augur eſt factus, unde ei cognomen, ideo lituum Sacerdotii Auguralis ſymbolum dextra gerit.

C. Minucius ex Quæſtura Provinciali ad Tribunatum plebis evectus eſt anno $\frac{517.}{8}$ quem iterum geſſit an. $\frac{523.}{4}$

IV.

Caput Romæ galeatum: ex averſa parte TI. MINVCI. C. F. AVGVRIN. in vertice ROMA. Idem typus ac ſuperior.

Litterarum abbreviatores Titum per litteram T. & Tiberium per Ti. exponere ſolent. Tiberius ergo Minucius Augurinus, cujus in eodem ac in ſuperiore denario typus exhibetur, Caii illius Augurini filius, ad quem eum revocavimus, haud dubie fuit. Is Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. $\frac{563.}{4}$ in qua ut inſignia Majorum ſuorum etiam facta renovaret, columnam illam in denario expreſſit, quam L. Minucio Augurino Annonæ Præfecto, extra portam Trigeminam, à Populo ſtipe collata, erecta eſt, nempe quod ille poſt Sp. Mælii tyrannidem affectantis necem frumentum milliarium aſſibus in modios æſtimatum Plebi, diviſerit, ex *Livio*, an. $\frac{314.}{5}$ ideo in imo columnæ videntur duæ ſpicæ. Duas

Duas inſuper figuras exhibuit, dexteriorem ſcilicet cum pileo libertatis, quùm C. ille Minucius per accuſationem Sp. Mælii, P. Romani libertatem conſervarit, de quo ait *Livius*. Hunc Minucium apud quoſdam *autores* tranſiiſſe à patribus ad plebem, undecimumque Tribunum Plebis cooptatum, ſeditionem motam ex Mæliana cæde, ſedaſſe invenimus. Altera figura, nempe ſiniſterior, lituum, auguralis ſacerdotii inſigne gerit, à quo Augurini cognomen: ſed quo tempore vixerit *Hiſtorici* non meminerunt. Augures inſtituit tres inter Patricios Romulus, ex quibus erant Minucii: at quartus poſtea additus eſt, forſan Minucius quidam.

T. Minucius ex Quæſtura Tribunatum Plebis iniit an. 568. Ædilitatem plebis an. 571. & Præturam Peregrinam ſortitus eſt an. 573. in qua mortuus eſt, ex *Livio*.

V.

RVFVS. Caput Junonis Soſpitæ, pone quod tripus: ex altera parte, M. MINVCI. P. F. Q. N. Figura in pegaſo, d. haſtam vibratura.

Ex Minuciis cognomine Augurinis ad Rufos accedimus. Marcus hic Minucius Rufus appellatur, Tullii filius, cujus pater Tribunus Plebis renunciatur an. 494/5. & nepos Q. Minucii Rufi, qui primus Rufi cognomen tuliſſe videtur. Quæſturam Provincialem geſſit an. 518/9 Tribunatum Plebis an. 523/4. & iterum an. 525/6. Ædilis fuit Plebis an. 529/30. Prætor Urbanus an. 530/1. & tandem creatus Conſul cum P. Scipione Aſina an. 532/3.

Clades Romani exercitus ad Thraſymenum accepta an. 536/7. in cauſa fuit, ut Q. Fabius Maximus, in maxima Urbis trepidatione, Dictator creatus à populo fuerit, & Magiſter equitum M. Minucius Rufus, cum poteſtate æqua, cui *Goltzius* accommodat hunc typum; at quùm nullum explicuit, liceat nobis Junonem Soſpitam Lanuvinam, ad ſacra, quæ ante ducum profectionem in bellum, ipſi facta ſunt, ut moris erat, revocare: cui favet typus, poſt ejus caput, additus. Bellerophon qui pegaſo inſidet, ut equorum domitor, à M. Minucio, Magiſtri equitum dignitati, quod ei poteſtas in Equites committeretur, alludente, videtur expreſſus, haſtam in hoſtes jaculaturus.

VI.

RVF. Caput Romæ galeatum : ex averſa parte , Q. MINV. in imo ROMA. Caſtor & Pollux aſtris inſignes decurrunt in equo cum haſtis.

Scriptura & forma denarii, adjuncto Dioſcurorum typo , ut illum ad Q. Minucium Rufum P. filium & Q. nepotem , ſuperioriſque fratrem revocemus , nos impellunt. Is Quæſturam Provincialem iniit an. $^{530.}_{1}$ & Tribunatum Plebis an. $^{535.}_{6}$ Legatus fuit Ap. Claudii in obſidione & expugnatione Capuæ an. $^{542.}_{3}$ quem rebus omnibus gerendis interfuiſſe ſcribit *Livius* , *Dec.* 3 . *lib.* 5 . De Caſtore & Polluce fratribus ſparſim diximus , qui ut frequentes ſunt in denariis Romanis , porro ab iis qui fratres haberent , potius ſignari videntur , ad concordiam inter eos denotandam.

VII.


RVFVS. Caput Romæ galeatum : ex averſo latere , Q. MINVCI. C. F. C. N. in imo ROMA. Victoria in bigis, d. coronam gerens.

Alter prodit Q. Minucius, qui ut ſe à priore diſtingueret, Caii Filium, nempe Tribuni an. $^{516.}_{7}$ & alterius C. Minucii nepotem , avi ſuperioris Minucii fratrem , in denariis inſcripſit. Is Quæſturam Provincialem iniit an. $^{545.}_{6}$ Tribunatum Plebis an. $^{550.}_{1}$ Ædilis fuit Plebis an. $^{552.}_{3}$ Prætor Brutios ſortitus obtinuit an. $^{553.}_{4}$ ex s. c. quæſtionem de expilatis apud Locros Proſerpinæ theſauris habuit, & de ſacrilegis pœnas ſumpſit , ex *Livio* 31. Conſul creatus eſt cum C. Cornelio Cethego an. $^{556.}_{7}$ ambobus Italia decreta eſt, ut bellum cum Gallis Ciſalpinis, qui defeciſſent, gererent. Q. Minucius Ligurum caſtellis amplius viginti in deditionem acceptis, Boiorum interim agros incendit , & vicos eorum aliquot expugnavit , ita ut Boiorum exercitus , qui Inſubribus erat junctus , ad ſua tuenda ſe recipere coactus ſit. Quæ quum Senatui retuliſſet, ſibi adverſum reperit, qui triumphum Collegæ decreverat, & ille in monte Albano triumphavit.

Q. MINVCIVS. C. F. C. N. RVFVS. COS. ANN. DLVI. DLVII. *Varr.*
DE. LIGVRIBVS. ET. GALLEIS. BOIEIS. IN. MONTE. ALBANO. ..

In cujus memoriam bigatos , cum Victoria coronam gerente, ſigna-


MINVCIA
AVG S
C·AVG
ROMA
RO MA AVGVRINI
TI·MINVCI·C·F·
ROMA
C·A VG
RVFVS
M·MINVCI·F·
RVF·
Q·MINV·
ROMA
RVFVS
Q·MINVCI·
ROM C·F·C·N·
RVFVS
M·MINVCI·Q·F·
ROMA
M·MINVCI·Q·F·
RVFVS
Q·TERMVS
ROM Q·F·
ROMA
L·MINVCI·
L·MINVCI
ROMA
TAB·XCVII·


MINVCIA
Q·TERM·MF
MVCIA
P·SCÆVVA·Q·F
SCAEVVLA
P·MVCI·P·F·Q·N·
ROM
SCÆVVA
Q·MVCIVS·F·P·
HO
VI·R·
KALENI·
IA
RO
CORDI
MVMMIA
L·MVMMI·L·F
ROMA
ACHAICVS
EX
S·C·
L·MVMMI
ROM
L·MVMMIVS
EX S·C·
MVNATIA
C·CAES
DIC·TER·
L·PLANC·
PRAEF·VRB·
DIVVS IVLIVS
L·MVNTI·PLNCVS
PRAEF·VRB·
TAB.XCVIII·

ſignavit; bigati quidem erant Romanorum denariorum typi ſoliti, ſed cum flagro: quando autem Victoria coronam præfert, aliquam ſemper relatam indicat.

VIII.

RVFVS. Caput Apollinis radiatum: ex averſa parte M. MINVCI. Q. F. Luna bicornis, & ſeptem Triones.

Gemini occurrunt in denariis argenteis Minucii prænomine Marci, unus Publii filius, de quo ſupra egimus, & alter, cujus nobis explicandi ſunt nummi. Quinti filius appellatur. Is habuit patrem Tribunum Plebis an. 589. 90. & ipſe Quæſturam Provincialem iniit an. 627. 8. Tribunatum Plebis an. 633. 4. quo Legem de non reſtauranda Carthagine Colonia, & abrogandis Gracchi Legibus, tulit; deinde Prætor Urbanus factus eſt anno. 638. 9. quo denarius eum Ludos Apollinares edidiſſe nos edocet, in quorum memoriam ex una parte Apollinem radiatum, & Lunæ, quæ eadem eſt cum Diana, ſymbola expreſſit, quibus erant illi dicati, ut retulimus in Fabia gente, num. 20. & aliis, ex *Zoſimo*, *lib.* 2. Poſtridie conſcenſo Capitolio, & conſuetis ibidem im- „ molatis hoſtiis, ad conſtructum inde theatrum progreſſi, Apollini & Dianæ Ludos faciunt.

IX.

Caput Romæ galeatum, pone quod vox ROMA: ex averſo latere M. MINVCI. Q. F. RVFVS. PRO. COS. Figura Senatoria in quadrigis triumphalibus, d. regit equos, ſ. lauri ramum gerit.

M. Minucius poſt Præturam Urbanam obtinuit Provincialem an. 639. 40. & creatus eſt Conſul cum Sp. Poſthumio Albino an. 643. 4. Minucio Macedonia obtigit, prorogato illam imperio obtinuit an. 644. 5. quo Scordiſcos & Triballos Thracas ingenti prælio, ad Hebrum fluvium, profligavit, ſtratagemate, quùm impar eſſet numero, uſus; quod lege apud *Frontinum*; ſequente adhuc anno in hac regione retentus, Victor Romam reverſus triumphum adeptus eſt, ut *Marmora* teſtantur.

M. MINVCIVS Q. F. M. N. RVFVS. ANN. DXLV. DXLVI. *Varr.*

PROCOS. DE. SCORDISCEIS. ET. TRIBALLEIS.....

In triumphi memoriam, & ad remunerandos pro eo milites, Minucius denarios ſignavit, cum Romæ galeato capite, & ex averſa parte vehitur ipſe in quadigis triumphalibus, dextra equos ducens & ſiniſtra lauri ramum, ad ſuam denotandam de barbaris victoriam.

X.

Caput Romæ galeatum: ex averſa parte Q. THERMVS Q. F. in imo ROMA. Victoria in quadrigis decurrentibus, d. coronam, ſ. regit equos.

Ex Minuciis cognomine Rufis, ad Thermos tranſimus. Is Quintus prænomine, Quinti alterius inſcribitur filius, & Lucium habuit avum, ut teſtantur *Marmora Capitolina.* Quæſturam Provincialem iniit an. 547/8. poſt quam Tribunum militum ſub P. Scipione in Africa militaſſe refert *Appianus* in Libycis. Et Tribunatum Plebis obtinuit an. 552/3. Ædilis Curulis fuit an. 555/6. & Ludos Romanos cum Collega quater inſtauravit. Prætor an. 557/8. Hiſpaniam Citeriorem ſortitus eſt ad bellum prope novum ire juſſus, quod Hiſpani nullo duce Carthaginienſi illud reparaverant, ubi res proſpere geſſit ad Turbam, cum Budore & Beſaſide Hiſpanorum ducibus, quorum priorem in prælio cepit, & hoſtium exercitu profligato, duodecim millia interfecit. In cujus memoriam in quadrigatis, quos pro militibus eum ad triumphum comitantibus, Victoriam lauream attollentem expreſſit: De illius triumpho ſic habent *Marmora Capitolina.*

Q. MINVCIVS. Q. F. L. N. THERMVS. ANNO. DLVIII. DLVIIII. *Varr.*
PROPR. EX. HISPANIA. CITERIORE......

Q. Minucius Conſulatum cum L. Cornelio Merula obtinuit an. 560/1. Quintus Ligures ſortitus eſt, Piſas obſidione liberavit, ipſi prorogato imperio an. 561/2. in agro Piſano cum hoſtibus conflixit, & novem millia interfecit, anno ſequente 562/3. profligatis iterum Liguribus, eos in deditionem accepit, an. 563/4. Romam rediit ad triumphum, quem non obtinuit.

XI.

Caput Romæ galeatum: ex averſa parte L. MINVCI. in area ROMA.

ROMA. Jupiter agit quadrigas decurrentes, d. fulmen, ſ. ſceptrum.

Hoc denario, inquit *Fulvius*, incertum, quis è Minuciis Lucii cognomine affectus, deſignetur: niſi forte L. Minucius Thernus Legatus A. Manlii Vulſonis, qui Conſul fuit anno $^{575}_{6}$ cum M. Junio Bruto, in eo notatus ſit. Huic ſententiæ favet quod Minuciorum Familiæ vel Augurinorum vel Ruforum nemini, poſtquam argentei cudi cœperunt, Lucii prænomen præter quam in Thermis occurrat. Is filius fuit Q. Minucii Conſulis cum L. Cornelio Merula an. $^{560}_{1}$ qui Quæſturam Provincialem accepiſſe videtur verſus annum $^{562}_{3}$ in qua hunc denarium quadrigatum percuſſit. His autem temporibus ſæpe Jupiter in quadrigis illis, fulmine armatus, ſceptrum ſiniſtra gerens, expreſſus in iis viſitur. L. autem Minucius Tribunatum Plebis geſſit an $^{569}_{70}$ & tandem Legatus Manlii Vulſonis, ut ſupra diximus, fuit an. $^{575}_{6}$

XII.

Caput Herculis pelle leonina ornatum, pone quod tres globuli: ex averſo latere L. MINVCI. Navis, in imo ROMA.

Nullus eſt in Conſularibus nummis ita peregrinus, ut hunc æreum nummum ex ſimili quæ ſupra epigraphe ad eundem L. Minucium Thermum non revocet, quem in Quæſtura Romæ ad impenſas Provinciæ percuti curavit: nam Quæſtor in ea propria adminiſtratione curabat pecuniam, prædamque publicam, & conficiebat earum rerum tabulas, militibus ſtipendium erogabat, ex pecunia ad illum ex Urbe miſſa, & aliquando ex manubiis ſignari in ea procurabat. De Hercule in quadrantibus, ut tres globuli indicant, ſignato ſæpe diximus, quod repetere moleſtum quibuſdam videretur.

XIII.

Caput Romæ galeatum: in averſa parte Q. THERMVS M. F. Duo viri dimicantes, ambo d. gladium, ſ. clypeum, quos inter tertius genuflexo ab altero protegitur.

Q. Minucius in primo Thermorum cognominis denario jam prodiit, ſed Quinti filius eſt appellatus, nunc vero alterum prænomine

nomine Quintum, ſed Marci filium proferimus, qui in Quæſtura Provinciali Marci Patris præmiorum diſtributionem, inter viros fortes in expugnatione Mitylenarum, ad quam urbem, (quæ ſola in Aſia, poſt devictum Mithridatem regem, arma retinebat,) Prætor extra ordinem miſſus erat, ad ejus memoriam recolendam in denariis expreſſiſſe voluit: hi Romanum contra barbarum pro defenſione civis dimicantem exhibent, quod egregium belli factum civicam coronam merebatur; quam Julium Cæſarem poſtea Dictatorem ab eodem M. Minucio in hac expeditione etiam accepiſſe teſtatur *Suetonius*: nam civem ſervare potius quam mille hoſtes interficere, laude dignius habebatur.

Poſt Quæſturam Q. Minucius Tribunatum Plebis obtinuit an. 691. in quo cum Collega M. Catone interceſſor fuit contra rogationem Cæciliam, de evocando ad Urbem Pompeio, unde ad arma concurſum eſt: ex Tribunatu Plebis factus eſt Ædilis an. 694. Poſtea de illo nihil occurrit in *Hiſtoria*.

MVCIA.

MVCIA.

MVCIAM gentem Plebeiam fuiſſe, inter *Scriptores* conſtat; cujus nomen derivant alii à *Muto*, potius quam à *Muco*; quum antiqui litteram t ante i ſæpe per c ſcripſerint. Duplex cognomen illi fuit, *Cordus* & *Scævula*, *cordum* dicit *Feſtus* quod ſero naſcitur, *Scævula*, dictum à *ſcæva* manu, quam σκαιὸν *Græci* appellant, quod nomen tulit C. Mucius Porſennæ caſtra ingreſſus, & poſtquam Regem aberraſſet, dextram igni admovit; quod cognomen ad poſteritatem propagavit.

I.

Caput Neptuni laureatum, pone quod tridens: ex averſo latere P. SCAEVVLA. Q. F. Neptunus ipſe in quadrigis decurrentibus, d. tridentem, ſ. habenas, in imo prora navis.

P. Scævula in denario deſcriptus Quinti F. appellatur, nempe qui patrem habuit Q. Mucium Decemvirum & Sardiniæ Prætorem an. 538/9. P. natu minor Quæſturam Provincialem iniit anno 565/6. Tribunatum vero Plebis accepit an. 570/1. Ædilis Plebis factus eſt cum fratre Quinto, licet ſerius uno anno quam ille Quæſturam & Tribunatum geſſiſſet. Præturam Urbanam adeptus eſt an. 574/5 quo ex lege Bæbia quatuor creati ſunt Prætores; & Conſul creatus eſt cum M. Æmilio Lepido II. an. 578/9. Ligures & Galli Provinciæ Conſulibus fuerunt; ambo res proſperè geſſerunt, de quibus *Livius*, *Dec.* 5. *lib* 1. Inter „ Audenam amnem P. Mucius cum iis qui Lunam Piſaſque depo- „ pulati erant, bellum geſſit, omnibuſque in deditionem redactis „ arma ademit. Ob eas res in Gallia Liguribuſque geſtas duorum „ Conſulum ductu auſpicioque, Senatus in triduum Supplicationes „ decrevit, & quadraginta juſſit hoſtiis ſacrificari. *Fragmenta Capitolina* de iis Conſules triumphaſſe ſubinnuunt.

P. MUCIUS Q. F. P. N. SCÆVULA ANNO CLXXIIX./CLXXIX. *Varr.*
COS DE LIGVRIBVS. & Galleis......

Hunc triumphum denarius penitus confirmat, qui maritimo bello Ligures etiam ſuperatos denotat, quùm ex una parte Neptuni, Maris dei, caput laurea inſigne, tanquam ejus ope & auxilio victoriam retulerit P. Mucius, & ex altera, in quadrigis ipſum Neptunum, tanquam triumphantem, exhibuit: Prora navis plurimas hoſtium combuſſiſſe & cepiſſe Conſulem arguit.

II.

SCAEVVLA. Caput Herculis pelle leonina ornatum, ex averſa parte, P. MVCI. P. F. Q. N. Hercules leonem ſuffocans, pone eum clava & pharetra.

P. Mucius Publio patri ſuccedit: alter ejus frater natu minor in Liciniæ gentis adoptionem datus, P. Licinius Craſſus Mucianus eſt appellatus; ambo Conſulares, & Pontifices Maximi; major Quæſturam Provincialem accepit an. $^{607.}_{8}$ Tribunatum Plebis an. $^{612.}_{3}$ quo rogationem ad Plebem tulit; vellentne quæri de L. Tubulo ſuperioris anni Prætore, quod quæſtionem inter ſicarios exercens, pecunias ob rem judicatam accepiſſet, quæres ad Servilium Cœpionem demandata eſt; ſed Tubulus in exilium mox profectus eſt, non expectato judicio. Ædilis factus eſt anno $^{615.}_{6}$ quo templi Herculis, ut videtur, vetuſtate collapſi reſtaurationem procuravit, ut Ædilium erat munus, teſte *Cicerone Act. 7. Verr.* Nunc „ ſum deſignatus Ædilis... mihi ſacrarum ædium procurationem: mihi totam urbem eſſe commiſſam. In cujus rei memoriam P. Mucius Herculis caput ex una parte, & ex altera ejus cum leone pugnam, quùm eſſet primus illius labor, teſte *Auſonio.*

Prima Cleonæi tolerata ærumna leonis.

Præturam Urbanam ſuſcepit Mucius, ex *Cicerone*, an. $^{617.}_{8}$ nempe P. Furio & Sex. Atilio Coſſ. & ille Conſul poſtea creatus eſt cum L. Calpurnio Piſone Frugi an. $^{620.}_{1}$ Piſoni Sicilia & bellum cum fugitivis obvenit, Mucio Italia, qui Romæ manſit, Juriſprudentia præſtantiſſimus, eumque decem de Jure libellos reliquiſſe tradit *Pomponius, de orig. Juris.* Frater illius P. Licinius Craſſus Mucianus, Pontifex Maximus, an. $^{622.}_{3}$ factus Conſul cum Valerio Flacco an. $^{623.}_{4}$ Collegæ Martiali Flamini multam dixit, ſi à ſacris diſceſſiſſet, quam multam Populus ei remiſit, Pontifici Maximo tamen ipſum parere

parere juſſit, & Mucianus primus armatus extra Italiam contra Ariſtonicum profectus; ſed anno 623. exercitu Romano profligato, Pontifex Maximus eſt occiſus, & frater P. Mucius in ejus locum creatus eſt.

III.

SCAEVVLA. Caput Romæ, pone quod ROMA. ex averſa parte Q. MVCIVS P. F. Caſtor & Pollux aſtris ornati, decurrentes cum haſtis.

Aliquandiu hæſimus, cuinam Q. Mucio Publii F. hunc denarium adjudicaremus? an Quinto Prætori Sardiniæ, belli Punici ſecundi anno quarto, id eſt, V. C. $^{539.}_{40}$ patri P. Mucii qui primus Conſulatum in Familiam invexit? an potius hujus nepoti, ſuperioris Pontificis Maximi filio? tandem huic damus, licet etiam priori tribui poſſet. Ille Quæſturam Provincialem iniit an. $^{640.}_{1}$ in qua denarium cudiſſe videtur, cum ſolito Romæ capite, & typo Caſtoris & Pollucis fratrum decantato. Eum *Cicero* Pontificem appellat, ad alterius Q. Mucii Scævulæ Auguris ejus Sobrini. De illius ingenio, doctrina, & virtutibus vide Tullium in Bruto diſſerentem.

Tribunus Plebis factus eſt an. $^{647.}_{8}$ in cujus Magiſtratu Legem Serviliam de Judiciis à Conſule Servilio Cæpione hoc anno latam ſuaſit. Ædilis Curulis cum L. Licinio Craſſo patruele ſuo, P. Licinii Craſſi Muciani filio, ut in Quæſtura fuit Collega, utriuſque magnificentiſſima fuit Ædilitas, de qua vide *Plinium lib.* 17. *cap.* 1. & *Solinum cap.* 30. Uterque etiam Præturam Urbanam geſſerunt anno $^{653.}_{4}$ Q. Mucius Aſiam ſortitus obtinuit an. $^{654.}_{5}$ quam ita ſancte & ex dignitate P. Romani adminiſtravit, ut Aſiani ferias & ſacra in ejus honorem, quæ Mucia ſunt appellata, inſtituerint, ex *Val. Maximo lib.* 8. *cap.* 15. Tandem ambo Sobrini creati ſunt ſimul Conſules anno $^{658.}_{9}$ & Legem Liciniam Muciam de Civitatibus tulerunt: Craſſo Gallia Citerior, Mucio Ulterior decretæ videntur; Craſſo Triumphum petenti, Mucius Reipublicæ magis quam Collegæ & Sobrini rationem habens, ne fieret s.c. interceſſit, teſte *Pædiano, in Piſon.* Q. Mucius Pontifex Maximus fuit, ſi *Ciceronem* audiamus, L. autem Licinius fuit Cenſor, an. $^{664.}_{5}$

IV.

HO. VIR. Capita Honoris cum laurea, & Virtutis cum galea, ambo jugata, ſub quibus KALENI. ex averſa parte ITAL. RO. Figuræ muliebres dextram ſibi porrigentes, pone dexteriorem ſ. cornucopiæ gerentem caduceus, ſiniſterior pede d. globo impoſita, ſ. haſtam gerit, ſub utraque figura, in imo CORDI.

Quùm duo cognomina in hoc denario inſcripta ſint, ad duas Familias haud dubie pertinent. Kaleni vox nulli data eſt quam Fufiæ, ideo jam de illo in ea dictum; Cordi vero cognomen Muciæ, ut illum rurſus appellemus, poſtulat. Mucia gens Cordi cognomen gerebat antequam C. Mucius, qui Porſennam Regem occidere volens, dexteram igni impoſuit, quod à propoſito aberraſſet, & inde Scævula poſtea dictus eſt. Alia forſan ſtirps Cordi cognomen ſervavit, ad quam pertinere videtur C. ille Mucius de quo loquitur *Vitruvius*; nam Scævulæ ſtirps, nullo Caii prænomine uſa eſt, quod Mucius ille ſervavit. Hæc ſunt hujus *autoris* verba, C. Mucius, qui „ magna ſcientia confiſus ædes Honoris ac Virtutis, Marianæ cellæ columnarumque & epiſtyliorum ſymmetrias legitimis artis inſtitutis, perfecit.

Hujus C. Mucii filius, cognomine Cordus, ſub Sulla Marii inimico, & Q. Fufius Kalenus L. Fufii Kaleni, Marii temporibus, Prætoris filius, Cinna III. & Carbone Coſſ. an. 668. hunc denarium percuſſerunt. Prior Mucius, patris memoriam recolens, Honoris ac Virtutis capita expreſſit; poſterior Fufius Kalenus Italiam & & Romam, civilibus diſcordiis tamdiu diſſidentes, ſub Sulla victore dextras ſibi jungentes expreſſit. Pone Italiam caduceus, pacem indicat; illa cornucopiæ, ut fertilitatem ſoli denotat. Roma pedem globo imponit, ut orbis domina.

M V M M I A.

MVMMIA gens Plebeia, ſed Conſularis; nullo uſa eſt cognomine ut Maria, ex *Plutarcho*, nam Achaicus agnomen ex præclaris geſtis, nempe ab Achaia devicta.

I.

Caput Romæ galeatum: ex averſo latere, L. MVMMI. L. F. Minerva galeata in quadrigis decurrentibus, d. haſtam, ſ. clypeum & habenas.

L. Mummius, Lucii filius appellatus in denario, Patrem habuit Lucium, qui Tribunus Plebis cum Q. Mummio fratre accuſaverunt P. Scipionem majorem: unde filio aura popularis. Hic vero Quæſturam Provincialem iniit an. 589/90. Tribunatum Plebis an. 594/5. Ædilis Plebis factus eſt an. 596/7. Prætor Provincialis Hiſpaniam Ulteriorem ſortitus obtinuit an. 600/1. in qua contra Luſitanos proſpere geſſit; & triumphum obtinuit an. 601/2. ut innuit *Appianus in Iberic.* id vero teſtantur reſidua *Marmora.*

L. MVMMIVS L. F. L. N. PROPR. ANNO DCI./DCII. *Varr.*
DE LVSITANEIS.... ... ...

In ejus triumphi gratiam denarii à L. Mummio percuſſi, ad eos militibus, qui in illo comitarentur diſtribuendos, in quibus Minervam, quam Victoriæ πάρεδρον appellant, expreſſit. Illa apprimè ut „ in denario deſcribitur, ab *Apuleio*, *lib.* 10. Capite, inquit, galeam „ gerens contextam oleagina corona, clypeum attollens, haſtam „ quatiens.

II.

ACHAICVS. Caput Neptuni corona ornatum: ex averſa parte L. MVMMI. EX S. C. Prora navis cum temone, & ancora decuſſatim inverſis, in vertice corona.

Ex Prætura ad Conſulatum pervenit L. Mummius cum Cn.

Cornelio Lentulo an. 607/8 huic Gallia cum Italia ſorte ex more obtigit. Mummius in Achaia Provincia Q. Metello Proprætori ſucceſſit, qui jam Critolao Achæorum duce occiſo, de Achæis victoriam retulerat; ipſe contra Diæum ducem alterum profectus eſt; ultimo prope Iſthmum prælio victor conflixit, quo profligato, Corinthum urbem à civibus deſertam ingreſſus eſt, ejus ſpolia ſeu ornamenta navibus impoſita Romam ſunt tranſvecta, & urbs poſtea Senatuſconſulto penitus à Mummio deleta eſt: miſſus eſt Prætor qui Achaiam P. Romani nomine gubernaret. Mummius Romam reverſus triumphavit, ut produnt *Hiſtoriæ Scriptores* & *Marmora*.

L. MVMMIVS. L. F. L. N. COS. ANN. DCVII. DCVIII. *Varr.*
EX ACHAIA. DE CORINTHIEIS. ... ...

In Victoriæ monimentum Mummius nomen meruit Achaici, & percuſſi ſunt denarii ex Senatuſconſulto, ut ipſi demonſtrant, in anteriore quorum parte Neptuni caput expreſſum eſt, qùum Corinthus eſſet maritima, & ſub iſtius dei tutela, in cujus honorem quotannis Ludi à Theſeo inſtituti celebrabantur: & in averſa parte, prora navis cum temone & ancora inverſis, ad ſignificandum illius portus, Lechæum nempe Ionio, & Schævum Ægeo mari imminentes, per ejus ſubverſionem eſſe prorſus inutiles, propter victoriam Mummii. In cujus memoriam corona ex lauro in vertice eſt appoſita. De illius triumpho pulchre hæc *Virgilius*, *Æneid.* 6. cecinit.

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Victor agit currum, cæſis inſignis Achivis.

III.

L. MVMMIVS. Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA. ex averſa parte, duæ dexteræ tenentes caduceum in corona civica; EX. S. C. ad imum caducei.

Senatus Sociorum, qui Mummio auxilia in Achæorum expeditione tulerunt, rationem habuiſſe videtur hoc lemmate in averſa denarii parte: nam dexteræ junctæ nihil aliud quam ſocietatem

tatem per fidem junctam demonſtrant, de Sociis Romanorum loquitur *Pauſanias*, *lib.* 7. Præſto fuerunt Cretenſes Sagittarii, „ & è Pergamo, quæ ſupra Caicum eſt, ab Attalo Pergami Rege „ miſſam manum adduxit Philopœmen. Per caduceum felicita- „ tem intelligit: eorum autem concordia Achæi profligati ſunt & Corinthus capta, deinde ſubverſa, & idem *Pauſanias* narrat quæ Sociis data ſunt. Ornamenta & ſigna admiratione quæque di- „ gniſſima, Romam aſportata; reliqua Attali auxiliorum duci „ Philopœmeni donata, & hac ipſa etiam ætate apud Pergamenos „ inter cetera Corinthiorum ſpolia viſuntur. Corona additur Quercea, ad demonſtrandos in hoc bello ſervatos cives. Nam Mummius etſi apertas Corinthi portas videret, quùm ejus cives illam deſeruiſſent, ſuorum tamen celeritatem cohibuit, quod ne intra muros, inſidiæ comparatæ fuiſſent, metuebat, inquit idem *Pauſanias*.

MVNATIA.

MVNATIA.

MVNATIA gens Plebeia, ſi quidem Q. Munatius Plancus recitatur Tribunus Plebis an. 577/8. Cognomen ejus in denariis ſuperſtes eſt *Plancus*, unde dictus eſt gentis autor, qui ſupra modum pedibus *planus* fuit, id eſt qui pedes imos graciles habet, planoſque æqualiter, quaſi tabellas, quas vocant *plancas*.

I.

C. CAES. DIC. TER. Caput Victoriæ, pectore tenus alatum: ex àverſa parte, L. PLANC. PRAEF. VRB. Urceus.

Jam hunc denarium in gente Julia protulimus, num. 23. eo quod totus ad Julium Cæſarem ſpectat, ipſe quùm Roma profectus eſſet an. 708/9. contra Pompeii liberos Dictaturam tertiam adhuc obtinebat, ut eo loco notavimus, quare in denario appellatur DICTATOR TERTIVM. Victoria, in anteriore ejus parte, deſignat victoriam quam de filiis Pompeii retulit: Urceus autem, in poſteriori parte, Dictatoris Pontificatum Maximum arguit. L. Plancus ſe Præfectum Urbis nominat, quùm ante ſuum ex Urbe diſceſſum Cæſar ad illius cuſtodiam, Lepidum Magiſtrum equitum reliquit cum octo, vel ut ex *aliis*, ſex Romæ Præfectis, ut refert *Dio, lib.* 43. Denarius hunc autorem illuſtrat, qui Plancum unum ex iſtis appellat, ut alter C. Clovius, de quo in ejus gente dictum eſt.

II.

DIVVS IVLIVS. Caput Julii Dictatoris laureatum, ante quod aſtrum: ex averſa parte L. MVNATI. PLANCVS PRAEF. VRB. in area.

Pariter hic denarius jam prodiit in Julia gente num. 56. quùm Julii Cæſaris caput exhibeat; Divi titulo inſignis eſt, & aſtrum, ſeu ſidus Julium præfert, quibus notis poſt ejus mortem cuſus indicatur. L. autem Plancus quùm ex Hiſpania victor rediit, Cæſar

Prætu-

Præturam gerebat Urbanam, & ab eo Ulteriorem Galliam cum imperio Proconſulari accepit, & legionibus præfectus eſt: Cæſar interea in Senatu occiditur: vix quùm Provinciam ingreſſus eſſet, in ea res proſpere geſſit, de quibus nihil memoriæ proditum eſt apud *Hiſtoricos*, ex iis tamen *Fragmenta Capitolina* illum triumphaſſe teſtantur.

L.MVNATIVS. L. F. L. N. PLANCVS. PROCOS. AN. DCCX. DCCXI. *Varr.*
EX. GALLIA. IV. K. IAN.

Plancus in denariis aureis, quos ducibus ipſum in Triumpho comitantibus, diſtribuit, Julii Cæſaris effigiem cum Divi titulo, ut Triumvirorum Lepidi, Antonii & Cæſaris, qui ejus ultionem contra percuſſores decreverant, ſibi benevolentiam conciliaret, ſolo Præfecti Urbis honore quem à Dictatore acceperat, contentus, exhibuit.

III.

PLANCVS. Caput Jovis Capitolini laureatum: ex àverſa parte, L. MVNATI. L. F. Colonus agens boves, ſtivam ducit.

Ad L. Plancum pertinet totus hic denarius, ideo de illo ab origine dicendum eſt. In eo Lucii filius appellatur. Quæſturam Provincialem iniit an. 693. 4. Tribunatum Plebis an. 698. 9 ex Tribunatu Cæſaris in Gallia fit Legatus an. 699. 700. Legioni præpoſitus in Belgio hibernavit ex *Comm. Cæſaris*, *libi* 5. Præturam Urbanam adeptus eſt an. 708. 9 eodem anno nominatus eſt Præfectus Urbis à Cæſare; Proprætor in Gallia Ulteriore factus eſt ab eodem an. 709. 10. Interea M. Antonius ad Mutinam profligatus cum paucis in Galliam profugit ad M. Lepidum. Audiamus tunc *Dionem*, *lib.* 46. Senatores enim quùm audiviſſent Silanum Antonii rebus favere Lepidum „ ac L. Plancum timentes, ne hi quoque ſe Antonio adjungerent „ miſerunt ad eos, qui dicerent, nihil jam eorum Remp. opus „ habere. Ac ne quid ſiniſtri ſuſpicarentur, facinuſque aliquod perpetrarent, juſſi ſunt à Senatu, iis qui quondam Vienna ab Al- „ lobrogibus expulſi, ad confluentes RhodaniArariſque flu- „ viorum conſederant, urbem condere. Itaque illi ſubſiſtentes „ Lugdunum, quod olim Lugudunum vocatum fuit, ædificaverunt. Lepidus per Silanum ſe Antonio conjungit, & Plancus ad urbem

condendam Lugdunenſem relictus, poſtquam ſe cum Aſinio Pollione, ut inquit *Vell. Paterculus*, uterque exercitus tradidere An„ tonio: hic & Lepidus, ex *Dione*, relictis in Gallia Legatis, in Italiam ad Cæſarem contenderunt : ex Legatis haud dubie fuit Plancus, tribus Legionibus Præfectus, ex *Appiano*, cujus erat Legatus Furnius ex *Cicerone*, qui deductis Lugdunum urbem novam ab Allobrogibus Vienna expulſis urbem condidit.

Plancus Romam reverſus an. 710. illo exeunte de Gallia triumphavit, ut ferunt *Marmora Capitolina* à nobis allata in gente Antonia num 20. & 21. Conſulatum geſſit anno ſequente 711. cum Lepido quo Senatuſconſultum obtinuit, ad Coloniam urbem, quam recens condiderat, Senatus juſſu faciendam, quare hunc denarium in rei memoriam percuſſit. Colonus agens boves indubitatum urbis novæ conſtitutæ argumentum eſt. Nomen Planci, ab eo conditam arguit. Inſcriptio à *Fulvio Vrſino* apud *Lipſium* relata, quæ legitur adhuc in mole rotunda vetuſtiſſima in ſummo promontorio prope Caietam, Plancum in Gallia Colonias deduxiſſe Lugdunum & Rauricam, quam hic proferre non erit ingratum, quippe omnes Planci titulos & geſta continet, teſtis eſt.

L. MVNATIVS. L. F. L. N. L. PRON.
PLANCVS. COS. CENSOR. IMP. ITER. VII. VIR.
EPVLON. TRIVMP. EX. RAETIS. AEDEM. SATVRNI.
FECIT. DE. MANVBIS. AGROS. DIVISIT. IN. ITALIA.
BENEVENTI. IN. GALLIA. COLONIAS. DEDVXIT.
LVGDVNVM ET RAVRICAM.

Duæ ſunt Urbes in eodem loco diſtinguendæ, una ſupra montem vocata *Lugudunum*, à Græcis condita, & altera ad confluentiam Araris cum Rhodano, *Lugdunum* appellata, ex *Dione*, quæ Colonia facta eſt à Planco, quùm ſuperna eſſet Municipium. Coloniam *Seneca* fuiſſe ortam poſt an. 100. ſcribit, *in ep.* quod anno 710. quo deducta eſt à Planco, convenit. Caput Jovis Capitolini in anteriore denarii parte exhibetur, quod in omnibus Romanorum Coloniis illius cultus ſemper inſtituebatur: vide quæ ſupra in Gente Antonia de Luguduno & Lugduno diximus.

IV.

IV.

M. ANTON. III VIR. R. P. C. Lituus & urceus : ex averſa parte L. PLANCVS IMP. ITER. Guttus, vas oblongum, inter fulmen & caduceum.

Hic denarius Plancum Antonii fuiſſe ſtudioſum penitus indicat. Sed ad illius geſta redeamus, ut à Dictatore Conſul ad annum $^{710.}_{1}$ fuerat cum D. Bruto deſignatus, hoc vero deſerto, ſe cum Lepido & Antonio conjunxit : ut triumphum & Conſulatum obtineret, Plancum Plotium fratrem proſcribi paſſus, in fine ejuſdem anni triumphavit de Rhætis, ut ſupra diximus, ubi Imperatoris titulum obtinuit. Conſul creatus eſt cum Lepido iter. an. $^{711.}_{2}$ Antonii Legatus quibuſdam legionibus illius præerat, quùm à Fulvia Triumviri uxore, qui ſe cum L. Antonio ipſius fratre Conſule an. $^{712.}_{3}$ conjunxerat contra Cæſarem, juſſus eſt in auxilium venire, ut narrat *Appianus, de Bello Civ. lib.* 5. Fulvia quoque Ventidium, Aſinium, Atticum, Calenumque properare jubebat in auxilium obſeſſi, conſcriptoque novo exercitu, ductu Planci miſit ad Lucium. Is Plancus legionem Cæſarianam, dum illa Urbem peteret, concidit in itinere ; unde videtur à militibus Imperator iterum appellatus, nam alibi bellum geſſiſſe non tradunt *Hiſtorici.*

Denarium igitur in honorem Antonii Triumviri ut ejus Legatus tunc percuſſit. Ex una parte ejus nomen & lituum cum urceo ad Auguratum Antonii denotandum, expreſſit ; & ex averſa, Guttum ad Sacerdotium ſuum Septumviratum Epulonum, ut nos docet eadem *Inſcriptio* Gaetana, VII VIR. EPVLON. Fulmen deſignat Triumvirorum imperium, & caduceus pacem & felicitatem inter eos.

Plancus Fulviam Antonii in Aſiam tranſeuntem ſequutus, qua mortua cum eo remanſit, & ab eo Syriam obtinuit, *ſi Appiano* credimus, quum illius annulo ſignatorio in litteris alicujus momenti uti ſolitum fuiſſe ſcribit ; tandem à Cleopatra ſuggillatus cum Titio ſororis ſuæ filio, quod plurimum fuiſſent adverſati ne bello intereſſet, perfugit ad Cæſarem, & teſtamentum Antonii detexit contentorum conſcius ; inde Cæſari gratiſſimus fuit, & à quo plurimis honoribus decoratus, & ad Cenſuram cum Paulo Æmilio Lepido evectus eſt, an. $^{731.}_{2}$ ut apud *Dionem* legimus, *lib.* 54. idem confirmant *Plinius, Val. Maximus,* & *Vel. Paterculus.* Hi vero poſtremi, Cenſores ex privatis fuerunt.

V.

OB CIVIS SERVATOS. Corona civica inter duos lauri ramos: ex averſa parte, L. MVNATIVS PLANCVS. III VIR. A. A. A. F. F. in area S. C

Filius patrem ſequitur. L. Plancus ſuperioris filius hunc nummum percuſſit, ut Triumvir Monetalis Senatus & à minore hoc Magiſtratu ad ſupremos aſcendiſſe teſtantur *Capitolina Fragmenta*, cum & Conſulatum iniiſſe cum C. Silio, an. [illegible] verſus finem Auguſti, quos ita etiam enarrat *Dionis Index*. L. Munatius L. F. Plancus, C. Silius C. F. Cæcina: his vero Coſſ. Auguſtum apud Veſtales depoſuiſſe ſacramentum autor eſt *Suetonius*. De lauri ramis & corona civica ante fores Palatii quotannis Auguſto, ut ſemper victori & civium conſervatori, ſuſpenſis ſæpe diximus, ideo in nummis eorum memoriam quotannis per ſuos Triumviros Monetales Senatus renovabat.


VI.

PLANCVS. Caput L. Munatii Planci Triumphalis & Cenſorii: ex averſa parte, Corona quercea, in qua S. P. Q. R. OB CIV. SER.

Ab eodem L. Planco Filio cuſum hunc nummum in patris L. Planci honorem arbitramur, quùm eſſet Triumvir Monetalis Senatus, ut ſuperior denotat: nam quia cognomen Auguſti Cæſari pater dediſſet, ut refert *Suetonius*, Auguſti cognomen Munatii Planci ſententia, quùm quibuſdam cenſentibus Romulum appellari, prævaluit, Senatui in rei memoriam, per filium in nummis poſt ejus mortem illius imaginem ſignari, non diſplicuit: corona civica Auguſto quotannis, à S. P. Q. R. oblata in averſa parte, ut moris erat Triumvirorum Monetalium percutere, expreſſa. Plancus, Legatus ad Germanicum miſſus, tunc à militibus ſeditionem agitantibus, occiſus eſt, ex *Tacito Ann.* 1.

MVSSI-


MVNATIA
MVSSIDIA
TAB. XCIX.


MVSSIDIA
M·LEPIDVS PON MX III VIR R·P·C·
L·MVSSIDIVS T·F·LONGVS IIII VIR A·P·F·
CONCORDIA
L·MVSSIDI·LONGVS
LEPIDVS CAESAR
III·VIRI R·P·C·
M·LEPIDVS III·VIR R·P·C·
M·ANTONIVS III·VIR R·P·C·
CLOACIN
G·CAESAR III·VIR·R·P·C·
CORIN II·VIR
MVSSIDIO PRISCO·II·VIR C·HEIO·POLLI ONI·II·VIR
TI·CAESAR CORINT
NAEVIA
S C
CNAE BAB
III·VIR A·A·A·F·F·
NAEVIVS CAPELLA
S·C
AVGVSTVS TRIBVNIC POTEST
L·NAEVIVS SVRDINVS III VIR·A·A·A·F·F·
OB CIVIS SERVATOS
TAB. C.

MVSSIDIA.

MVSSIDIA gens Plebeia & nova, ut videtur. *Fulvius* eam à Muſſiis derivari putat, Muſſii autem à Muſſo, id eſt, ſubmiſſa voce loquor & ſecrete, occulte quod celatum velim, quaſi murmuro. Hanc è Sabinis ortam ſuſpicatur etiam *Fulvius*. Cognomen *Longus*, à corporis habitu.

I.

Caput Cæſaris Dictatoris laureatum, pone quod lituus & ſimpulum: in averſa parte L. MVSSIDIVS LONGVS. Temo, globus, cornucopiæ, caduceus & apex.

L. Muſſidii Longi varios denarios, ut *Fulvius*, diviſimus; in aliis tantum cum epigraphe L. MVSSIDIVS LONGVS, & in aliis cum inſcriptione L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIII VIR. A P. F. licet illos omnes in Quartumviratu percuſſerit. Is videtur hunc Magiſtratum obtinuiſſe ſub Triumviris R. P. C. quorum initio denarii cum imagine Julii Cæſaris adhuc ſignabantur, qualis eſt quam Muſſidius in ſuis expreſſit. Lituus & ſimpulum Pontificatum Maximum Dictatoris reſpiciunt: in averſa vero parte globus, Imperium Romani orbis deſignat: pone eum temo, ejus in mari potententiam, cornucopiæ rerum omnium abundantiam, caduceus ubique pacem, apex ſummam ejus ſacerdotalem dignitatem.

II.

Caput Cæſaris Dictatoris laureatum: ex averſa parte L. MVSSIDIVS LONGVS. Cancelli Comitiorum, adſcripta in imo voce CLOACIN. In iis duæ Figuræ in ciſtas ſuffragia conjicientes.

Habes iterum in hoc denario Julii Dictatoris effigiem, quùm Senatus, ut cum ejus imagine denarii cuderentur, juſſiſſet: Muſſidius vero in averſa parte Comitium inſtar navis cujuſdam, cum adjuncta voce in imo CLOACIN. ad indicandam ſuam è Sabinis ori-

 ginem

ginem, ut arbitratur *Fulvius*, expreſſit: ſed potius, ut inquit *Suetonius*, *in vita Julii cap.* 40. quod Comitia partitus eſſet cum Populo. Comitium autem dictum eſt, quod ibi coïerint Romulus & Tatius, ut inquit *Plutar. in Rom.* De figura Comitii infra.

III.

Caput Concordiæ velatum: ex averſa parte L. MVSSIDIVS LONGVS. Comitium cum cancellis & figuris, ut ſupra.

Ad indicandam Sabinorum & Romanorum concordiam, inquit *Fulvius*, convenerant ad locum ubi nunc Comitium eſt, unde nomen ſumpſit. Muſſidius ut originem ſuam à Sabinis & Concordiæ imaginem ex una parte, & Comitii fabricam, uti tunc erat, expreſſit: an non potius ob Julii cum Populo concordiam? Comitium erat in foro, imo pars fori, à Palatii porta incipiens, & finiens ad templum Divæ Mariæ Novæ, ut *Martianus* docet *Epit. Topogr. antiquæ Urbis*, *lib.* 3. In eo loco Comitia inde dicta, habebantur; viſuntur cancelli, quibus Populus ſuffragium laturus includebatur: in eo ſunt duæ figuræ, quæ per gradus ad pontes aſcendentes ſuffragia publice in ciſtas conjiciebant, tabellis à Diribitoribus in imo acceptis.

IV.

CONCORDIA. Caput Concordiæ velatum: ex averſa parte, L. MVSSIDIVS LONGVS. Duæ dexteræ caduceum tenentes.

Muſſidius iterum Concordiæ caput exhibet, ſed cum ejus inſcriptione, ut pro Libertate, quæ ſic aliquando velata prodit, non accipiatur. Illa tandem facta eſt dea, cujus primas ædes à M. Furio Camillo Dictatore v. in Capitolio vovit & extruxit ad Forum & Comitium ſpectantes, ut narrat *Plutarchus in ejus vita*, quam iterum ad Sabinorum cum Romanis concordiam ab eo tempore initam, revocat, ſed potius de Julio Cæſare cum Populo ut ſupra diximus intelligenda eſt, nam dextræ junctæ eandem, pacem & felicitatem inter Populos denotare caduceus videtur.

V.

Caput Solis ſeu Apollinis radiatum: ex averſa parte L. MVSSIDIVS LONGVS. Comitium, ut ſupra.

Muſſidius

Muſſidius, qui denarios cum Cæſaris Dictatoris imagine percuſſit, ad illius geſta reſpicere in hoc videtur: *Dio*que cauſam ſubminiſtrat, dum hoc anno 708. verſus finem inquit. Eo „ anno duo Ædiles theſauris publicis præfuerunt: alter horum „ Cæſaris ſumptibus Ludos Apollinares fecit, in cujus rei me- „ moriam Solis radiati qui idem ac Apollo, imaginem in anteriore denarii parte, cui erant dedicati, expreſſit; & in averſa iterum Comitii cancellos, ut vult *Fulvius*, ad ſuam indicandam è Sabinis originem, Comitiorum fabricam expreſſit, quam potius ſuſpicaremur ad eundem Cæſarem ſpectare, quùm ille reſtauravit, ex *Roſino*, *lib.* 6. *cap.* 5. & in indice jus priſtinum eorum reduxiſſe narrat: de quo Suetonius *in ejus vita*, *cap.* 40. Comitia, inquit, cum Populo partitus eſt.

VI.

Caput Cereris corona ſpicea ornatum: ex averſa parte L. MVSSIDIVS LONGVS. in corona ex ſpicis confecta.

Caput Cereris ſpicis ornatum, & præſertim ſpicea corona, potius ad Cæſarem Dictatorem quam ad L. Muſſidium ſpectare videntur. Caput quidem Cereris Ædilitatem aliquando denotat, vel ſpicæ in denario ſignatæ, aliquam frumentariam procurationem à Magiſtratu factam arguunt, ſed ſpicea nunquam corona ideo illi proferebatur. Nobis liceat cum *Fulvio* hanc coronam ſpiceam Dictatori dicatam eo tempore, quo frumentum publicum P. Romano anno ſuperiore aſſignaverat, ut nobis *Dio* indicat, *lib.* 43. Diſtributo frumento in Populum viritim; inſuper tre- „ cenos nummos diſtribuit, quos promiſerat, adjectis aliis cen- „ tenis: militibus autem bina in ſingulos ſeſtertia diviſit. Nec „ ſola munificentia contentus, cetera quoque accurate inſpexit; „ quumque numerus eorum, qui ex publico frumentum acci- „ piebant, non legitime, ſed eo modo, quo in ſeditionibus „ fieri aſſolet, excreviſſet, & recenſuit eos, & dimidiam partem „ eorum expunxit. Itaque hoc anno iis diſtributum Muſſidius, „ & ideo Cæſari coronam ſpiceam eſſe dicatam denotat.

VII.

Caput Victoriæ pectore tenus cum alis: ex averſa parte,

te, L. MVSSIDIVS LONGVS. Victoria alata in bigis decurrentibus.

Quin ad victorias Dictatoris pertineat hic denarius dubitare nemo poteſt, quùm bello civili prorſus confecto triumpharit: ideo caput Victoriæ in anteriore denarii parte; ſed ipſa in bigis an pertineat ad eas quæ in Circenſibus Ludis agitabantur? *Suetonius* loqui videtur, *in ejus vita, cap.* 39. Circenſes edidit; „ & paulo poſt, Circenſibus, ſpatio Circi ab utraque parte pro„ ducto, & in gyrum Euripo addito, quadrigas bigaſque & „ equos deſultorios agitaverunt nobiliſſimi juvenes. At ejus nomine bigarum victoriam relatam fuiſſe indicat denarius, quùm ipſa Victoria in rei memoriam in bigis depicta ſit: Ludi vero Circenſes quotannis III. Id. Quintil. edebantur: Circenſes dicti à Circo, in quo agebantur.

VIII.

M. LEPIDVS PONT. MAX. III. VIR. R. P. C. Caput Lepidi nudum: ex averſa parte, L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIII VIR. A. P. F. duæ dexteræ caduceum alatum tenentes.

Poſt mortem Dictatoris Muſſidius ſub Lepido, Antonio & Cæſare, qui ſe Triumviros Reipublicæ gerendæ fecerant, Quatuorvir monetæ ſignandæ, ad quorum numerum Triumviros Julius auxerat, factus eſt, ut indicant illius denarius cum epigraphe IIII VIR. A. P. F. id eſt, *Quatuorvir argento publicè feriundo*, ut jam vidit ex *Cicerone* Ill. *Spanhemius, diſſert.* 6. At modo Dictatoris effigiem Monetarii, modo Triumvirorum, qui ſummam ſibi potentiam arrogaverant, in denariis exhibuerunt. Lepidum ut vetuſtiorem aliis præponimus, & à Muſſidio Pontifex cum Triumviro appellatur, in quo Sacerdotio ſummo poſt Dictatorem ab Antonio tum Conſule conſtitutus fuerat, ut diximus in Æmilia gente. Duæ dexteræ caduceum alatum tenentes, concordiam & pacem ac felicitatem inter Triumviros denotant.

IX.

L. MVSSIDIVS LONGVS. CONCORDIA. Caput Concordiæ velatum: ex averſa parte, LEPI. PONT. CAESAR. III. VIRI. R. P. C. Duæ dexteræ caduceum alatum tenentes.

In

In ſuperiore denario duæ manus caduceum gerentes, pro concordia ac pace inter Triumviros omnes indicanda, à L. Muſſidio expreſſæ ſunt; nunc inter Lepidum & Cæſarem videntur tantum percuſſæ. id Lectorem non moveat, modo in Triumvirorum denariis Lepidus cum Antonio, modo cum Cæſare conjungitur, ut in hoc denario, ſed in parte anteriore depingitur Dea Concordia velo ornata, ut illam expreſſit Muſſidius, ad eam inter Julium Cæſarem & Populum, quùm apprimè pro Imperio adminiſtrando ſit neceſſaria: nam ut ait *Dio, lib.* 48. difficile enim viros æquali dignitate ſublimes, quùm tantas bello res adepti ſunt, concordiam ſervare.

X.

M. LEPIDVS III VIR. R. P. C. Caput Lepidi nudum: ex averſa parte, L. MVSSIDIVS. T. F. LONGVS. IIII. VIR. A. P. F. Mars nudus galeato capite, d. haſtam, ſ. parazonium, pede clypeo impoſito.

Triumviri, ut Provincias Romanas quas inter ſe partiti erant, tranquillè adminiſtrare poſſent, Dictatoris cædem ulciſci inter ſe decreverunt, & ideo Muſſidius Martem Ultorem in omnium eorum denariis cum haſta & parazonio exhibuit; calcando clypeum, id eſt, uſque quo Percuſſores interfeciſſent, illum non recepturos. *Gregorius Gyraldus Sytagm.* 10. Martem depingi armatum cum haſta & flagello refert, ſed parazonium pro flagello ſumit; nudus exhibetur, quod quiſque in bello ſine cordis formidine objicere ſe debet, *teſte Iſidoro*: Mars vero bello præeſſe putabatur, ad quod deſtinati erant M. Antonius & Cæſar, & ipſe in Urbe ad illius & Italiæ cuſtodiam remanebat.

XI.

M. ANTONIVS III VIR. R. P. C. Caput M. Antonii Triumviri: ex averſa parte, L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIII VIR. A. P. F. Mars idem nudus galeato capite, cum haſta & parazonio, pede ſupra clypeum.

Mars idem Ultor in M. Antonii denariis exhibetur, quùm Triumviri omnes contra Julii Dictatoris percuſſores ultionem

inter ſe juraverant, nempe ut M. Antonius & Cæſar cum viginti quiſque legionibus Bruto Caſſioque bellum inferrent, dum Lepidus Conſul crearetur, & Urbem Italiamque cum ſuis totidem legionibus teneret. Quare Muſſidius Longus M. Antonio Triumviro ſicut aliis eundem typum conſecravit: ſed ut monetam non Triumvirorum ſumptibus ſignatam demonſtraret, & illi non Senatus autoritate uterentur, haud addita illius ſolita ut in ſuperioribus nota EX S. C. ſed inſcriptæ in ea ſunt litteræ A. P. F. id eſt, *Argento publicè feriundo*, ut ex publico ærario argentum eſſe deſumptum.

XII.

M. ANT. IMP. ITER. Caput M. Antonii, pone quod lituus: ex averſa parte. L. MVSSIDIVS T. F. LONGVS IIII. VIR. A. P. F. Comitium cum cancellis, & Figuris ſuffragia in urnas conjicientibus, in imo fabricæ CLOACIN.

Alter prodit M. Antonii denarius, ſed cum titulo Imperatoris iterum, qui magni momenti videtur ad annum quo Muſſidius Longus Quatuorvir Monetalis erat dignoſcendum, quùm Triumvir hunc habuerit ob victoriam quam Legatus ejus Ventidius de Parthis retulit an. $^{714}_{\;5}$ nam exire debebat Triumviratus quinquennium pridie Kal. Jan. anni ſequentis $^{715}_{\;6}$ an igitur L. Muſſidius Comitiorum proſpectum exhibuerit, quod quùm Comitiorum jus aboleviſſent Triumviri, illud cum Populo, ut Dictator, eſſent partituri, vel ut videretur, quaſi Comitiorum libertas ſub Triumviris non coercita; niſi dicamus ad Muſſidiorum originem ex Sabinis, ut antea ex *Fulvio* diximus, arguendam.

XIII.

C. CAESAR. III VIR. R. P. C. Caput Cæſaris Triumviri: ex averſa parte, Mars nudus galeato capite ſtans, d. haſtam, ſ. parazonium, pede clypeo impoſito.

Ut omnium Triumvirorum cum capite denarios à L. Muſſidio ſignatos exhiberemus, ſupererat Cæſaris nummus; en ille cum eodem Martis Ultoris typo, ut qui primus paternæ necis ultionem parabat, quam quùm ſibi arduam ac difficilem fore cognoſceret,

Lepi-

Lepidum & Antonium Cæſaris ſtudioſos in ſocietatem aſcivit. Ipſe templum Marti Ultori ſe extructurum voverat, ſi victor contra patris percuſſores rediret, de quo *Suetonius*, *cap.* 29. Ædem Marti, bello Philippenſi, pro ultione paterna ſuſcepto, voverat, „ illam in Foro ſuo poſtea maximam & ſumptuoſiſſimam, cùm „ opere tum artificio condidit, cujus effigies in denariis illius argenteis rotunda cernitur: notandum *Dionem* ſcripſiſſe, *lib.* 53. illum Marti Ultori templum poſt ſigna militaria à Pharnace recepta, decreviſſe, ſed illud erat in Capitolio & bis Ultoris, ut ipſe dicebat, appellatum eſt.

XIV.

II. VIR. CORINT. Caput Auguſti nudum: ex averſa parte, L. MVSSIDIO PRISCO. II. VIR. C. HEIO POLLIONE. II. VIR. in corona ex Apio contexta.

Hunc nummum minimæ formæ æreum à *Patino Fulvianis* additum, per Regium Theſaurum reſarcimus, ex quo duas fuiſſe Muſſidias gentis ſtirpes; alteram cognomine *Longæ*, alteram verò *Priſcæ* colligimus: hæc vero quùm non admodum (etiamſi vetuſtior eſſet) divitiis abundaret, Corinthum abiiſſe videtur in Coloniam quando illa deducta eſt à Dictatore Cæſare an. 708/9 ex *Dione*, *lib.* 43. Addidit etiam præclaris ſuis factis, quod „ Carthaginem Corinthumque inſtauravit: Corinthum vero, „ Carthaginemque urbes antiquas illuſtres, quæ jam perierant, „ Colonias Romanorum deduxit. Corona ex Apio ad Ludos Iſthmicos, in Melicertis memoriam, quinto quoque anno ſub his Duumviris editos ſpectat, victoribus hæc corona concedebatur, ex *Plutarcho*, *in Timol.* *p.* 248. Nam Iſthmicorum etiam tunc ætate ut nunc Nemæorum, Apium corona erat.

XV.

TI. CAESAR. CORINTHI. Caput Tiberii nudum, ex altera parte C. HEIO POLLIONE ITER. C. MVSSIDIO PRISCO. II VIR. in corona ex apio contexta.

Liceat nobis in gratiam gentis Muſſidiæ alterum Corinthi cuſum ſub Tiberio proferre nummum cum alterius Muſſidii Priſci nomine, ſed

 præno-

prænomine Caii, qui prioris forſan frater aut filius fuit, ut temporis ratio indicare videtur, nam cum Coloni eandem quam Romæ formam Reipublicæ tenerent, nempe ut Duumviri qui Conſulum vices gerebant, non iterum creari poſſent, niſi poſt decem annos, in ſuperiore nummo C. Heium Pollionem cum L. Muſſidio Priſco Duumvirum obſervavimus, in hoc eundem C. Heium Pollionem iterum cum C. Muſſidio Priſco Duumvirum, poſt decem annos, illum bis creatum fuiſſe facile nobis perſuademus, præſertim quùm corona illa ex Apio contexta ad Ludos Iſthmicos, qui tantum omni quinquennio celebrabantur, pertineat, quæ decem annos indicare videtur.

NAEVIA.

NAEVIA.

NAEVIAM gentem Plebeiam vel ex hoc intelligi poteſt, ut inquit *Fulvius*, quod ex ea extitit M. Nævius Tribunus Plebis, qui P. Scipioni diem dixit, teſte *Valerio Maximo lib.* 3. *cap.* 7. Nomen à *Nævo* habuiſſe videtur, apud *Glandorpium*. Cognomina ejus ex nummis nobis ſuperſunt. *Balbus* à lingua, nam ille ejus vitio non bene poteſt exprimere verba, & obſcure loquitur, hæſitans. *Capella*, an ob hirſutiem, ut Juliano inditum apoſtatæ narrat *Ammianus*, *lib.* 17. vel à minore pecore, ut multa, autore *Varrone*, *lib.* 2. hinc Statilii Tauri, Annii Capræ & Pomponii ac Mamilii Vituli. *Surdinus* diminutivum à ſurdo, ab aurium defectu.

I.

Caput Veneris cum diademate, & nota S. C. ex averſa parte C. NAE. BALB. Victoria in bigis, ambabus habenas ut vidimus

Nævia gens in varias ſtirpes diviſa, nec antiqua nec nova; ſiquidem L. Nævius Balbus reperitur Quæſtor Provincialis anno $^{582.}_{3}$ inter quinque viros à Senatu lectos, qui inter Piſanos & Lunenſes dirimerent agros nominatus à *Livio*, an. $^{585.}_{6}$ *Dec.* 3. *lib.* 5. Diſceptatum inter Piſanos Lunenſeſque Legatos: Piſanis querentibus agros ſe à Colonis Ro. pelli: Lunenſibus affirmantibus, „ eum de quo agatur, à Triumviris agrum ſibi aſſignatum eſſe, „ Senatus qui de finibus cognoſcerent ſtatuerentque quinque viros miſit, Q. Fabium Buteonem, P. Cornelium Blaſionem, T. Sempronium Muſcam, L. Nævium Balbum, C. Apuleium Saturninum. L. autem Nævius Tribunatum Plebis accepit an. $^{587.}_{8}$ Hic reliquit filium L. Nævium Balbum Tribunum Plebis an. $^{606.}_{7}$ & nepotem habuit Sex. Nævium L. F. Balbum Tribunum etiam Plebis an. $^{656.}_{7}$ Caius autem Nævius qui bigatum denarium cudit, an primi L. Nævii frater, aut filius natu minor, aut aliorum, incertum eſt, & cur in anteriore nummi parte Veneris caput Senatuſconſulto expreſſerit.

 II.

II.

III VIR. A. A. A. F. F. Incus: ex averſa parte C. NAEVIVS CAPELLA. circa ambitum. S. C. in area.

Ob Caii prænomen hunc Nævium Capellam C. Nævio Balbo ſubjunximus, quaſi illud ab eo deſcendiſſe indicaret: nam in aliis Næviis alterius cognominis ejuſmodi prænomen non occurrit: porro ut prioris magnum eſt apud *Hiſtoriæ Scriptores* ſilentium; ita Nævii Capellæ nulla extat, quod ſciamus, apud illos mentio, ſola ex nummis nobis innoteſcit, qui illum ſub Auguſto Triumvirum Monetalem Senatus fuiſſe nos edocent. Toties Triumviros illius ab Auguſti Monetalibus, poſt monetam inter eos diviſam, diſtinctos illius percuſſione decantavimus, ut hic repetere Senatum æream, & Auguſtum auream & argenteam cudiſſe, vix neceſſarium, & in *Tyronum* tantum gratiam, exiſtimamus.

III.

AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. in corona quercea: ex averſa parte. L. NAEVIVS SVRDINVS III. VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum. S. C. in area.

En tertia Næviorum Familia, cognomine SVRDINORVM, quæ ut ſuperiores, non magis cognita; ſed cujus prænomen *Lucii*, ex Næviis Balbis originem potius, quam ex Criſpis & Mathonibus, in quibus nullum ejuſmodi reperitur, traxiſſe quis poteſt ſuſpicari, licet incertum videatur: L. Nævius Surdinus Senatus Triumvir Monetalis æreos Auguſto cum ſecundæ tum tertiæ magnitudinis, ut tunc moris erat, percuſſit: in anteriore hujus parte nomen Auguſti, quod in Conſulatu VII. an. $^{726}_{7}$ & Tribuniciam Poteſtatem, quam an. $^{730}_{1}$ ex *Dione* accepit, ſignavit: Auguſtus quidem nomen Tribuni Plebis non ſumpſit ſed quum illi Tribuniciam Poteſtatem decreviſſet Senatus, illa contentus in titulis deinceps uſus eſt, quam ab hoc die numeravit, & alii Imperatores primo ipſo imperii die illam ſumentes, computavere annos ſuos. De corona quercea in ſequente nummo.

IV.

OB CIVIS SERVATOS. Corona quercea inter duos lauri ramos: ex averſa parte. L. NAEVIVS SVRDINVS III. VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum. S. C. in area.

Omnes Triumviri Monetales Senatus, qui æreos tertiæ magnitudinis nummos ſignavere, aut Auguſti vultum ante hunc typum cum corona civica & lauri ramis, cum epigraphe OB CIVES SERVATOS, expreſſerunt, in memoriam lauri cum corona quercea, à Senatu illi in perpetuum ante fores domus ſuæ in Palatio, decretæ, quæ quotannis Kal. Martiis renovabatur, tanquam qui hoſtes viciſſet, & cives ſervaſſet. Quem morem ſequutus L. Nævius Surdinus, in hoc pariter coronam illam ex quercu contextam exhibuit. Cur autem illa concedebatur ei qui civem ſervaſſet, id cauſæ fuit, quod quùm primi homines quercina glande veſcerentur, hæc arbor in humanæ vitæ ipſi ſuſtentaculum data à Jove dicebatur, ita qui civem ſervaverat, coronam ex quercu tanquam vitæ prorogatæ præmium referebat.

V.

CAESAR AVGVSTVS TRIBVNIC. POTESTAT. Caput Auguſti: ex averſa parte. L. SVRDINVS. III. VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum. S. C. in area.

Licet Surdini cognomen ſit huic Nævio peculiare, illud ad hanc gentem pertinere ignoraremus, niſi prævios ſuperiores nummos haberemus; nam in nulla alia *Onomaſtici Romani, à Glandorpio* in lucem editi, Familia occurrit. Nævius etſi Senatus Triumvir Monetalis Auguſti vultum exprimit, quod ille etiam ſi modeſtia imperium ad tempus aſſumpſiſſe videretur, tamen quinquennalium & decennalium ſucceſſione obtinebat, & quam Monarchiam deponere ſimularet, eadem illi à Senatu Populoque confirmabatur. L. Nævius Surdinus filium reliquit ejuſdem nominis Conſulem ſuffectum an. $\frac{782}{3}$ cum Caſſio Caſtino ex *Grutero*, pag. 1087.

NASI-

NASIDIA.

NASIDIA gens videtur nova; ideo incertum an ea Plebeia vel Patricia fuerit. L. Naſidiu sEques Romanus Ciceronis ſtudioſus, laudatur ab illo, *Philipp.* 3. Ejus nomen ex *naſi* defectu ipſi fuiſſe videtur, ut *Naſo* & *Naſica*, diminutivum quidem.

I.

NEPTVNI. Caput Cn. Pompeii Magni, ſub Neptuni imagine, cum Tridente ante ejus vultum, & Delphino in imo: ex averſa parte, Q. NASIDIV. Navis velo expanſo cum remigantibus.

Q Naſidius ut creditur filius erat L. Naſidii, cujus facit mentionem *Cicero in libro Philipp.* 7. quique à Cn. Pompeio Magno cum Claſſe navium ſexdecim L. Domitio, Maſſilienſibuſque ſubſidio miſſus fuit. Ut erat rei maritimæ peritus, & Pompeii patris amicus, Q. Naſidius ejus filius Sex. Pompeii partibus, ut pater illas foverat, adhæſit; & denarius Claſſi ejus præfuiſſe demonſtrat, in anteriore parte Cn. Pompeii caput ſub Neptuni effigie & nomine illiuſque ſymbolis, Tridente ſcilicet & Delphino: nam patrem quod piratas vicerat Neptunum eſſe jactabat, & ſe illius dei filium eſſe arbitrabatur, ſi *Dioni* fides, *lib.* 48. Sextus „ autem magis elatus animo vere Neptuni filium ſe credebat eſſe. Navis velo expanſo, rerum marinarum felicitatem non modo denotat, ſed & Q. Naſidii nomen, ejus Claſſis ducem fuiſſe illum arguit. Vox NASIDIV. in quibuſdam denariis legitur antiquo ſcribendi more pro NASIDIVS. Vide *P. Seguinum, de nummis Pompeianis in Selectis, num. edit.* 2.

II.

NEPTVNI. Caput Cn. Pompeii Magni, ante quod Tridens, & ſub quo delphinus: ex averſa parte Q. NASIDIVS. Quatuor naviculæ inter ſe depugnantes.

Cn. Pom-

Cn. Pompeius pater ſub Neptuni imagine effingitur à Q. Naſidio, Sexti Claſſis Præfecto: ſed hæ naviculæ in denariis expreſſæ, contra ſe invicem decertantes, non pugnam maritimam contra hoſtes deſignare videntur, ſed ſpectaculum à Sexto editum, quod nobis refert *Dio*, *lib.* 48. totus autem hic *autor*, numiſmaticus eſt, ut ita „
loquar; en ejus verba. His actis totam Inſulam Pompeius oc- „
cupavit, Bithynicum inſidiari ſibi prætendentem, occidit. Spe- „
ctacula, qualia victores ſolent, edidit, captivorum navalem in fre- „
to, prope Rhegium (ita ut hoſtium in conſpectu eſſet) pu- „
gnam exhibuit, commiſſis inter ſe ligneis & pelliceis ad deri- „
dendum Salvidienum naviculis. Q. ille Rufus Salvidienus à Cæ- „
ſare contra Sex. Pompeium cum magnis copiis Rhegium præmiſſus fuerat.

Q. Naſidius, ut erga Sextum Siculorum benevolentiam conciliare poſſet, hujus ſpectaculi memoriam in illius denariis conſignavit, ut qui illos victoriarum ſuarum teſtes & adjutores habere cuperet; nam addit *Dio*. Deinde naves plures extruxit, mare circum inſulam obtinuit, auctus ea etiam gloria atque faſtu, qua- „
ſi Neptuni filius eſſet; quod pater quondam ejus imperium mari „
univerſo, habuerat. Sed tandem victor Sextus, ab Agrippa Cæſaris duce victus eſt, & ex Sicilia in Aſiam fugit, Lesbumque appulſus, ad Antonium Triumvirum miſit, ut inter amicos reciperetur. Sed quùm in Aſia aliquas urbes occupare vellet, Antonius Titium miſit cum copioſo exercitu, cui Pompeium committebat: at poſt illius adventum, quum Q. Naſidius & alii Pompeii amici viderunt Sextum naves ſuas incendiſſe & remiges armare, & non deſinere cum potentiore bellum gerere, deſperarunt de eo, pactique ſibi ipſis fidem, tranſierunt ad Antonium, an. $\frac{713}{4}$ ut narrat *Appianus*, *Civ. Bell.* 5.

In bello civili M. Antonii cum Cæſare Q. Naſidius ut rei maritimæ peritus, Claſſi etiam ab Antonio præfectus eſt, ſed victus eſt ab Agrippa, ut refert *Dio lib.* 5. Eo tempore Agrippa Leucadem repente advectus, Inſulam & naves quæ in ea erant, cepit, ac Patras deinde, victo navali pugna Q. Naſidio.

NERIA.

NERIA gens, ut videtur, Plebeia, ex Pupinia tribu; ut indicat *Cicero, ep. 3. lib. 2. ad Q. Fratrem.* Tribus autem Pupinia octava erat, & non longe ab Urbe. Ex *Livio*, *lib. 26.* Inde in Pupi-
„ niam exercitu dimiſſo, octo millia paſſuum à Roma erat.

I.

NERI. Q. VRB. Caput Ditis, pone quod uncus: ex averſa parte, L. LENT. C. MARC. COS. Aquila legionaria inter duo ſigna militaria, in quorum dexteriore H. in altero, P.

Nerius, qui hunc denarium percuſſit, is videtur eſſe, quem *Cicero* loco ſupra citato, Cneium appellat, quùm illum de ambitu Seſtium accuſaſſe ad Q. fratrem ſcribit. Quæſtor Urbanus in nummis indigitatur, quem minorem Magiſtratum inibat ſub Conſulibus L. Lentulo, & Cn. Marcellino an. 704; quorum nomina expreſſit, ut ſe illorum partes in civili bello contra Julium Cæſarem ſequi denotaret: at quùm pro iis delectus militum per totam Italiam fieret & arma undique imperarentur, in averſa parte legionum ſigna exhibere voluit. Legio autem Haſtatis & Principibus conſtabat, unde littera H. id eſt, Haſtati, & P. id eſt, Principes, ſupra ſigna ſunt appoſitæ. Haſtati dicti erant, qui primi in acie cum haſtis conſtitui ſolebant. Principes, qui ſecundæ aciei, ex robuſtiore fere ætate collecti, omnes ſcutati.

In anteriore denarii parte Dis, quem Græci Plutonem appellant, exprimi videtur tanquam divitiarum dominus, nam Πλȣτος Græcè divitiæ dicuntur, ut illas ad bellum plane neceſſarias penes Senatum cujus partibus ſtabat, Romani orbis arbitrum eſſe demonſtraret, quùm T. Ligarius ejus Collega qui partes Cæſaris foveret, Romæ manſerit, & ipſe Pompeium & Conſules ſequeretur. Uncus Diti pro ſceptro traditur, quod divitiæ ex terra unco extrahi videantur.

NONIA.

NONIA.

NONIA gens Plebeia; ſi quidem Tribuni Plebis ex illa apud *Hiſtoriæ Scriptores* nominantur: ſed Conſularis fuit. Ejus nomen à numero, ſcilicet *nono*, ut refert *Sigonius*. Diverſa illius cognomina in nummis ſuperſunt; *Aſprenas*, Calphurniis etiam ex *Glandorpio*, familiare. *Suſenas*, huic tantum peculiare. *Quintilianus*, ex adoptione Quintiliæ gentis.

I.

SALVS. Caput Salutis laurea ornatum: ex averſa parte Q. NONI. SEX. F. ASPRENAS. in imo TI. CLAVD. TI. F. NERO. Ara, ſupra quam ſerpens in gyros circumvolutus ſe erigit, à dextris caduceus, & à ſiniſtris ſpica.

Duo deſcripta in hoc denario Familiarum nomina, eundem Magiſtratum Q. Nonium Aſprenatem & Ti. Claudium Neronem geſſiſſe arguunt, ſed quem indicare etſi difficile ſit, pro viribus aggrediemur, quùm prius coætaneos eſſe oſtenderimus, ſi quidem *Appianus*, *Bell. Civ.* 3. Aſprenatem Tribunum Plebis an. 709/10 Dolabellæ Conſulis rogationem, ex Comitiis de Syria Provincia, à Populo obtinenda, inſtante Senatu, fruſtra obnunciantem producit: Ti. vero Claudium Neronem Ti. filium, & patrem Tiberii poſtea Imperatoris; Præturam an. 712/3 ex *Suetonio*, *Dione*, & *Paterculo* colligimus, ſic ita conſociatos habes, & nobis ſupereſt, ut eorum Magiſtratus denotetur, quem denarii typus demonſtrat.

Salutis nomen & imago, in anteriore parte, cum ſerpente ſupra aràm, totus ad vota pro ſanitate ampliſſimi cujuſdam in Republica viri ſoluta percuſſus videtur typus. Hunc nobis indicare videtur *Paterculus*, *lib.* 2. dum Pompeius pro Dictatore proponeretur à Tribunis Plebis, populum ut illum crearent, ſuadentibus, „ graviſſima inquit, tentatus eſt valetudine, quo quidem „ tempore univerſa Italia vota pro ſalute ejus, primo omnium cive, ſuſcepit.

ſuſcepit. In cujus rei memoriam Aſprenas & Nero Quæſtores tunc forſan Urbani, hunc denarium cuderunt an. $^{700.}_{1}$ nam ut Dictatoris mentionem auferrent, refert *Plutarchus*, deliberaverunt legitimum aliquem Magiſtratum Pompeio permittere: quo eum ab immodico & tyrannico deflecteret, & factus eſt Conſul ſine Collega an. $^{701.}_{2}$


Salutis effigies expreſſa eſt, ut propitia dea. Ara in averſa denarii parte, ſacrificia ipſi peracta denotat; ſerpens ſalutis eſt ſymbolum, teſte *Macrobio*, ille autem veterem quotannis exuit pellem, quaſi nova illi vita reſtituta. Caduceus & ſpica ad Pompeium ſpectare videntur; caduceus Populi felicitatem & pacem per eum arguit, & ſpica frumenti copiam per illum obtinuiſſe: de quo *Plutarchus, in Pompeio.* „ Id potiſſimum preſſos Romanos rei fru- „ mentariæ anguſtiis, & magnam famem timentes impulit, ut „ ad vindicandum à piratis mare mitterent.


II.

SUFENAS. S. C. Caput Ditis, pone quod uncus, ſeu ejus ſceptrum. Ex averſa parte, SEX. NONI. PR. L. V. P. F. id eſt, *Sextus Nonius Prætor Ludos votivos primus fecit.* Figura togata inſidens ſpoliis, d. innixa haſtæ, coronatur à Victoria ſtante, ſ. palmam gerente.

Hic denarius ad Sex. Nonium Sufenatem ſpectat. Is ex gente Nonia cognominatus eſt Sufenas, & non, ut in *vulgatis libris*, Suffenus. Is filius ſororis Sullæ Dictatoris à *Plutarcho in hujus vita*, perhibetur. Quæſturam Provincialem geſſit an. $^{658.}_{9}$ Tribunatum Plebis iniit an. $^{563.}_{4}$ Ædilitatis repulſam paſſus eſt à populo, ut indicare videtur idem „ autor, Populi vero, inquit, invidiam re ipſa liquido ſenſit: „ ſi quidem Nonio Sullæ ſororis filio, commendatione ejus ſub- „ nixo, & Servio candidatis ignominioſe repulſis, alios deſigna- „ verunt, quorum angi illum arbitrabantur honore. Nonius „ avunculum Sullam ad Mithridaticum bellum ſequutus eſt, at redux Sulla occiſo Mario civitatem armis recuperavit an. $^{671.}_{2}$ & in annum ſequentem Nonius deſignatus eſt Prætor an. $^{672.}_{3}$ Ludos victoriæ publicos, quos voverat Sulla pro bello Mithridatico, poſt ejus triumphum biduo actum, ſplendidiſſimos edidit: in cujus rei memoriam denarios, in quibus Sullam armorum ſpoliis inſidentem

coro-


NAEVIA
NASIDIA
NERIA
NONIA
NORBANA
TAB. CI.


NORBANA
XXXX III NORB.
C·NORBANVS
L·CESTIVS
S·C·
L·CESTIVS
S·C
PR
C·NORBA
C·NORBANVS COS·
P·RVPILIVS LVPVS
EX·S·C·
ÆD·CVR
PLACCVS
PR·COS·
EX·S·C·
C·NORBA·C·F·
NVMITORIA
C·NVMITORI
ROMA
L·NVMITORI
ROMA
C·NVMITOR
NVMOMIA
C·NVMONIVS
VAALA
VAALA
TAB. CII.

coronat Victoria, exhibuit, cum lemmate Sextus Nonius Prætor Ludos votivos publicos fecit.

Ludorum hujuſmodi quoſdam publicos, quoſdam vero privatos fuiſſe profert *Fulvius*. Publici ex S. C. à Magiſtratibus vovebantur, & quidem ab eo qui majorem Magiſtratum tunc in Urbe gerebat: itaque quùm obveniſſet Sullæ Conſuli cum Pompeio Rufo an. 665/6 Aſia Provincia & bellum Mithridaticum, & in apparatu belli in Campania apud exercitum moraretur, C. Marius Romæ eandem Provinciam Lege Sulpicia à populo extra ordinem privatus obtinuit. Sulla re intellecta cum exercitu Romam contendit, Marium uti Senatus judicaret, curavit, deinde cum exercitu ad bellum Mithridaticum properavit, & Senatus videtur ex Senatuſconſulto Ludos votivos pro ejus victoria feciſſe, & *Suetonius* narrat, in *Veſpaſiano*, *cap.* 11. Prætor, inquit, factus Ludos ,, extraordinarios pro victoria C. Cæſaris Caligulæ popoſcit. Sic ,, denarius Nonium Ludos publicos victoriæ Sullæ, cujus effigiem hoſtium ſpoliis inſidentem exhibet, petiiſſe & feciſſe nos edocet.

Nonius Peregrinam obtinuit Præturam an. 673/4 & filium reliquit prænomine Sextum. Ditis caput in anteriore denarii parte exhibuiſſe videtur Nonius, ob auri & argenti copiam quam in triumpho duxit Sulla, quùm ille divitiarum deus habeatur. *Plinius lib.* 33. Sullam tranſtuliſſe priori die ex omni victoria ſua auri ,, pondo XV. M. argenti pondo centum quindecim millia; ſe- ,, quenti autem tredecim millia pondo argenti ſeptem millia. Unci ,, modo Ditis ſceptrum exhibent denarii, unde *quidam* Saturnum eſſe putarunt; ſed pone hujus falx apponitur, ut obſervare eſt in denariis Memmiæ gentis.

III.

CAESAR AVGVST. PONT. MAX. TRIBVNIC. POT. Caput Auguſti, ex averſa parte SEX. NONIVS QVINTILIAN. III VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum. S. C. in area.

Sextus Nonius, ut ſupra diximus, filium prænomine Sextum etiam reliquit, qui Tribunus Plebis an. 697/8 cum Collega Catone Magiſtratum turbulenter geſſerunt: Unde majeſtatis & de vi poſtulati ſunt; an etiam M. Nonius Sufenas, qui Propr. ex S. C. Lege Pompeia creatus, Cretam & Cyrenen an. 702/3 obtinuit, illius

 filius

filius fuerit? ut ut ſit, Sexti illius fuit cognomine etiam Sextus, ut tempus indicat, qui aliquem ex Quintilia gente adoptaſſe videtur, qui producto nomine Quintilii dictus eſt Quintilianus; nam adoptivi nomen non amittebant, ſed ita producebant, prænomine itaque & gentis nomine retentis inſcribitur Sextus Nonius Quintilianus.

Nummus Quintilianum Senatus Triumvirum Monetalem fuiſſe nos edocet, & quidem poſt an. $^{740.}_{\ \ 1}$ quo A. D. Prid. Non. Mart. Æmilius Lepidus mortuus eſt, & Auguſtus Pontificatum Maximum ſuſcepit, quem vivo auferri nunquam voluerat, teſte *Suetonio*, *Dione* & *aliis*, nam in nummo Auguſtus Pontifex Maximus renunciatur. De moneta cudenda Senatui poſt Provinciarum cum illo diviſionem ab Auguſto relicta, ſat diximus; quam uſque ad Gallieni tempora ſemper conſervavit. *Faſti* Sex. Nonium Quintilianum cum M. Furio Camillo Conſulatum geſſiſſe nos edocent, anno $^{760.}_{\ \ 1}$

NORBA-

NORBANA.

NORBANA gens Plebeia eſt, ſed Conſularis: hæc autem non in ia terminatur, quùm potius ſit cognomen, quam gentilicium nomen, ut & Perpenna, quod, ut ait *Sigonius*, ſit deperditum, aut cognomine magis illæ Familiæ, quam nomine delectatæ ſint. *Pighius* ab urbe Norba Latinorum Colonia, nomen habuiſſe indicare videtur, his verbis, ſolo prænomine per- „ ſonam indicante, & oppidi, unde domo, cognomine.

I.

C. NORBANVS XXXVI. Caput Veneris: ex averſa parte ſpica, faſcis, & caduceus.

II.

C. NORBANVS. XI. Caput Veneris: ex averſa parte, prora, faſcis, caduceus & ſpica.

Ad C. Norbanum, quem ex fæce Plebeia, & ex Colonia Latinorum Norba originem traxiſſe ferunt, & C. Marii factionibus ad rerum gubernacula, ut plures alios, provectum fuiſſe putant, hi denarii pertinent, quos in Quæſtura percuſſit. Ille autem M. Antonii Oratoris Conſulis cum A. Poſthumio Albino an. 654/5. Quæſtor fuit, ut ex *Cicerone* colligitur, *de Oratore*, *lib.* 2. Ex una parte caput Veneris, ob cultum erga hanc deam, & ex altera extinctam Apuleianam ſeditionem teſtatur; nam quùm eſſet Tribunus Plebis Apuleius anno ſuperiore 653/4. ſeditionem gravem excitarat, in qua occiſus fuerat, & ne major ſeditioſorum hominum turba, quos ille ex agris ad Urbem convocari juſſerat, Antonius cum Quæſtore extra Urbem præſidio fuerat, ut in *Rabiriana* teſtatur *Cicero*. Norbanus igitur per faſcem, Juſtitiæ in Saturnino occidendo potentiam, per caduceum, in Urbe pacem, & per ſpicam, annonæ abundantiam; & in ſecundo denario, per proram, maris imperium quietum eſſe, denotavit. De litteris numeralibus in denariis ſignatis, in ſequente dicturi.

III.

III.

Caput Veneris, NORB. V. XXXIIII. ex averſa parte Silenus dextram ſupra caput attollit, ſ. humero utrem, pone eum columna, ſupra quam icuncula.

Ejuſdem eſſe C. Norbani Quæſtoris hunc denarium idem Veneris caput in eo expreſſum & litteræ numerales arguunt; ſed quid illæ denotent, littera V. indicare videtur, nempe ex Vectigale diverſo II. 34. 35. monetam argenteam eſſe percuſſam; nam Quæſtorum erat munus conquirere publicas pecunias, & denarios cudere. Sileni ſimilis typus cum pari columna, in qua Bellonæ ſtatua, retro, in Marciæ gentis denariis jam prodiit num. I. quem ad Bacchanaliorum hæreſeos extirpationem retulimus, quum nullus ſit in Urbe Sileni cultus, præſertim ubi adjuncta eſt Columna Mænia in 8. regione Fori Romani poſita, ad quam Triumviri Capitales de maleficiis, & eorum ſceleribus cognoſcebant, teſte *Cicerone.* Vide quæ eo loco diximus. Hoc vero anno 654/5. quo C. Norbanus Quæſtor erat, Bacchanaliorum hæreſis iterum damnata eſt, ut prius ſub Q. Marcio Philippo & Poſthumio Coſſ. fuerat anno 567/8. ut apud *Livium* legimus, *Dec.* 4. *lib.* 9.

IV.

C. NORBANVS. L. CESTIVS. Caput Veneris, ut videtur: ex averſa parte S. C. Cybele, capite turrito, d. extenſa pateram, ſ. cubito crotalo innixo ſedit in curru, à duobus leonibus tracto.

C. Norbanus ex Quæſtura an. 654/5. quo illam geſſit etiam L. Ceſtius ad Tribunatum Plebis acceſſit anno 658/9. in quo Magiſtratu Q. Servilium Cæpionem Conſularem & Triumphalem virum, Majeſtatis reum fecit, & L. Ceſtius uno anno ſerius, anno ſcilicet 659/60. hunc Magiſtratum geſſit, quo Norbanus lege Apuleia Majeſtatis reus factus eſt; ſed defenſus à M. Antonio Oratore, cujus fuerat Quæſtor, etiamſi nocentiſſimus, eſt abſolutus, & Ædilitatem Curulem adeptus eſt anno 663/4. cum quo hunc Magiſtratum geſſiſſe L. Ceſtium denarius nos edocet, ob Ludos Megalenſes in Deæ Magnæ honorem ex Senatuſconſulto ab ipſis editos, quos ille ex typo Cybeles, in curru à Leonibus tracto, cui erant dicati, demonſtrat.

V.

Caput Africæ cum Elephanti proboſcide : ex averſa parte, L. CESTIVS. C. NORBA. PR. S. C. Sella Curulis, ſupra quam galea.

Quin hic aureus denarius ad C. Norbanum & L. Ceſtium pertineat, eadem quæ ſupra inſcriptio, dubitare non ſinit; & ut typus ſuperioris nummi etiam aurei, ſimul Ædiles illos fuiſſe nos fecit certiſſimos, ita nomen *Prætores*, & Sella Curulis, illorum inſigne, nos edocent ſimul Præturam Urbanam geſſiſſe an. 665/6 Caput Africæ Elephanti proboſcide ornatum in anteriore denarii parte, ſi ad idem Prætorum Urbanorum factum ſpectat, inſigne aliquod eorum de Afris judicium ab iis latum denotat, in cujus memoriam Senatuſconſulto denarius ille aureus ſit percuſſus. Id confirmare videtur Sella Curulis illorum inſigne, in qua jus reddebant, & galea deſuper, quod capite damnare poſſent, quare quùm id occurreret, prætextam prius deponebant, teſte *Valerio*, *lib. 9. cap.* 12. eam fortaſſe ob cauſam, quia triſtem ſententiam, in veſte lætitiam indicante, ferri non deceret.

VI.

C. NORBANVS COS. Caput Apollinis, laurea ornatum : ex averſa parte, P. RVTILIVS LVPVS AED. CVR. EX. S. C. Sella Curulis ſupra quam corona inter duas ſpicas.

Ad C. Norbanum Conſulem ſpectat hic denarius, ſed à P. Rutilio Lupo Ædile Curule percuſſus eſt, de quo in Rutilia gente plura. Apollinis caput ex latere in quo C. NORBANVS COS. ſcribitur. ad denotandum Norbanum Conſulem Ludos Apollinares hoc anno celebraſſe : diximus enim Conſules dum Romæ morarentur ad Prid. Non. Quintil. Proprætore celebrabant. Sella Curulis Ædilitatem Rutilii notat ſub Norbani Conſulatu, quem geſſit cum L. Cornelio Scipione Aſiatico an. 670/1 quo Rutilius annonam uberiorem Romæ procreavit ex Senatuſconſulto, pro Conſulum & Marii partium fautorum exercitibus, dum contra L. Sullam inimicum, cum copiis in Italiam remeantem, copias duxit in Campaniam: ſed Norbanus inter alios ad Canuſium infeliciter pugnavit, & Capuam refugere coactus eſt. Legatis ſuis deinde per inſidias Albinovani in convivio occiſis, privati hominis navicula conſcenſa trajecit in Rhodum, ubi quùm à Sulla expoſceretur, Rhodiis de ejus deditione deliberantibus, medio foro ſe transfixit.

VII.

FLACCVS PR. COS. Caput Norbani Flacci: ex averſa parte, C. NORBAN. C. F. EX. S. C. Norbanus, ſedens ante trophæum, d. lauri ramum gerit, & coronatur à Victoria pone eum ſtante.

Alter Norbanus prodit, ſed Caii filius appellatur, & cognomine Flaccus ex ſuperiore, ut videtur natus, ſed cujus Magiſtratus ignorantur. Porro *Dio* eum cum Appio Claudio Conſulem nominat an. $7^{15.}_{\ \ 6}$ Proconſul in Hiſpaniam miſſus Domitio Calvino ſucceſſor an. $7^{17.}_{\ \ 8}$ qui de illa hoc anno triumphavit; de geſtis autem Norbani nihil reperimus, ſed egregia videntur fuiſſe, ſi quidem de Hiſpania illum etiam triumphum egiſſe nos docent *Columnæ Triumphales.*

C. NORBANVS C. F. FLACCVS. PROCOS. AN. DCCXIX. / DCCXX. *Varr.*
EX HISPANIA. IIII. IDVS. OCTOBR.

Norbanus, ut duces & milites in triumpho ipſum comitantes remuneraret, nummos ex Senatuſconſulto tamen cudit, in quibus imaginem ſuam, ut tunc non erat prohibitum, ut Domitius Calvinus ejus in Hiſpania anteceſſor eam in denariis, quos in Hiſpania ſignarat, expreſſit: & in averſa parte ipſe ſedens ante trophæum, quod ob victorias ſuas erexerat, laurum gerens viſitur.

NVMITO-

NVMITORIA.

NVMITORIAM gentem Plebeiam fuiſſe, ex eo conſtat quod L. Numitorius Tribunus Plebis fuerit an. V. C. 283/4 quùm primum quinque Tribuni tributis Comitiis creati ſunt, ex Lege Publilia apud *Livium*. Vetuſtiſſima eſt, ſi quidem à Numitore Amulii fratre, originem trahere arbitrantur.

I.

Caput Jovis laureatum: ex averſa parte C. NVMITORI. in imo ROMA. Navis.

C. Numitorius, Caii filius, Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. 647/8 & antequam in Provinciam proficiſceretur, ad ſtipendium militum, Romæ ſuo nomine ſemi aſſes, ut ex eorum pondere noſcitur, ſignari curavit. Illos ſæpe diximus Jovis caput præferre ab illo tempore, quo as libralis ad Sextantarium reductus eſt primo bello Punico. Navis in averſa parte in memoriam Saturni, qui monetæ inventor fuit, poſtquam navi in Italiam appulit.

II.

Caput Herculis pelle leonina amictum: ex averſa parte C. NVMITORI. Navis & tres globuli ad latera.

Licet in nummo, à *Fulvio* & *Patino* producto, inſcriptum ſit L. pro C. NVMITORI. id *Scalptoris* error fuit, ut agnoſcit ipſemet in ejus interpretatione *Fulvius* his verbis. C. autem Numitorius, „ qui cudit nummum æreum hujus tabellæ, opinor, is eſt, &c. „ ad eundem ſuperiorem haud dubie pertinet, qui etiam hunc nummulum percuſſit, appellatum ex tribus globulis in eo notatis quadrantem ex quarta aſſis parte conſtantem. De Navi ſupra dictum. Hercules autem in minuta moneta, ob cultum antiquum quo illum proſequebantur, appoſitus eſt. Narrant enim, poſt Hiſpaniam domitam, in patriam revertentem Italiam appuliſſe, & quum major pars comitum ſuorum aut ſenio aut labore confecta eſſet,

aut ob alias cauſas miſſione impetrata, in ea remanſiſſe, quæ Capitolino colle, (is tunc Saturnius dicebatur,) ibidem ſedem, parvo oppido condito, poſuit.

III.

Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA. ex averſa parte C. NVMITOR. Senator in quadrigis triumphalibus, d. ad currum admota, ſ. habenas, & Victoria per aëra volitans, coronam ei porrigit, ſ. palmam gerens.

C. Numitorius ex Quæſtura an. $^{647.}_{8}$ ad Tribunatum Plebis acceſſit an. $^{652.}_{3}$ Ædilis Plebis factus eſt an. $^{654.}_{5}$ Prætor Urbanus an. $^{656.}_{7}$ Provincialis vero an. $^{657.}_{8}$ ſed in quam Provinciam abierit non notatur. Porro denarius ejus magnam victoriam retuliſſe indicat, ex qua triumphus fuerit illi decretus, de quo ſilent *Autores* & *Marmora*; ſed quot egregia belli facinora nobis reſtituerint nummi, jam viderunt *Antiquarii. Appianus Bel. Civ. lib.* 1. C. Numitorium Syllæ amicum, Cinnæ juſſu, cum plurimis aliis interfectum narrat an.
„ $^{666.}_{7}$ In his, inquit, C. & L. Julii, Luciique, Germanus Attilius
„ Serranus, P. Lentulus, C. Numitorius, M. Bæbius in via re-
„ perti, cæſi ſunt. *Florus*, *lib.* 3. *cap.* 21. ait, Bæbium atque
„ Numitorium per medium Forum unci traxere carnificum.

NVMO-

NVMONIA.

NVMONIÆ gentis nomen adeo depravatum ab *Hiſtoriæ Scriptoribus* fuit, ut an ea Plebeia vel Patricia fuerit, incertum ſit. Cognomen *Vala* à *Vallo* defenſo ei fuiſſe videtur.

I.

C. NVMONIVS VAALA. Caput C. Numonii Valæ: ex averſa parte VAALA. Duo milites vallum aggredientes, quod alter clypeo & gladio armatus defendit.

Fulvio debetur Numonii Valæ, apud *Velleium Paterculum* reſtitutio, in quo erat Valnumonius, pro Vala Numonius, quùm huic *Autori* cognomina nomini gentilicio præponere ſit familiare, ut Mancinus Hoſtilius, Carbo Papirius, Lepidus Æmilius, & alia hujuſmodi. Quod plurimi, dum reſtituere conati ſunt, eo magis fœdaverunt. C. autem Numonius Quintilii Vari, ſub Auguſto in Germania militantis, Legatus fuit, qui hunc denarium ad ſtipendium militum percuſſit, in quo, ad originem ſuam demonſtrandam, C. Numonii, qui Valæ cognomen genti invexerat, caput percuſſit, & in averſa parte illius valli defenſionem exhibuit. Nummus eſt ex iis, quos *Fulvius* recenſuit, pro rariſſimo numeratus.

Nemo neſcit cladem à Quintilio Varo in Germania acceptam, ubi tres Auguſti legiones periere, Varo, inquit *Paterculus*, plus ad moriendum quam ad pugnandum animi „ fuit, quippe paterni antiqui exempli ſucceſſor, ſe ipſe „ transfixit. At è Præfectis caſtrorum duobus quam clarum „ exemplum L. Eggius, tam turpe Ceionius prodidit; qui „ quùm longè maximam partem abſumpſiſſet aciei, autor de- „

 ditionis

ditionis , ſupplicio , quam prælio , mori maluit. At „
Vala Numonius Legatus Vari , cetera quietus ac probus „
diri autor exempli , ſpoliatum equite peditem relinquens ,
fuga cum alis , Rhenum petere ingreſſus eſt : quod factum
ejus Fortuna ulta eſt : non enim deſertis ſuperfuit , ſed de-
ſertor occidit.

OCTAVIA.

OCTAVIORVM Familia, inquit *Glandorpius*, *Onomaſt. Rom.* Velitris præcipua fuit: A Tarquinio Priſco inter „
Romanas gentes allecta in Senatum, mox à Servio Tullio „
in Patricios transducta, procedente tempore ad Plebem ſe con- „
tulit, ac rurſus magna vi, per D. Julium, in Patriciatum re- „
diit. Ejus nomen à numero, nempe *Octavo*. Nullo cognomine in denariis, qui nobis ſuperſunt, uſa eſt.

I.

Caput Jani cum modio inter duo capita: ex averſa parte, CN. OCTAVI. CN. F. Navis, deſuper ROMA.

Epigraphe CN. OCTAVIVS CN. F. ut filio Cn. Octavii, qui primus Conſulatum in Familiam invexit, tribueremus nummum hunc tertiæ magnitudinis, ſollicitabat, ſed pondus ſextantarii illum ad ejus avum revocat. Quæſturam accepit an. $^{513.}_{4}$ primo, nempe poſt pacem primi belli Punici, quo *Plinius* aſſem libralem ad Seſtantarium fuiſſe reductum nos edocet, *lib.* 33. *cap.* 3. At Cn. Octavius filius Quæſturam iniit an. 541. ſexto ſcilicet ſecundi belli Punici, quo urgente Hannibale, & non ſufficiente impenſis Republica, Sextantarii, ex eodem *Plinio*, facti ſunt unciales. Poſt Quæſturam Cn. Octavius ad Tribunatum Plebis venit anno $^{520.}_{1}$ quem Magiſtratum præteriiſſe non reperimus. De Jano bifronte ait *Macrobius*, qui creditur geminam faciem prætuliſſe, ut quæ „
ante, quæque poſt tergum eſſent, intuetur, quod procul dubio „
ad prudentiam Regis ſolertiamque referendum eſt, qui & præte- „
rita noſſet & futura proſpiceret. Navis Saturni eſt, quod Claſſe „
ad Janum Regem pervenerit.

II.

Caput Romæ galeatum, ante quod ancora inverſa, & pone RO-

MA.

MA. ex averſa parte, CN. OCTAVI. PRO. PR. Navis Prætoria cum remis in laurea.

Ad Cn. Cctavium Cn. Octavii Sardiniæ Prætoris an. $^{548.}_{9}$ filium, & ſuperioris Cn. Octavii Tribuni Plebis nepotem, pertinere videtur Denarius hic argenteus. Is Quæſturam Proviucialem ſuſcept an. $^{573.}_{4}$ Tribunatum Plebis an. $^{580.}_{1}$ Ædilis fuit Curulis an $^{583.}_{4}$ de qua loquitur *Sex. Pompeius*, Lectus Decemvir ſacrorum in locum M. Marcelli an. $^{584.}_{5}$ Q. Marcio Philippo, Servilio Cæpione Coſſ. Prætor Peregrinus Claſſem atque oram maritimam Græciæ ſortitus obtinuit an. $^{585.}_{6}$ ſub Æmilio Paullo Coſ. iter. poſt prælium contra Perſeum Macedoniæ Regem ad Pydnam, juſſus eſt à Conſule in Samothraciam navigare, in quam Rex fugerat: hic autem Octavio ſe cum filio Philippo natu majore dedidit, & in Prætoriam navem imponi juſſus, eodem & pecunia quæ ſuperfuit, delata eſt, extemploque Claſſis Amphipolim repetit: inde Octavius Regem in caſtra ad Conſulem miſit.

Prorogato Octavio Prætori an. $^{586.}_{7}$ miſſi ſunt Decemviri à Senatu, qui res Macedoniæ conſtituerent, diviſo in partes regno, & Legibus ab Æmilio incolis præſcriptis, prædaque omni devehenda Romam Cn. Octavio data eſt. Paulus regia nave invectus primus advenit, poſtea Anicius & Octavius cum Claſſe ſua advecti. Tribus illis omnibus decretus eſt à Senatu triumphus. *Lapis* Romæ hodie in Capitolio poſitus, Triumphi Octavii mentionem facit.

CN. OCTAVIVS. CN. F. CN. N. PRO. PR. AN. $^{DXXCVI.}_{DXXCVII.}$*Varr.*
EX MACEDON. ET. REGE. PERSE. NAVAL. EGIT. K. DEC.

In rei memoriam denarios cudit Octavius ſociis navalibus, ut tradit *Livius*, in ſingulos, quinque & ſeptuagenos, gubernatoribus duplex, Magiſtris navium quadruplex. Triumphum ſine captivis & ſpoliis navalem egit: ideo in nummis Prætoriam navem tantum ſculpſit, ſed illam in qua Reges cum tota eorum Familia advexit, & laurea circumdata eſt, quaſi Perſeus ab eo captus, eſſet illius victoria. Ancora ante Romæ caput inverſa, ad denotandum bellum navale eſſe terminatum.

Cn. Octavius pro geſtorum præmio cum T. Manlio Torquato Conſulatum obtinuit an. $^{588.}_{9}$ Galliam Ligureſque Provincias conſuetas habuiſſe Conſules veriſimile eſt. Octavius

ex

ex manubiis Octaviam porticum, theatro Pompeii proximam, conſtruxit, quam combuſtam reficiendam curavit Auguſtus. Altera hujus nominis porticus fuit, theatro Marcelli propior, ab Octavia ejuſdem Auguſti, ex hac gente, ſorore ædificata. Cn. tandem Octavius, Princeps Legationis ad Antiochum Eupatorem, Syriæ Regem, miſſus, ex *Polybio Leg.* 122. Laodiceæ occiſus eſt, turpiter an. 691/2. Legati Regis eum in Senatu excuſare tentarunt; interea Cn. Octavio ſtatua à P. Romano, pro vita reddita eſt, ut refert *Cicero Philipp.* 9.

III.

T. GEN. P. R. id eſt, *Tutelares Genii Populi Romani.* Capita Jovis Capitolini & Genii, ante quem cornucopiæ, jugata: ex averſa parte, CN. OCTAVI. M. F. fulmen per tranſverſum in laurea.

Tertius prodit Cneus, prænomine Octavius, Cnei ſuperioris nepos, & filius M. Octavii qui Legem frumentariam Tribunus tulit an. 633. qua Semproniam C. Gracchi abrogavit. Is Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. 661/2. Tribunatum Plebis an. 666/7. Ædilis Plebis factus eſt an. 670/1. Prætor an. 673. quo Prætores primum octo creati ſunt; & tandem Conſul cum L. Scribonio Curione anno 677/8. Qua vero occaſione Tutelares dei Populi Romani in denario expreſſi ſunt, ſi conjicere liceat, propter prodigia, quæ *Julius Obſequens* ſcribit, anno quo Quæſtor fuit Cn. Octavius: ideo Romæ ſupplicationes factæ ſunt, & Tutelares deos invocarunt; in cujus memoriam Jupiter & Genius, qui Populum tuerentur, expreſſi ſunt. Fulmen Jovis ſymbolum eſt, laurea, qua deus coronatur.

OGVLNIA.

OGVLNIA gens Plebeia; ſi quidem Q. & Cn. Ogulnii Tribuni Plebis Legem de Sacerdotiis tulerunt an. $\frac{453.}{4}$ Cognomen Gallus à voce Græca Γάλα, quæ *lac* ſignificat.

I.

Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA. ex averſa parte, Q. OGVLNI. L. F. GAL. Caſtor & Pollux aſtris ornati decurrunt cum haſtis.

Q. Ogulnius qui denarium cudit, Lucii F. appellatur, patremque habuit Ogulnium Tribunum Plebis. Is Quæſturam Militarem iniit an. $\frac{471.}{2}$ Tribunatum Plebis an. $\frac{476.}{7}$ Ædilitatem an. $\frac{480.}{1}$ Legatus miſſus eſt ad Ptolemæum Regem eodem anno, ex *Val. Maximo*. Prætor videtur factus an. $\frac{482.}{3}$ & Conſulatum obtinuit cum C. Fabio Pictore an. $\frac{484.}{5}$ quo argenteos nummos ſignari cœpiſſe refert *Zonaras*. Id confirmat *Plinius*, *lib.* 33. *cap.* 3. Q. Fabio Coſ. argentum ſignatum eſſe, annis quinque ante primum bellum Punicum narrans. Omnes autem Antiquarii hunc denarium hoc anno percuſſum arbitrantur, cum Q. Ogulnii Galli nomine, & Romæ capite; & in altera parte, cum Caſtore & Polluce decurrentibus, de quibus ſæpe diximus.

Dictaturam poſtea geſſit Q. Ogulnius cum M. Lætorio Magiſtro equitum an. $\frac{496.}{7}$ ut ferunt *Tabulæ Capitolinæ.*

Q. OGVLNIVS. L. F. A. N. GALLVS. DICT.
M. LAETORIVS. M. F. M. N. PLANCIANVS. MAG. EQ.
LATINAR. FER. CAVSSA.

An Latinæ Feriæ prius intermiſſæ, & hoc anno per Q. Ogulnium fuerint reſtitutæ, dijudicent Viri eruditi.

II.

II.

Caput Jovis Axuris laureatum, ſub quo fulmen: in averſa parte Jupiter nudus, d. fulmen. Q. OGVL. CAL. VER. CAR.

III.

Caput Jovis Axuris laureatum, ſine fulmine: ex averſa parte VER. CAR. Typus idem Jovis in quadrigis decurrentibus, d. fulmen.

Ad Q. Ogulnium ſuperioris filium pertinere ſuadent duo alia nomina Verginii, & Carvilii, qui coætanei reperiuntur, & Triumviri Monetales à Senatu nominati videntur, monetæ Romæ cudendæ præfecti, ut eorum ſimul in iiſdem denariis inſcripta arguunt. Vide quæ diximus de illis in gente Carvilia, nempe Q. Ogulnium Q. filium fuiſſe Tribunum Plebis an. 509/10 quo T. Verginius A. F. A. N. Rutilus Quæſtor erat Provincialis, & Sp. Carvilium Sp. F. C. N. Maximum anno ſequente 510/1 Tribunum fuiſſe Plebis: itaque omnes coætanei ſunt; & ſi valet noſtra conjectura, quùm Æs libralis, ex *Plinio* ad ſeſtantarium reductus eſt primo bello Punico, iſti vero coætanei, illo vigente, occurrunt.

De Jove Axuro jam egimus. Is facile in nummis agnoſcitur, quod imberbis quaſi ἄνευ ξυροῦ, id eſt, *ſine novacula* depingi ſolet, & fulmen ſub ejus capite fere ſemper apponitur; forſan ab Ogulnio, ad indicandam ſuam ex Campania, in qua colebatur, originem, percuſſus eſt. Ipſe fulmen vibraturus in quadrigato denario, Romanæ monetæ ſymbolo, expreſſus eſt.


IV.


Caput Jani bifrontis laureatum, in cujus medio modius: ex averſa parte, VER. OGVL. CAR. Navis.

A tribus monetæ reformatæ Præfectis Ogulnio, Verginio, & Carvilio cuſus eſt nummus, pondus ejus uncialem eſſe

demonſtrat, & ſemiſſem eſſe, quando primo bello Punico moneta imminuta eſt, nempe quando as libralis ad ſextantarium reductus, itaque ſemiſſis factus eſt uncialis, ut teſtatur hic nummus ejus ponderis, non habet, inquit *Amicus*, notam s. ſed quoties in iis non reperitur pondus nummi cum nominibus eorum qui illos percuſſerunt, ſufficiunt ad monetæ pretium arguendum. De Jano ſparſim, ut de Navi, actum eſt.

OPEI.


OCTAVIA
ROM
CN·OCTAVI
PRO PR
T
GEN·P·R·
CN·OCTAVI
M·F·
OGVLNIA
ROMA
Q·OGVL·GA·
VER·CAR·
N
VER·
CAR·OGV·
CAR·VER·OGV·
OPEIMIA
OPEI
ROMA
S
OPEI
S
ROMA
Q·OPEIMIVS
ROM
L·OPEIM
ROMA
TAB. CIII.


OPEIMIA
L·OPEIM
ROMA
M·OPEIMI
ROMA
OPPIA
Q·OPPIVS
PR
M·ANT·IMP·COS·DES·IT·ET·TER·III·VIR·R·P·C
M·OPPIVS CAPITO PROPR
M·OPPIVS CAPITO PROPR
M·OPPIVS CAPITO PROPR·PRAEF·CL
M·OPPIVS CAPITO PRAEF·CL
M·OPPIVS CAPITO PROPR·PRAEF·CL
TAB. CIV.

OPEIMIA.

OPIMIA ſeu potius OPEIMIA, ut in nummis ſcriptum eſt, gens Plebeia eſt, ſed Conſularis. Nomen ejus derivatum à voce *opimus*, id eſt, pinguis.

I.

Caput Jani bifrontis laureatum; ex averſa parte, OPEI. Navis, in imo ROMA, ad latus nota I.

Scriptura OPEI, id eſt Opeimius, ſine prænomine antiquum eſſe nummum arguit, & pondus ſextantarii, aſſem eſſe percuſſum primo bello Punico, quod confirmat nota aſſis ſolita I. quæ illius pretium declarat. Itaque ad Lucium Opimium cujus pater Lucius Quæſtor an. 491. & avus Lucius Quæſtor etiam an. 459. à Samnitibus occiſus, dum in caſtra Romanorum derepente fecerunt impetum. Is Quæſturam iniit Provincialem an. $^{525.}_{6}$ & novem annis ante ſecundum bellum Punicum, quo as ſextantarius ad uncialem reductus eſt, hunc nummum percuſſit.

II.

Caput Jovis laureatum; pone quod nota S. ex averſa parte in vertice OPEI. Navis, in imo ROMA. ad latus ſiniſtrum nota S.

Quùm as libralis primo bello Punico ob Claſſium naufragia & bellicas clades, reductus eſſet ad ſextantarium, in ſemiſſibus novæ monetæ caput Jovis addita ſemper nota S. percuti cœpit, cum ſolito Navis Saturni, & pondus ejus unciale fuit: unde ejus temporis nummi dignoſcuntur: adde breviorem eorum ſcripturam, maxime ſine gentis prænomine, ut in hoc L. Opimii liquet. Æquum videbatur ut Jupiter Capitolinus Romæ tutelaris deus, in moneta Romana etiam percuteretur. Ex Quæſtura Provinciali L. Opimius Tribunatum Plebis accepit an. $^{529.}_{30}$

III.

Caput Romæ galeatum: ex averſa parte Q. OPEIMIVS, in imo ROMA. Caſtor & Pollux aſtris inſigniti, decurrentes cum equis & haſtis.

Plurimi occurrunt Opimii prænomine Quinti, ſed quorum obſcura eſt Quæſtura, ſi hunc exceperis, qui Q. habuit patrem Tribunum plebis an. 567/8. ex ſuperioribus Opimiis originem trahentem, ſed ex ſtirpe natu minore. Is autem Quæſturam Provincialem iniit an. 584/5. in qua hunc denarium argenteum, cum ſolito Romæ galeato capite, & Caſtore cum Polluce decurrentibus, in averſa parte, aſtris ornatis, quod in maris periculo ſuccurrere ſolerent. Deinde Quintus Tribunatum Plebis accepit an. 589/90. Ædilis Plebis factus eſt an. 592/3. Præturam Provincialem ſortitus obtinuit an. 595/6. & tandem Conſulatum cum L. Poſthumio Albino an. 599/600. Q. Opimius Tranſalpinos Ligures, qui Maſſilienſium ſociorum P. Romani oppida Antipolim & Nicæam populabantur, ſubegit.

IV.

Caput Romæ galeatum, pone quod corona, ex averſa parte, L. OPEIM. Victoria in quadrigis decurrentibus, d. elata coronam, ſ. equorum habenas.

Patrem Conſularem & egregium virum Q. Opimium filius L. Opimius, non minus dignitate quam geſtis illuſtris, ſequitur. Is Quæſturam Provincialem iniit an. 613/4. Tribunatum Plebis an. 622/3. Ædilis Plebis factus eſt an. 625/6. Prætor Urbanus Quæſtionem de Majeſtate ſortitus obtinuit an. 628/9. De Fregellanorum ſociorum conjurationis capitibus quæſivit, detecta ſunt eorum per Q. Numitorium civitatis Principem Prætori conſilia, Majeſtatis damnati ſunt, miſſus eſt Opimius cum exercitu, qui Fregellas obſidione cepit, ut legitur *Livii epit. lib.* 10. anno ſequente *629*. Provinciam, quam ex Prætura ſortitus erat, non habuit, ſed ei s. c. extra ordinem continuata eſt de conjuratis Fregellanorum quæſtio cum imperio, qua peracta dirutiſque Fregellis triumphum petiiſſe L. Opimium Prætorem *Valerius lib.* 2. *cap.* 3. ſcribit: non tamen impetravit, quia cautum erat, ut pro aucto imperio, non pro recuperatis quæ P. Romani fuiſſent, triumphus decerneretur.

L. Opi-

L. Opimius in denariis, quos in Prætura Provinciali ſignavit, Victoriam in quadrigis decurrentibus expreſſit, coronam dextra elata gerentem, ad denotandam illam quam de Fregellanis retulit: nec triumphum, quem non obtinuit, deſignant quadrigæ decurrentes, ut *Plurimi* exiſtimarunt, ſed quando Victoria eas regens coronam præfert, aliquam tantummodo arguit: Corona vero quæ in anteriore parte pone caput Romæ inſculpta videtur in memoriam illius, quam Jovi Capitolino obtulit de Fregellis captis.

V.

Caput Herculis pelle leonina amictum, pone quod tres globuli: ex averſa parte clava per tranſverſum, cum epigraphe L·OPEIMI. in vertice, & ROMA. ad imum, in corona ex lauro. Hic nummus non reperitur in *Theſauro Regio*.

Ex Prætura ad Conſulatum venit L. Opimius cum Q. Fabio Maximo, Allobrogico an. 632/3. Italiam ſortitus, Romæ manſit, in qua C. Gracchus cum Fulvio Flacco ſeditionem excitare conatus, à Conſule oppreſſi ſunt: cæſi in eo furore Civium circiter tria millia ducenti quinquaginta, corpora omnium in Tiberim tracta & bona publicata, & Opimius quæſtionem de reliquiis Gracchi ſeditionis à Senatu decretum exercuit, ut videre eſt apud *Plutarchum*, *Appianum* & *alios*.

Scimus in quadrantibus, de quorum numero eſt ille, ut tres illi globuli arguunt, ſæpe Herculem repræſentari, ſed pars nummi averſa fere ſemper Navem Saturni exhibet: clava quidem per tranſverſum in laurea, ſeditioſorum vim repreſſam per Opimium, tanquam per alterum Herculem tyrannos opprimentem indicare videtur; illa quaſi jacens, omni ſeditione ſedata, expreſſa eſt: corona vero tanto Conſuli de Republica benemerito debita, poſt inſignem victoriam de conjuratis armata manu in Capitolium venientibus relatam: ſed poſt Conſulatum à Gracchanis apud Populum reus fit: porro Carbone Conſule eum defendente, Populus jure cæſum Gracchum cenſuit, & liberatus eſt hac vice; poſtea per equites Romanos Lege Manilia ſublatum ſcribit *Cicero in Bruto*, & in exilium actus eſt. Interea non vinum Opeimianum ab eo dictum prætereamus, quod anno quo Conſulatum inibat, illud fuerit & copia & bonitate inſigne, quod *Plinius* celebrat, *lib.* 14. *cap.* 4. *&* 13.

VI.

VI.

Caput Romæ galeatum, pone quod tripus: ex averſa parte M. OPEIMI. Apollo in bigis, ſagittam ex arcu jaculaturus.

L. Opimii Conſulis fratrem fuiſſe arbitratur, *Fulvius*, M. OPI-
„ MIVM, qui in hoc denario notatur, de quo, inquit, nullam in-
„ venire potui mentionem apud eos *Scriptores*, quos ipſe lege-
rim: igitur eum revocamus ad M. Opimium, quem *Cæſar* 3. *Civ.
Bell.* Scipionis equitum Præfectum apud Pompeium, à ſe captum ver-
„ ſus Haliacmonem Macedoniæ fluvium profert. Duas, ait, nacti
„ hoſtium turmas exceperunt. In his fuit M. Opimius, Præfectus
equitum, reliquos omnes earum turmarum aut interfecerunt, aut
captos ad Domitium deduxerunt.

Illum qui denarium cudit, Prætorem Urbanum fuiſſe demonſtrant, & tripus pone caput Romæ, & Apollo telum ejaculaturus in bigis; nam ſparſim Ludos Apollinares à Prætoribus Urbanis celebrari, in cujus memoriam M. Opimius videtur tripodem in anteriore denarii parte cudiſſe, ad deſignanda huic deo ſacra ante Ludos peracta, cujus inſigne tripus eſt, & ſupra quem illius ſacra peragebantur: Apollo autem in bigis Ludis Apollinaribus primum ſcenicis additos fuiſſe Circenſes denotat, de quibus *Dio,*
„ *lib.* 48. Qua re cognita Pompeius, obſervato eo tempore, quo
„ Apollinaribus Ludis exhibendis occupatus erat Agrippa, Prætu-
„ ram enim tum gerens ... Ludoſque inter cetera Circenſes biduo
præbebat, & hi pridie Non. April. celebrabantur in Kalendario Romano.

OPPIA

OPPIA.

OPPIA gens Plebeia; ſiquidem C. Oppius Tribunus Plebis Legem tulit, de mundo muliebri compeſcendo, an. 538/9 in medio ardore ſecundi belli Punici. Tribus erat Terentinæ. Mons Oppius citatur in Eſquiliis à *Varrone*. Cognomen *Capito*, quod in nummis ſupereſt, à vitio capitis dicitur, qui magnum caput habet.

I.

Caput Veneris: ex averſa parte, Q. OPPIVS PR. Victoria, d. caniſtrum frugum, ſ. humero palmam.

Q. Oppius, qui nummum hunc mediæ formæ percuſſit, Q. Oppii filius, & Q. Oppii nepos fuit, cognomine Salinator, quod in eo tranſcriptum non eſt. Quæſturam Provincialem iniit an. 652/3 Tribunatum Plebis an. 657/8 Ædilis Plebis ut videtur factus eſt an. 660/1 Prætor Urbanus an. 663/4 Provincialis autem an. 664/5 L. Caſſio Succeſſor miſſus in Aſiam cum Proconſulari imperio, ubi ad bellum contra Mithridatem ſe comparavit cum L. Caſſio & Manio Ducibus Romanis, ille in finibus Cappadociæ, cum quadragenis peditum equitum millibus. Nummus, quem tunc cudit Oppius, victoriam aliquam denotat ex ipſius Victoriæ ſigno. Caniſtrum frugum per victoriam relatam exercitum Romanum omnibus fructibus abundare denotat. Venus in anteriore parte videtur eſſe, quæ Victrix cognominatur.

Nicomede à Mithridate ingenti prælio ſuperato, Q. Oppius ad Laodicenſes Lyco proximos refugit cum equitibus, ſed à Mithridate poſtulatus, Laodicenſes illum ad Regem adduxerunt, quem Rex illæſum & ſolutum circumducebat in ludibrium, oſtentans captivum ducem Romanum, teſte *Appiano, in Mithrid.*

II.

M. ANT. IMP. COS. DES. ITER. ET. TER. III. VIR. R. P. C. Caput M. Antonii Triumviri : ex altera parte M. OPPIVS CAPITO PROPR. Navis cum temone.

M. Oppius videtur filius fuiſſe M. Oppii ad quem ſcripta eſt epiſtola *Ciceronis* poſt Cæſarem occiſum, *lib. ultimo*, qui ambo proſcripti à Triumviris, patrem propter ætatem decrepitam fugere nolentem, filius ſublatum in humeros ex Urbe extulit, inde in Siciliam cum eo, modo manu ducens, modo cervice bajulans ſenem, pervenit nemine vel ſuſpicante, vel moleſtante, qualis Æneas patrem geſtans pingitur, reverendus & hoſtibus, ut refert *Appianus*, *Civ. lib.* 4. Proſcriptum patrem ſuſpicamur à Cæſare Juniore, quod inter Senatores fuerat, qui de Provinciis Jul. Cæſaris mutandis ſenſerant, recitatur à *M. Cælio*, *Fam. lib.* 8. *epiſt.* 8.

Revocati tandem M. Antonii opera, ut veriſimile eſt, Tribunus Plebis factus eſt filius poſt reditum, & quum Ædilitatem recuſaret ob paupertatem, quia publicatis eorum bonis non erat unde Ludos ederet, Plebs id non permiſit, ut narrat *Dio*, *lib.* 48. *in fine*, ſed ei Ædilitatem Plebs detulit an. $^{716.}_{7}$ & ſtipem ei contulit ad impenſas muneris Ædilitii. Deinde ad M. Antonium tranſiit, & ab eo alicui ex ſuis Provinciis præfectus eſt, ut fert epigraphe nummi M. OPPIVS CAPITO PROPR. id eſt, *Proprætore*. Vide in ſequente.

III.

M. ANT. COS. DES. ITER. ET. TER. III. VIR. R. P. C. Capita M. Antonii & Cleopatræ Reginæ jugata : ex altero latere. M. OPPIVS CAPITO PROPR. Navis cum velo & remigantibus, in vertice A.

Eadem eſt, quæ in antica ſuperioris nummi parte, inſcriptio, ſed addita eſt Cleopatræ Reginæ effigies cum M. Antonio ſociata; quia autem in pace cum Pompeio Juniore inita an. $^{714.}_{5}$ M. Antonius, Cæſar, & Pompeius, ſimul Conſules ſe deſignaverant in quadriennium, ideo M. Antonius in hoc nummo dicitur COS. DES. ITER. ET. TER. id eſt, *Conſul deſignatus iterum & tertium*: nam primum Conſulatum inierat an. 709. Cleopatra vero cum M. Antonio ſociata eſt, quia tunc Triumvir illam pro uxore tenebat.

Navis

Navis in utroque nummo, ex parte poſtica, M. Oppium Proprætore Provinciam adminiſtrare indicat, in qua navium & M. Antonii ſtatio erat, uti conſtanter arguit alter titulus in ejuſdem Oppii nummis PRAEF. CLAS. id eſt, *Præfectus Claſſis*: & quidem in Siciliæ parte, ut mox ſumus dicturi, & de littera numerali A.

IV.

M. ANT. IMP. COS. DESIG. ITER. ET TER. III. VIR. R. P. C. Eadem capita Antonii & Cleopatræ jugata: ex altera parte, M. OPPIVS CAPITO. PROPR. PRAEF. CL. in imo A. Navis cum velo & remigantibus.

Iterum prodeunt capita M. Antonii & Cleopatræ Reginæ ſociata, ut ſupra, ſed in nummo ampliore, nempe mediocris formæ, & cum titulo Proprætore præfert alterum *Præfectus Claſſis*, ad indicandum haud dubie Claſſi Antonianæ illum eſſe Præfectum, cum Provinciæ adminiſtratione: & ſi noſtra vera eſt conjectura, ut ſupera erat in Phœnicia navium M. Antonii ſtatio, ita altera erat infera, nempe Panormus in Sicilia, ut infra videbimus.

Addita eſt in imo Navis littera numeralis A. ad denotandum annum eſſe primum adminiſtrationis Provinciæ, ſeu Præfecturæ Claſſis, ut videbimus ex ſequentibus ejuſdem M. Capitonis nummis; hæc vero reſpondere videtur anno $\frac{715.}{7}$

V.

M. ANT. COS. DESIG. ITER. ET TER. III. VIR. R. P. C. Capita M. Antonii & Cleopatræ adverſa: in poſtico latere M. OPPIVS CAPITO PRAEF. CL. Navis, in imo littera B. id eſt, *an.* 2.

M. Oppius in moneta, quam ad uſum Provinciæ & rei navalis quibus præerat, modo M. Antonium, modo eundem cum Cleopatra capite jugato, & nunc illum cum eadem Regina ex adverſo exhibet, ad denotandum ſub illius non ſolum nomine ſe illam ſignare, ſed illam Ægypti Reginam tamque Imperii illius ſociam eſſe demonſtrat; ſic omnes Antonii Legati ceu Provinciæ Rectores (ut videre eſt in *noſtra* de *Ptolemæorum Hiſtoria*,) Fonteius, Bibulus,

bulus, & Atratinus monetam cum eorum imaginibus percuſſere; imo & ipſa Aſia Provincia ſuos Ciſtophoros.

Littera numeralis B. in imo partis averſæ nummi appoſita, ſecundum adminiſtrationis Provinciæ & Præfecturæ Claſſis annum arguit, correſpondentem anno V. C. 717. quùm deſignatus erat M. Antonius cos. iterum, ut fert ipſius nummi partis anterioris epigraphe.

VI.

M. ANT. IMP. COS. DESIG. ITER. ET. TERT. III. VIR. R. P. C. Capita M. Antonii patris & filii jugata & Cleopatræ ex adverſo: in altera parte M. OPPIVS CAPITO PROPR. PRAEF. CLASS. Navis cum velo & remigantibus, hinc in imo littera Γ. illinc triquetra ceu Siciliæ nota.

Singularis eſt ille M. Oppii nummus; quippe ut tertiæ magnitudinis, ita nobilior, exhibet non modo M. Antonium Triumvirum, ſed etiam filium M. Antonium, vulgo Antyllum, Fulvia natum, tanquam Provinciarum Romanarum heredem, & ex adverſo Cleopatram: non autem eſt Octavia, nec ſociatus eſt cum M. Antonio, Cæſar, quos *Seguinus* ſuſpicabatur in *Sel. Numiſm.* nempe ob triquetram nummo impreſſam, poſt Siciliam recuperatam; ſymbolum illa quidem eſt illius Provinciæ, ſed peculiariter urbis Panormi, ut videre eſt apud *Parutam*, de *num. Sicil.* & *noſtrum de Urbibus Græcis librum*, quæ civitas videtur fuiſſe navium M. Antonii ſtatio, & Siciliæ pars, cujus erat M. Oppius Proprætore ſub Antonii nomine, ut egregie fert nummi illius elegans inſcriptio, PROPR. PRAEF. CLASS. id eſt *Proprætore*, *Præfectus Claſſis*, eadem munera ſeu M. Oppii dignitates exhibens.

Eandem rem confirmat alter M. Antonii nummus à L. Bibulo cum iiſdem Antonii & Cleopatræ imaginibus adverſis ſignatus, & in *noſtro de Ptolemæis Regibus libro* expreſſus, in cujus poſteriore parte legitur. L. BIBVLVS M. F. PROPR. SIC. id eſt, *L. Bibulus Marci filius Proprætore Siciliæ*, cum navi, velo ornata & remigantibus. Quin Siciliæ pars ad Antonium pertinuerit, non dubitare ſinit *Dio*, *lib.* 5. dum illum perorantem producit his verbis, *Denique quanta tandem portio Sicilia eſt*

noſtri

noſtri imperii; unde quanta Hiſtoriæ lumina ſint nummi, agnoſcant tandem Eruditi.

Littera numeralis Γ. in imo nummi exarata, tertium Provinciæ, ſeu Claſſis Præfecturæ à M. Oppio initæ annum denotat, ut in ſuperioribus A. primum & B. ſecundum arguentes protulimus; quæ ſane ſine nummorum ſuperſtitum auxilio penitus ignoraremus.

PAPIA.

PAPIAM gentem fuiſſe Plebeiam ſatis inter *Scriptores* conſtat; ſi quidem Papius, Tribunus Plebis, Legem tulerit de Veſtalium ſortitione, poſt Pontificatum Maximum plebi communicatum, verſus an. $\frac{500}{1}$ de qua Lege meminit *Gellius*, *lib.* 1. *cap.* 12. Papium nomen derivatum eſt à Pappo, qui eſt avus patris aut matris. Cognomina *Celſus*, à corporis habitu alto; & *Mutilus*, à membro aliquo diminutus.

I.

Caput Junonis Soſpitæ pelle caprina amictum, pone quod tabella, in qua PAPI. ex averſa parte L. PAPI. Gryphus currens, & arula, ut videtur.

II.

Caput idem Junonis, pone quod aſtrum; ex averſa parte idem Gryphus, cum nota velut Γ. inverſo.

Prænomen Lucii ad L. Papium ſpectare denarium indicat, qui videtur fuiſſe filius C. Papii Tribunatum Plebis gerentis an. $\frac{698}{9}$ ex tabella in qua Papia Lex à patre lata, ne quis peregrinus in Urbe eſſet. Ille vero Quæſtor, hinc ejus Tribunatum Plebis, per Legis nomen in tabella, & Præturam Urbanam per Gryphum in altera deſignare voluit; ſi quidem Prætoris erat munus, ut ſæpe dictum eſt, Ludos Apollinares celebrare, in cujus memoriam expreſſit Gryphum Apollini ſacrum, ut narrat *Fulgentius, in calce primi libri Mythologicôn*, & quem jam ita vidimus in gente Junia num. 40. quod confirmare videtur arula, ad denotanda ſacra huic deo ante Ludos peracta.

Caput Junonis Soſpitæ caprina pelle ornatum, ad denotandam Papiorum ex Lanuvii oppido originem, exhibetur; in quo illa dea ſummo honore colebatur, cujus meminit *Livius*, *lib.* 32.

decre-

decretum eſt ut Junoni Soſpitæ Lanuvii majoribus hoſtiis ſa- „
crificaretur : ſed etiam illorum ex ea urbe origo probatur, per „
plurima Lanuvii antiqua monumenta in ſequentibus denariis de-
ſcribenda.

Alter nummus argenteus, cum eodem Junonis Soſpitæ & Gryphi typo, nihil aliud quam Papiorum originem & Patris Præturam arguit; *Amicus* tamen Gryphum aliquam Lanuvii hiſtoriam continere ſuſpicatur. Hoc autem animal pennatum & quadrupes, capite adunco, ut aquila cum alis, & totum Leonis corpus habens, eſſe putatur. *Plinius*, *lib.* 19. *cap.* 49. Fabuloſos ut Pegaſos arbitratur. Aſtrum & nota Gamma ad inſtar, Scalptorum notæ ſunt, ſiquidem in *Patiniano* denario galea eſt, & in aliis quos vidimus, ſint diverſæ.

III.

Caput Victoriæ, pectore tenus cum alis : ex averſa parte, L. PAPIVS CELSVS. Virgo Lanuvina eſcam ſerpenti porrigens.

Celſi cognomen L. Papius ſibi arrogat in hoc denario, qui nobis Victoriæ Lanuvii, ut opinamur, cultæ, imaginem exhibet. Illa etiam ſuas ædes Romæ habuit, ut narrat *Livius*, *Dec.* 1. *lib.* 10. L. Poſthumius ædem Victoriæ, quam Ædilis Curulis ex multatitia pecunia faciendam curaverat, dedicavit anno nempe V. C. 460; ex altera parte expreſſa eſt Virgo illa Lanuvina, quæ in antrum demiſſa, eſcam Serpenti annuam porrigebat, ut *Propertius* refert, *lib.* 4.

Lanuvii annoſi vetus eſt tutela Draconis,
Hic ubi tam raræ non perit hora moræ.
Quà ſacer abripitur cæco deſcenſus hiatu,
Quà penetrat Virgo, tale iter omne cave.
Jejuni Serpentis honos, quum pabula poſcit
Annua, & ex ima ſibila torquet humo.

Quam Victoriæ effigiem, & Virginis cum Serpente hiſtoriam, L. Papius ad indicandam ex urbe Lanuvio originem, exhibuit.

IV.

IV.

Caput Mercurii petaſo cum alis ornatum, pone quod caduceus: ex averſa parte, L. PAPI. Cithara cum chordis.

Alterum videtur Lanuvii cultum Numen, Mercurius, à L. Papio ad originem pariter ſuam ex illa urbe indicandam, expreſſus, in qua videtur ille deus templum habuiſſe, inter alia præcipuum. Mercurius, à mercibus dictus, galero autem ornatus pingitur, qui quùm negotiantium deus exiſtimetur, quod omne negotium ſit ſemper abſconſum, teſte *Fulgentio*: Galero adduntur alæ, quod inter vendentes & ementes ſermo medius, ſit velox & tanquam per aëra volucris. Caduceus illius inſigne, nempe virga ſerpentibus nexa, quam adjiciunt, ut narrat idem „ *Fulgentius*, quod mercatoribus det aliquando regnum ut „ ſceptrum, & vulnus ut ſerpentium. In averſa parte Lyra eſt, „ illius inventum, ut tradit *Aratus*, *in Phænom.* In cujus ſimilitudinem Mercurius Lyram fecit: quam poſtea Apollini datam dicunt.

V.

Caput Junonis Soſpitæ pelle leonina amictum: ex averſa parte, PAPIVS CELSVS III. VIR. Lupus ore fomitem accenſum, ex altero latere aquila alis expanſis.

Superiores denarios cudiſſe in Quæſtura L. Papium diximus, ob omiſſum Triumviri nomen. Porro ſi quis omnes in hoc ultimo Magiſtratu illos ſignaſſe contenderit, non omnino refragabimur. De Triumviris Monetalibus loquitur *Cicero*, *ep. ad Trebatium*. „ Treviros viros cenſeo, audio capitales eſſe, mallem auro, „ argento, ære eſſent. Marius Gratidianus Prætor Urbanus an. 667. Legem nummariam, de probandis denariis, edicto promulgabit, ut autor eſt idem *Cicero*, Ne noſter, inquit, quidem „ Gratidianus, officio boni viri functus eſt tum, quùm Prætor „ eſſet, collegiumque Prætorum Tribuni Plebis adhibuiſſent, ut res nummaria de communi ſententia conſtitueretur; unde quidam ex hac Lege Triumviros Monetales inde poſtea ortos eſſe exiſtimant. De Junone Soſpita ad originem Papiorum indicandam, in

eorum

eorum nummis eſſe expreſſam diximus, & in ſequente de Lupo & aquila dicturi.

VI.

TRIVMPVS. Caput Triumphi laurea coronatum, pone quod trophæum: ex averſa parte, L. PAPIVS CELSVS. III. VIR. Lupus ut ſupra, cum aquila ex adverſo.

Alterum eſt antiquum Lanuvii urbis monumentum; Lupus & aquila, ad arguendam Papiorum ex illo oppido originem. In foro Lanuvienſium, inquit *Dion. Halicarn. Antiq.* 1. æreæ horum ,, animalium effigies, longiſſimo ibi tempore aſſervatæ; cujus cau- ,, ſam affert ille *Autor*, dum Lanuvium condebatur, oblata Troja- ,, nis quædam prodigia, in nemore accenſo ſua ſponte igni, lupum ,, aggeſſiſſe fomitem aridum; ibi aquilam advolaſſe & alarum ,, ventilatione flammam excitaſſe: vulpem contra cauda in flu- ,, men intincta, ignem ab illis accenſum aſperſiſſe; & nunc accen- ,, dentibus, nunc extinguente, prævalentibus, tandem viciſſe illos ,, duos, hanc vero abiiſſe conatu irrito. Quo viſo Æneam dixiſſe ,, illuſtrem quidem, nobilemque, & mirandam futuram eam ,, Coloniam, ſed ſuis incrementis invidioſam & moleſtam circum- ,, vicinis: fore tamen ut tandem vincat adverſarios, humanæ in- ,, vidiæ prævalente favore Numinum: tam inſigne futuræ urbis ,, fortunæ præſagium tunc accidiſſe dicitur. In æternam cujus rei ,, memoriam ipſa ænea animalia, Lupum nempe fomitem accenſum ore gerentem, & aquilam alis expanſis aëra verberantem ex adverſo, in foro exhibuerunt.

Triumphus, ut deus alter Lanuvii cultus, exprimi videtur, ſicut Juno Soſpita, Mercurius & Victoria in ſuperioribus denariis, ad arguendam pariter ex illa urbe Papiorum originem, cujus tutelaria exhibet Numina L. Papius: nam in tota Papiorum Familia nihil inſigne legitur, unde victoria & triumphus iis tribui poſſit, ſed ſub Triumphi nomine Bacchum coli arbitrantur, qui à Græcis Θρίαμβος, appellabatur, ut autor eſt *Varro*, *lib.* 5. quod ejus inventor fuerit, primuſque triumphum duxerit Trophæum illius inſigne, quod poſt illud erectum Dux vel Imperator. Triumphum obtinebat. Non tamen Bacchus ibi hedera vel pampino co-

ronatur, ſed laurea, quod illa victoriam atque triumphum ſignificat, de qua *Ovidius.*

Ite triumphales circum mea tempora lauri.

VII.

Caput Herculis, pelle leonina tectum, barba inſigne; cum clava ſupra humerum lævum. EX. S. C. ex averſa parte, Elephas. L. APRONI. IMP. in vertice. M. MVTIL. PR. P. in imo.

Cognomen Mutili, Papiæ ſoli Familiæ peculiare cum L. Apronio Imperatore, de quo dictum in illius gente, conjunctum ad M. Papium Mutilum revocat denarium. Is autem quùm ſuffectus fuiſſet Conſul ex Kal. Jul. an. 761. cum Q. Poppæo ſecundo, Germaniam Inferiorem Legatus Tiberii Proprætore adminiſtravit an. 767/8 quo L. Appronius Germanici Legatus, ob res bene geſtas in Germania, ab exercitu Imperator appellatus eſt, & cui Senatus ornamenta triumphalia ideo decrevit, ut tradit *Tacitus.* „ Decreta eo anno triumphalia in„ ſignia A. Cecinæ, L. Apronio, C. Silio, ob res cum Ger„ manico geſtas. M. Mutilus ex Senatuſconſulto denarios L. Apronio cum Imperatoris titulo percuſſit.

In parte anteriore Herculem, ob cultum quo Germani illum proſequuntur, expreſſit, teſte eodem *Tacito, de Moribus Germanorum lib.* „ Herculem, inquit, & Martem conceſſis ani„ malibus placant. In averſa parte Elephas expreſſus eſt, in memoriam quod L. Apronius à militibus Legionis V. in Germania Inferiore ſtationem habentis, ut *Tacitus* & *Dio* narrant, Imperator fuiſſet appellatus. *Appianus* vero illam Legionem pro inſigni Elephantem habuiſſe nos edocet, *lib.* 2. *Civ. Bell.* „ Cæſariani, inquit, in tantum receperunt animos, ut „ Quintani Elephantis ſe opponi depoſcerent: eoque impetrato „ egregiè vincerent: unde hodieque ejus Legionis elephantes „ ſunt inſignia.

PAPIRIA.

PAPIRIA gens gemina, altera Patricia, primis temporibus vocata Papiſia. Eam etſi vetuſtam minorum tantum gentium fuiſſe tradit *Cicero*, *ep. 9. ad Pætum*: altera fuit Plebeia, ſi quidem Q. Papirius Tribunus Plebis an. 442. Legem tulit de locis publice conſecrandis. Nomen gentis à *Papiro* deductum eſt, & à nomine Papiria tribus. Nobis Patriciæ cognomen ſupereſt in denariis; *Maſones* arbitratur *Ant. Auguſtinus*, quaſi Manſones dictos, à *mandendo*, ut edones, comedones, gulones, epulones: ſed etiam poteſt derivari ex auro, quod *Maſa* fortaſſe prius dictum. Plebeiæ vero ſed Conſularis, *Carbo*, à *Carbone*, & minus illuſtris Familiæ, *Turdus*, à *Turdo*, hujus nominis ave.

I.

Caput Junonis Soſpitæ cum amiculo caprotino, CAVDINVS. ex averſa parte, Sella Curulis, ſupra quam corona, L. LENTVLVS. L. F. C. PAPIRI. C. F. MASO. AED. CVR.

Duo in denario nomina, eum ad duas Familias revocant, hic Corneliam, in qua egimus de illo num. 18. & Papiriam de qua nunc dicturi ſumus, exhibet. C. autem Papirius Caii F. appellatur, & Lucii nepos fuit, qui primus Ædilitatem Curulem in Maſonum Familiam invexit an. $\frac{450}{1}$ & poſt hunc Magiſtratum mortuus eſt, ut ex *Ciceronis epiſtola ad Pætum* colligitur. Ille Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. $\frac{506}{7}$ Tribunatum Plebis, ut videtur an. $\frac{509}{10}$ Ædilis Curulis factus eſt cum L. Lentulo an. $\frac{511}{2}$ ejus rei teſtis eſt denarius, qui eos Ædiles Curules nominat; quod confirmat Sella Curulis, Ædilium Curulium inſigne. Caput autem Junonis Soſpitæ, in anteriore denarii parte, ſacra publica in ejus honorem illos reſtauraſſe denotat, ut & corona ſupra eorum Sellam poſita, ipſi deæ hac die oblata.

II.

Caput Romæ galeatum, pone quod vox ROMA: ex averſa parte, C. PAPIRI. MASO. Mars in bigis, d. haſtam vibraturus, ſ. clypeum.

C. Papirius Maſo ex Ædilitate Præturam iniit, poſtquam Conſul creatus eſt cum M. Pomponio Mathone an. $^{522.}_{3}$ Ille in Corſicam Inſulam exercitum deportavit, & Corſos tandem ad deditionem, non ſine tamen parva clade; ut tradit *Zonaras*. Sed quam ob cauſam Romam reverſus, quùm triumphum obtinere non potuiſſet, ſuis impenſis in monte Albano primus triumphavit, ut teſtantur *Marmora Capitolina*.

C. PAPIRIVS C. F. C. N. MASO. COS. ANN. DXXII. DXXIII. *Varr.*
DE. CORSEIS. PRIMVS. IN. MONTE. ALBANO.
III. NONAS. MART.


Hanc rem excogitavit, quod Conſules in monte Albano Magiſtratum ineuntes, non ſecus ac in Capitolio, ſacra ibi facerent, ob originem Romanæ civitatis à Regibus Albanis & imperii tranſlatam ſedem: ideo Martem, quem Romuli patrem exiſtimabant, in bigatis, quos in ſui triumphi memoriam ſignavit, expreſſiſſe videtur: C. Papirius deinde mortuus eſt Pontifex an. $^{540.}_{1}$ ut *Livius* teſtatur, *lib.* 25.

III.

Caput Genii, cincinnatis capillis, pone quod littera N. id eſt, Natalis: ex averſa parte, CN. CARBO C. F. M. SILAN. L. F. Duo Ædiles dextras extendentes, inter duos modios ſpicis plenos ſedentes, in vertice EX. S. C.

Ad duas Familias ſpectat hic denarius, ut fert illius epigraphe, præmittitur Cn. Carbo ex Papiriorum Plebeiorum Familia, ad quam poſt Patricios accedimus. De M. Silano in Junia jam actum eſt num. 6. Ille filius appellatur C. Carbonis, nempe qui Præturam Sardiniæ ſortitus an. $^{585.}_{6}$ non in Provinciam ivit, ſed jus inter Cives & Peregrinos s. c. dixit, & frater C. Carbonis Tribuni Plebis an. $^{622.}_{1}$ ſeditioſi à *Cicerone* appellati. Cneus vero Quæſturam Provin-

cialem


PAPIA
L·PAPI·
L·PAPI·
CELSVS
L·PAPI·
PAPIVS
TRIVMPVS
L·PAPIVS
PAPIRIA
CAVDINVS
ROMA
EX S·C·
ROMA
CN CARBO
EX· S·C·
TAB. CV

PAPIRIA



TAB. CVI.

cialem iniit an $^{624.}_{5}$ Tribunatum Plebis an. $^{629.}_{30}$ cum M. Junio Silano, & ſimul Ædiles fuerunt an. $^{631.}_{2}$ quo typus denarii illos rei frumentariæ, per modios frumenti plenos largiter P. Romano, procuraſſe indicat, & nota S. C. id ex argento Publico undique illos Senatuſconſulto collegiſſe nos edocet, ut in illis denariis duos Senatores, ſimiliter inter modios ſedentes cum epigraphe ad FRVM. EMVN. Genius capillis cincinnatis, ſolito modo, exhibetur in anteriore parte, pone quem modo littera N. id eſt natalis, ſupple, *deus*, ut in hoc denario: in aliis vero adeſt pone idem caput littera T. id eſt *Tutelaris*, ut in Fabia gente num. 6. & in Octavia num. 3.

Ex Ædilitate plebis Cn. Papirius ad Præturam pervenit, Provincialemque ſortitus eſt an. $^{635.}_{6}$ & tandem Conſulatum iniit cum C. Cæcilio Metello Caprario an. $^{639.}_{40}$ Huic Macedonia obtigit, Carboni vero Illyricum, ubi res parum feliciter geſſit: nam fuſus eſt & exercitu exutus. Poſt mortem duos reliquit filios Cneum & Caium. Cneus ter fuit Conſul, & Caius, cujus nobis non ſuperſunt denarii, fratris exercitus Legatus, ipſo abſente, occiſus eſt.

IV.

Caput Romæ galeatum, ante quod vox ROMA: ex averſo latere CN. CARBO, in imo EX S. C. Statua equeſtris, cum haſta in dextra, & clypeo in læva.

Cn. Carbo, qui denarium hunc cudit, Cnei ſuperioris filius fuit, qui Quæſturam Provincialem iniit an. $^{652.}_{3}$ Tribunatum Plebis an. $^{657.}_{8}$ Ædilitatem Plebis an. $^{660.}_{1}$ Præturam Urbanam an. $^{663}_{4}$ Provincialem an $^{664.}_{5}$ & Marianarum partium fautor, à L. Cornelio Cinna aſſumptus eſt Collega in ſuo Conſulatu tertio an. $^{668.}_{9}$ at ut ſe Marii nominis aſſertorem denotaret, in denariis illius ſtatuam equeſtrem, ex Senatuſconſulto decretam, ut demonſtrant notæ S. C. exhibere voluit.

In primo hoc Conſulatu Galliam Provinciam ſuſcepit, & ambo Conſules contra Sullam magnum belli apparatum fecerunt, poſtea an. $^{669.}_{70}$ Conſulatum iterum occuparunt. Cornelius Cinna IV. Carbo autem II. Cinna in Magiſtratu occiſus eſt: Carbo Conſulatum ſolus geſſit an. $^{670.}_{1}$ Procoſ. Galliam Ciſalpinam prorogato imperio adminiſtravit, obviam Sullæ cum magno exercitu proceſſit,

ſed Conſulibus victis & fugatis Romam ſe recepit, ubi per vim cum Mario Juniore Marii VII. Conſulis ex adoptione filio, annos 20. nato, creatus eſt Conſul. III. an. 671/2. Bellum ambo contra Sullam ſuſceperunt, ſed Mario ingenti prælio circa Præneſte fugato & ad mortem coacto, Carbo bis terve prælio etiam ſuperatus ex Italia in Siciliam profugit, ubi à Pompeio M. captus, Lilybæi dum ventrem exonerare ſe ſimulat, ut vitam prorogaret, Sullæ juſſu occiſus eſt.

V.

PERPERNA COS. Caput Herculis pectore tenus corona populea ornatum, humero lævo clavam: ex averſo latere C. PAPIRI. CARBO. cum tripode & ſtella deſuper, in corona ex lauro contexta.

Ad denarios Carbonum explanandos, à Cneo Caii Prætoris Sardiniæ an. 585/6 filio minore inchoavimus, quia illi erant antiquiores: nunc vero ad Caii natu majoris filium prænomine Marcum revertimur. Caius vero pater Tribunus Plebis tres habuit, teſte *Cicerone*, filios P. C. M. Publius, inquit, Flacco accuſante condemnatus eſt, de illo nobis non ſuperſunt denarii. Caius à Craſſo accuſatus, cantharidas ſumpſiſſe dicitur, de quo nobis loquendum. Marcus fugit è Sicilia, de illo poſt fratrem Caium dicturi.

C. Carbo, qui Quæſtor fuiſſe videtur, in denario cum M. Perperna Conſule an. 661/2 conjunctus, temporum ratione frater natu major fuit M. Carbonis, qui Quæſturam tantum obtinuit anno ſequente 662/3 ut infra dicitur. Is Conſulem in Hiſpaniam Citeriorem, ad obſervandas Hiſpanorum rebellionem minitantium res, comitatus eſt: quod ſatis teſtatur Hercules, in denario depictus; nam Gadibus templum illius erat celeberrimum, cui Annibal votum ſolviſſe narrat *Livius*, *Dec.* 1. *lib.* 1. Annibal, inquit, quùm „ recenſuiſſet omnium auxilia gentium, Gadeis profectus vota „ exolvit; noviſque ſe obligat votis, ſi cetera proſpera eveniſſent. Voti etiam Perpernæ Conſulis Herculi denarius videtur monimentum, propter quod illum ſignaverit C. Papirius Carbo.

Hercules ornatur corona populea, Græcorum ritu, nam, inquit

inquit *Macrobius*, *lib.* 3. *cap.* 13. „Evander ante Urbem conditam apud aram maximam ſacra celebrabat, & utebatur populo utique Alcidæ gratiſſima.„ In averſa parte, tripus pro ſacro Herculi faciendo ſignatur, vel quod ille huic deo ſit ſacer; nam de illo Herculi cum Apolline certamen fuiſſe fabulantur Poëtæ; ut autor eſt, *de natura deorum Tullius*. Stella ſuper tripodem, Herculis etiam eſt, ut *Macrobius* refert, *loco citato*. „Chaldæi quoque ſtellam Herculis vocant, quam reliqui omnes Martis appellant; quia is deus apud Pontifices idem qui & Mars habetur„, & ſane ita *Menippea Varronis* affirmat, quæ inſcribitur Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς, in qua quùm de Hercule multa loqueretur, eundem eſſe ac Martem probavit. Corona ex lauro illa videtur, qua ſe coronabant, ut nunc Romæ, Herculis Gaditani Sacerdotes.

C. Papirius Carbo ex Quæſtura an. $^{661.}_{2}$ Tribunatum Plebis adeptus eſt an. $^{666.}_{7}$ Præturam Urbanam ſortitus obtinuit an. $^{669.}_{70}$ Provincialem an. $^{670.}_{1}$ Poſtquam redux, à Craſſo accuſatus, cantharidas ſumpſiſſe dicitur, apud *Ciceronem*, *Ep. lib* 9. 21.

VI.

Caput Romæ galeatum: ex averſa parte, M. CARBO. in imo ROMA. Jupiter Triumphator in quadigis decurrentibus, d. fulmen, ſ. ſceptrum.

VII.

Alter cum eodem Romæ capite: in averſo latere idem Jupiter Triumphator in quadrigis. CARB. in imo ROMA.

M. Papirius Carbo fratri Caio ſuccedit, ut liberorum minimus. Is Quæſturam uno anno ſerius quam frater, nempe an. V. C. $^{662.}_{3}$ in qua pro impenſis Provinciæ hos denarios quadrigatos percuſſit, ſolitos monetæ argenteæ typos; in quibus pro arbitrio Quæſtoris Jupiter, modo alterum Numen, modo Victoria exhibentur. Marci vero Carbonis ſunt hi duo denarii, licet in ultimo Marci prænomen deſit; ſed idem typus ad eum illos revocat, ut ſæpe in aliis modo prænomen additur, modo ſubtrahitur.

Ex Quæſtura Marcus Tribunatum Plebis accepit an. $^{667.}_{8}$ Ædilis factus

factus videtur an. $^{669}_{70}$ Prætor Peregrinus Siciliam ſortitus obtinuit an. $^{671}_{2}$ quum Sulla Victor Conſules variis prælijs profligaſſet, & eorum reliquiæ in Sicilia conglobari cœpiſſent, ille, non expectatis Sullanis, è Provincia fugit, quam ſummam ignominiam exiſtimat *Cicero*.

VIII.

ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΠΑΠΙΡΙΟΥ ΚΑΡΒΩΝΟΣ, *ſub Caio Papirio Carbone.* Clava cujus capiti inſertus eſt caduceus: ex averſa parte ΝΙΚΑΙΕΩΝ. ΒΥΣ. Nicæenſium anno 222. Vas diotum.

Ad C. Papirium Carbonem hic minimæ formæ nummus, ex illius inſcriptione pertinet, quem Caii à Craſſo accuſati filium eſſe denotat æra Nicæenſium in illo ſignata. Illum inter Oratores numerat *Cicero, in Bruto. Fulvius* hos Nicæenſes Corſicæ adſcribit, & ideo ſequentem nummum ad C. Carbonem an. $^{685}_{6}$ Sardiniæ & Corſicæ ſimul Prætorem revocat; ſed Nicæenſes iſti Bithyniæ ſunt, ut ex nummis infra deſcribendis liquet. Ergo eorum Epocha inveſtiganda. Hæc vel à Regibus vel à Romanis initium habet: Nicomedes III. teſtamento illis regnum reliquit, quod in Provinciam redegerunt an. $^{679}_{80}$ ſi iis adjunxeris annos 222. in nummo ſignatos, habebis annos V. C. 901. in Trib. poteſtatem 10. Antonini Pii incidentes, quod non convenit. Ergo ad Bithyniæ Reges recurrendum.

Nicomedes Zipætis filius Bithyniæ regnum, ab Alexandri Ducibus per patrem recuperatum, poſſidebat, ſed non integrum, quùm ejus frater Zipætes partem teneret. At quùm illum de toto regno contendentem Galatarum, quos in Aſiam tranſmiſerat, auxilio armis in Macedoniam expuliſſet, Magni nomen adeptus eſt, & Nicomediam ædificare cœpit, & inde Bithyniæ Reges, ut ex eorum nummis quos poſſidemus, & Bithyniæ civitates, de quibus hic nobis ſermo eſt, computarunt anno nempe V.C. 466. & Seleucidarum Imperii 35. quod ex *Memnone in Photio* confirmatur: itaque ſi illis adjeceris annos 222. incides in annum V. C. $^{698}_{9}$ nempe decimum nonum à Bithynia Romanorum Provincia facta, quo C. Papirius Carbo Prætor illius, eam rexerit, & Nicææ ſub ejus nomine nummum cuderit, de cujus typo in ſequente dicturi ſumus.

IX.

IX.

ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΠΑΠΙΡΙΟΥ ΚΑΡΒΩΝΟΣ. Caduceus, clavæ capiti inſertus ut ſupra. ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΒΚΣ. Nicæenſium an. 222. ſcyphus inverſus.

De C. Papirio Carbone Bithyniæ Prætore an. 222. in annum V. C. $^{658.}_{9}$ incidente, ſupra egimus; nunc nobis de Caduceo, clavæ capiti inſerto, dicendum ſupereſt, ut de Cantharo in ſuperiore nummo, & de ſcypho in hoc. Caduceus Mercurii, ut clava Herculis Nicææ cultum indicant, quorum Numinum Symbola exhibent. Herculem coli in illa urbe, teſtes ſunt plurimi Imperatorum Romanorum ejus dei typi ab ea percuſſi in *nummis Græcis*, *à nobis* nuper *Pariſiis* & *Amſtelodami editis*. In averſa ſuperioris parte, vas diotum, eſt cantharus Bacchi, ejus pariter cultum Nicææ denotans, de quo *Macrobius*, *lib.* 5. *cap.* 21. Scyphus, inquit, Herculis poculum eſt, ita ut Liberi patris cantharus, unde ſcyphum ,, inverſum, in hoc nummo ſignatum, Bacchi cultum ſignificare ,, ex illo *Autore diſcimus*. Hunc vero deum in honore fuiſſe apud Nicæenſes, tot nummi Imp. Romanorum, in *noſtro* de *Græcis Auguſtorum nummis*, omnino nos edocent.

X.

ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Caput Bacchæ hedera coronatum: ex averſa parte ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΠΑΠΙΡΙΟΥ ΚΑΡΒΩΝΟΣ. Roma ſedens galeata, d. Victoriam, ſ. parazonium; in imò ΡΩΜΗ.

Nicæa, inquit *Strabo*, *lib.* 12. tum primaria Bithyniæ, ,, urbs ad Aſcaniam Paludem... hanc Antigonus primum con- ,, didit, Philippi filius, & Antigoniam nominavit, deinde Lyſi- ,, machus, qui eam ab uxore Nicæam appellavit: & Antipatri fuit filia. Urbs ipſa quadrata eſt, ambitu ſtadiorum XVI. &c. Caput Bacchæ Bacchi cultum, ut in ſuperiore nummo diximus, indicat. Roma ſedens in ejus averſa parte, Nicæenſes ejus imperium venerantes ſe ipſi ſubditos agnoſcunt, ac tanquam deam colentes; ut in Fauſtinæ Junioris nummo idem fere typus exaratur. Victoriam d. ſuſtinet, ut omnium populorum Victrix; ſedet, poſt tot victorias quieſcens.

XI.

ΒΙΘΥΝΙΕΩΝ. id eſt, *Bithynenſium.* Caput idem Bacchæ hedera coronatum: in averſa parte, ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΠΑΠΙΡΙΟΥ ΚΑΡΒΩΝΟΣ. Roma ſedens, ut ſupra.

Hic nummus ſecundæ magnitudinis à Bithynienſibus Bithyniæ oppido, ſub C. Papirio Carbone Provinciæ Prætore, percuſſus eſt. Bithynium autem à *Strabone, lib.* 12. ita deſcribitur. In Me-„ diterraneis Bithyniæ, Bithynium eſt, ſupra Teium fluvium ſi-„ tum, & habens regionem circa Salonem, ubi optima ſunt „ boum paſcua, unde Salonites caſeus. Patria fuit Antinoi Hadriani Imperatoris amaſii, de quo *Pauſanias, lib.* 8. Patria ei fuit Bithynium ſupra Sangarium amnem: quod confirmat Juliæ Piæ nummus, in quo ΣΑΓΑΡΙΣ ΝΙΚΑΙΕΩΝ. forte ad Teii cum Sagario confluentem. Hæc urbs ex Provinciæ primariis tunc fuiſſe videtur, quod jus cudendæ monetæ à Romanis tunc haberet. Bacchæ caput, Bacchi cultum ut Nicææ indicat, Roma etiam ſuum denotare, ut apud Nicæenſes, videtur.

XII.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. Nicomedenſium. Caput Jovis laureatum ac barbatum: in averſa parte ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΠΑΠΙΡΙΟΥ ΚΑΡΒΩΝΟΣ. ΔΚΣ. an. 224. Roma ſedens, d. Victoriam, ſ. haſtam: in imo ΡΩΜΗ.

Singularis eſt hic Nicomedenſium Bithyniæ nummus, qui per Provinciæ æram 224. C. Papirium Carbonem prorogato imperio tres annos tenuiſſe, nempe 698./9. 699./700. & 700./1. Bithyniæ autem erat juncta Provincia Ponti, cui ſucceſſit P. Silius Nerva per tres alios annos, ut ex *Pighio* colligitur. Nicomedia à Nicomede primo, tranſlatis in eam Aſtaci habitatoribus, quam deſtruxerat Lyſimachus ex *Strabone, lib.* 12. vel Aſtacum ampliavit, ut vult *Pauſanias lib.* 5. de cujus „ nomine *Nicomedia* urbs Bithyniæ maxima appellata eſt, quùm „ ante Aſtacus appellaretur. *Conſtantinus Porphyrogeneta, lib.* 1. *cap.* 5. tanquam duas Bithyniæ urbes commemorat. Caput Jovis, ſui cultum indicat, quem nummus M. Aurelii templum in hac urbe, quatuor columnis pro facie ſuffultum, habuiſſe nos edocet.

XIII.

XIII.

ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. *Nicomedenſium.* Caput Romæ galeatum, ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΠΑΠΙΡΙΟΥ ΚΑΡΒΩΝΟΣ. Victoria gradiens, d. coronam, ſ. palmam.

Prodit alter ſecundæ formæ nummus, à Nicomedenſibus percuſſus, cum Romæ galeato capite, quam Numinis inſtar in anteriore parte exhibent: ipſa autem in Aſiæ minoris urbibus pro dea colebatur: nam *Tacitus*, *Annal.* 4. Smyrnæos ſe jactaſſe refert, primos templum urbis Romæ ſtatuiſſe, M. Porcio Conſule an. 558. 9 ſtante adhuc Punica urbe, & validis per Aſiam Regibus. Victoria in averſa parte, cum corona & palma, Romam Victricem indicat, & quidem gradientem, id eſt, ad novas victorias quotidie properantem.

XIV.

AVGVSTVS DIVI F. Caput Auguſti nudum: ex averſa parte, Q. PAPIR. CAR. Q. TERE. MONT. II. VIR. Q. id eſt. *Quinto Papirio Carbone, Quinto Terentio Montano Duumviris Quinquennalibus.* Templum quatuor columnarum, in cujus frontiſpicio IVNONI per tranſverſum. C. I. IL. A. id eſt, *Colonia immunis Illice Auguſta.*

Patinus nobis hunc Auguſti nummum protulit cum nomine Papirii Carbonis, cui prænomen Quinti, in *noſtro de Coloniis libro*, reſarcimus. Sed quùm ſit extra Romam, & in urbe Illici Hiſpaniæ Tarraconenſis Colonia ab Auguſto, ut fert ejus nomen, deducta, difficile eſt quis fuerit ille Q. Papirius Carbo pronuntiare; Quinti prænomina in Turdorum Familia occurrunt; ſed hic Carbonum eſt. Q. Papirium reperimus apud *Ciceronem*, *pro Domo ſua ad Pontifices*, quem Tribunum Plebis fuiſſe narrat, & Legem tuliſſe, quæ vetat, injuſſu Populi ædes, terram, aram conſecrare. An ille Papirius fuerit ex Papiorum Familia, an Quintus hic ab eo originem traxerit, incertum eſt. Porro ut Duumvir Quinquennalis, qui pro Cenſore in Coloniis habetur, templum cum Collega Liviæ, Auguſti uxoris, ſub Junonis nomine dedicat; in Imperatoris gratiam, qui urbem ſuam pronuntiaverat immunem.

XV.

Caput Jani bifrontis cum modio : ex averſa parte, TVRD. Navis, in imo ROMA.


Plebeiorum Carbonum Familiam altera ſubſequitur Turdorum Plebeia; ſed nullo Conſulatu inſignis. Quis fuerit ille ob prænomen in nummo prætermiſſum, difficile eſſet reperire, niſi ſextantarii pondus nobis primo bello Punico eſſe percuſſum indicaret, ad quod fuit reductus as libralis, ex *Plinio*, *lib.* 33. *cap.* 3. & ſic tribuendus videtur L. Papirio Turdo, Q. Papirii Turdi, qui Legem de Treviris Capitalibus quotannis à Prætore creandis tulit. Ille Quæſtor Provincialis an. $^{511.}_{2}$ ſuperiore ſcilicet, quo facta eſt pax cum Pœnis, nempe $^{512.}_{3}$ hunc aſſem ex duobus unciis conſtantem ſignavit, ad Provinciæ impenſas, in quo ſolitum Jani caput in anteriore ejus parte, & navim Saturni in averſa, exhibuit. Q. Papirius ex Quæſtura Tribunatum Plebis adeptus eſt an. 515. Ædilis factus eſt an. 517.


XVI.

Caput Herculis pelle leonina ornatum, pone quod tres globuli : in averſa parte TVRD. Navis, in imo ROMA.

Eadem fere cognominis TVRD. epigraphe, ut ad L. Turdum ſuperiorem revocaremus hunc nummum ſuadebat; ſed illius pondus vetuit, tres quidem globuli illum quadrantem, id eſt, quartam aſſis partem denotant, qui ſi primi Punici belli tempore cuſus fuiſſet, quinque dragmarum & unius ſcrupuli pondus eſſet, & tantum ad dimidiam partem accedit; unde illius diminutio ad C. Papirium Turdum ejus filium pertinere nummum arguit : quem in Quæſtura Provinciali an. 539. percuſſit. Sæpe autem diximus, propter hujus belli impenſas, aſſem libralem, eſſe factum Senatuſconſulto uncialem, & ita Reſpublica dimidiam partem lucrata eſt. Hæc nova monetæ forma, & præſertim quadrantes plurimorum deorum imagines recepit, inter quas præcipua fuit Herculis, quod illius vetuſtiſſimus eſſet Romæ, ſcilicet ab Evandro allatus è Græcia cultus. C. Turdus ex Quæſtura Tribunatum Plebis accepit an. 543. hic vero reliquit filium Caium Turdum Tribunum etiam Plebis an. 575.

XVII.


PAPIRIA.
V.Æ.I.
L.P.DA. P.
ROMA
PEDANIA.
LEG. COSTA
P.Æ.I.
IMP. BRVTVS
P.P.I.
C·PE DANI·
PEDIA.
PR. COS.
G.Æ.I.
Q. PEDI·M.F.
ROMA
Q. PEDIVS M·F. CONCORDIA
G.A.I.
SALVS GENERIS HVMANI EX·S·C·
PERPERNA.
G.Æ.I.
M·PERPERNA
G.A.I.
M·F. M·PERPERNA
M·PERPERNA COS.
G.A.I.
CARBO C·PAPIRI
PETILLIA.
EX·S·C.
G.Æ.I.
Q·PETILLI·C·F· Q·N·
CAPITOLINI SANCTI
F.Æ.I.
PETILLIVS.
TAB. CVII.


PETILLIA
PETILLIVS CAPITOLINVS
3 Æ.R.I.
S F
PETRONIA
CAESAR AVGVSTVS
1 Æ.R.I.
TVRPILIANVS III VIR
III VIR TVRPILIANVS FERO
2 Æ.R.I.
AVGVSTVS CAESAR
TVRPILIANVS III VIR FERON
3 Æ.R.I.
CAESAR AVGVSTVS SIGN RECE
TVRPILIANVS III VIR
4 Æ.R.I.
CAESAR AVGVSTVS SIGN RECE
TVRPILIAN III VIR F PETRON
5 Æ.R.I.
CAESAR DIVI F ARME CAPT
TVRPILIANVS III VIR
6 Æ.V.I.
AVGVSTO OB C.S.
CAESAR AVGVSTVS
7 Æ.R.I.
P PETRON TVRPILIAN III VIR
CAESAR AVGVSTVS
8 Æ.R.I.
P PETRON TVRPILIANVS III VIR
CAESAR AVGVSTVS
9 Æ.R.I.
TVRPILIANVS III VIR
CAESAR AVGVSTVS
10 P.Æ.V.I.
TVRPILIANVS III VIR
J. Mulder
TAB. CVIII

XVII.

Caput Jani bifrontis: ex averſa parte, L. P. D. A. P. id eſt, *L. Papirius deſignatus Ædilis Plebis.* Navis, in imo ROMA.

Pondus ſemunciale hujus nummi cum forma & typo aſſis, nos ad *Plinii* verba revocavit, *lib.* 33. *cap.* 3. Libræ autem pondus „ æris imminutum bello Punico primo . . . conſtitutumque ut aſſes „ ſextantario pondere ferirentur . . . Poſtea Hannibale urgente Q. „ Fabio Maximo Dictatore aſſes unciales facti . . . mox Lege Papiria „ ſemunciales aſſes facti. *Pighius* C. Papirium, C. filium Turdum, quem Lucium Lucii filium appellari remur, quùm pater Lucius ab ipſo *Pighio* nominetur Ædilis Plebis an. $^{517}_{8}$ *pag.* 92. *lib.* 2. profert Trib. Plebis an. $^{575}_{6}$ & hoc quaſi tempore, ex loco laudato *Plinii*, aſſes ex uncialibus ſemunciales Lege Papiria annotat: quæ vox *Plinii* mox poſt unciales aſſes promit ſemiunciales à Papirio factos, *Pighii* ſententiæ plurimum favet, & hic nummus illam penitus confirmare videtur.

Nec *Lectorem* moveant verba deſignatus Ædilis Plebis, deſignati Magiſtratus monetam cudere haud dubie poterant, teſtes ſunt denarii Salviæ gentis, in qua epigraphe Q. SALVIVS IMP. COS. DESIG. qui Conſulatum etiam non iniit, & in Vipſania M. AGRIPPA COS. DESIG. L. Papirius, qui Tribunus Plebis ex Lege nummos ſignare non poterat, deſignatus Ædilis ſemunciales ex ſua percuſſit Nemo neſcit Ædilibus conceſſam fuiſſe monetæ cudendæ poteſtatem, quod *Opus noſtrum* ſparſim edocet.

PEDANIA.

PEDANIÆ gentis mentionem facit *Livius*, *lib.* 15. Virtutem Q. Pedanii commemorat *Valer. Maximus*. An nomen derivatum à Pedo urbe, quæ erat non procul à Roma in regione Pedana, ut ait *Porphyr. in illud Horatii* 1. *Ep.* 4.

Quid nunc te dicam facere in regione Pedana.

Cognomen *Coſta* eſt in eo, qui in denariis occurrunt, à voce *Coſta*. *Iſidorus*, *orig. lib.* 11. *Coſtas* appellari quidam putant, quod ab ipſis interiora cuſtodiantur.

I.

COSTA LEG. Caput Libertatis laurea coronatum: ex averſa parte IMP. BRVTVS. Trophæum.

Jam prodiit hic denarius in gente Junia num. 20. quod M. Brutus Cæſaris percuſſor, cujus Coſta inſcribitur in denario Legatus, & quùm Pedanii Auguſti Legati mentionem nemo faciat, & *Tacitus Hiſt. lib.* 2. narret Pedanium Coſtam, in ratione Conſulatus, omiſſum eſſe à Vitellio, ut adverſus Neronem auſum, & Virginii exſtimulatorem, ad Pedaniam gentem exiſtimarunt hoc Coſtæ cognomen pertinere. Coſta igitur in denario, Libertatis hinc caput expreſſit, ad indicandum M. Brutum non alia de cauſa arma ſumpſiſſe, quam ut illam vendicaret; quam poſt Cæſarem Dictatorem Triumviri adhuc opprimere volebant. Ex averſa parte Trophæum, illud eſt de Beſſis Macedoniæ populis, à Bruto devictis, an. $^{711}_{2}$ Hi erant non procul à Ponto, Strymonem fluvium lævo latere incolentes, ex *Plinio*, *lib.* 4. *cap.* 11. At, ut mos erat, poſt victoriam Trophæum erigere, Coſta Legatus in hujus memoriam, in denario, quem Bruto ſignavit, illud expreſſit. Pedanius citatur à *Joſepho*, *de Bell. Jud. lib.* 1. Auguſti Legatus cum Saturnino, in cauſa filiorum Herodis Judææ Regis.

II.

II.

Puer nudus ſtans, ambabus ſerpentem; in area partis averſæ C. PEDANI.

Sigillum potius quam nummum, quùm ſit plumbeus, eſſe remur: nullos autem ejuſmodi, ob plurimas cauſas admittimus. An ſit Hercules, qui angues in cunabulis eliſit, & quis ſit C. Pedanius, incertum.

PEDIA.

PEDIA gens Plebeia, ſed Conſularis. An à *pede*, vel *pedo*, paſtorali baculo, nomen dirivatum? *Pedo* etiam fuit cognomen Romanum.

I.

PR. COS. Caput Romæ galeatum: ex averſo latere, Q. PEDI. M. F. in imo ROMA. Victoria in bigis, d. palmam, ſ. habenas equorum.

Q. Pedius in denario Marci filius appellatur. Ejus pater Juliam Cæſaris Dictatoris ſororem in uxorem duxerat, ex quo matrimonio natus eſt, ex teſtamento avunculi heres cum Octavio Conſobrino ſcriptus eſt. Quæſturam Provincialem iniit an. 701/2. Tribunatum Plebis an. 703/4. Præturam an. 705/6. cum legione in agro Turino fuiſſe, & Milonem Coſam oppugnantem interfeciſſe, tradit *Cæſar*, *Bell. Civ. lib.* 3. Legatus avunculi in Hiſpania contra Pompeii liberos, ab avunculo, ut triumpharet pro conſulari imperio, obtinuit, ut refert *Dio*, *lib.* 44. Sed Fabio etiam, Pedioque, Le„ gatis ſuis, quique nihil propriis auxiliis geſſerant, triumphandi poteſtatem fecit, quod teſtantur etiam *Marmora Capitolina*.

Q. PEDIVS M· F. PRO· COS· EX. HISPANIA·
IDIB· DEC. A. DCCIIX. / DCCIX. *Varr.*

In cujus memoriam Q. Pedius in bigis, denariorum argenteorum typis, Victoriam dextra coronam gerentem expreſſit, titulo Proconſulis in anteriore illius parte PRO· COS. ſignato.

II.

Q. PEDIVS M. F. CONCORDIA. Caput Concordiæ velatum: ex averſa parte, corona ex lauro, in qua SALVS GENERIS HVMANI. EX S. C.

Occiſis Conſulibus Vibio Panſa & Hirtio, poſt cædem Dictatoris Cæſa-

Cæſaris, in bello Mutinenſi, an. 710. Q. Pedius & Octavianus Cæſar Conſobrinus Conſules ſuffecti ſunt menſe Sextili, ut auctores ſunt *Macrobius*, & *Dio*. Collega à Cæſare factus videtur, quod hereditatis partem ab avunculo ſibi relictam illi conceſſiſſet. Pedius autem Legem tulit de habenda quæſtione in eos, quorum opera Dictator occiſus eſſet; qua Lege M. Brutus & Caſſius abſentes damnati ſunt; & poſtquam Cæſar amicitiam cum Lepido & Antonio clam ſibi conciliaſſet, in Senatu, quaſi ex propria ſententia retulit, ut iis impunitas reditusque concederetur, cui aſſenſit Senatus, & Cæſar obviam pergens Lepido & Antonio, curam Urbis Q. Pedio Collegæ mandavit: quo tempore Senatus hunc aureum denarium illi percuſſit, cum hoc inſigni elogio, SALVS GENERIS HVMANI. quod illos Principes viros inter ſe concordes feciſſet, unde ſalva credebatur Reſpublica: ſed eorum concordia P. Romani libertas oppreſſa eſt, Imperii diviſione, & Civium proſcriptione.

Cum tumultus ob illam in Urbe excitatus eſſet, Pedius Conſul, ait *Appianus*, *Civ. lib.* 4. hac illac curſitans bene ſperare om- „
nes juſſiſſet, & diem expectare, ut rem melius cognoſcerent. Pri- „
ma vero luce non expectans Triumvirorum ſententiam proſcri- „
pſit illos 17. quaſi ſolos autores inteſtinorum malorum, ſoloſ- „
que damnatos, aliis ſecuritatem promiſit, interpoſita fide publi- „
ca ignarus decreti Triumviralis. Et is quidem, ſequenti nocte, „
morbo ex nimia defatigatione contracto, extinctus eſt.

PERPERNA.

PERPERNAM non gentem ſed Familiam *quidam* putant; illam ex Familia Sabellia Peregrina & non Romana ortam putant, ex *Val. Maximi* verbis *lib.* 3. *cap.* 4. A Pernis dictos Perpernas ex *Macrobio Jo. Cuſpinianus*, *in Caſſiodori Conſularis tabulas* ſcribens, ait, Plebeia fuit ſed Conſularis.

I.

Caput Solis, ceu Apollinis, radiatum: ex averſa parte, M. PERPERNA. Victoria in bigis, d. flagrum.

M. Perperna patrem M. Perpernam videtur habuiſſe Trib. Plebis an $^{581.}_{2}$ quique Legatus fuit à Senatu cum Petilio ad Gentium Regem, ab eo retenti ſunt, & poſtea Gentio capto Perperna ab Anicio Prætore, nuntius victoriæ Romam miſſus eſt, referente *Livio*, *Dec.* 5. *lib.* 2. Is Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. $^{608.}_{9}$ Tribunatum Plebis an. $^{613.}_{4}$ Ædilis Plebis factus eſt an. $^{615.}_{6}$ Prætor Urbanus an. $^{618.}_{9}$ quo Apollinares Ludos, ut Prætoris officium erat, celebravit. In cujus memoriam caput Apollinis, cui dedicati erant, ut ſæpe, ex *Livio*, diximus, in anteriore Bigati denarii parte expreſſit. Anno ſequenti Perperna Præturam Provincialem iniit V. C. $^{619.}_{20}$

II.

Caput Libertatis laureatum: ex averſo latere, M. PERPERNA M. F. Caduceus, globus, cornucopiæ & temo.

Ex Prætura Provinciali M. Perperna ad Conſulatum acceſſit cum C. Claudio Pulchro an. $^{621.}_{2}$ Ille Aſiam ſortitus obtinuit, & ut tradit *Oroſius*, audita Craſſi Conſulis clade, advolavit in Pro-
„ vinciam, & Ariſtonicum, recenti elatum victoria, impro-
„ viſo bello adortus ſuperavit, obſeſſumque Stratonicæ, quò
„ fugerat, fame coegit ad deditionem. Ariſtonicus vero, juſſu

Sena-

Senatus, in carcere ſtrangulatus eſt, ex *Floro*. Ille Eumenis erat filius nothus, qui, quùm Attalus Pergami regnum teſtamento reliquiſſet P. Romano, Aſiam invaſerat. Sic M. Perperna, illo mortuo, hunc denarium aureum in Aſia, cum Libertatis Romanæ imagine cudit, ut denotaret Attali ditionis populos eſſe liberos, & per caduceum pacem, & per cornucopiæ abundantiam in Imperio Romano & in mari eſſe, quorum ſunt ſymbola globus & temo. De illa victoria triumphare non potuit Perperna, nam quùm omnes Attalicas Gazas Romam miſiſſet, dum ſucceſſorem M. Aquilium expectat, Pergami morbo correptus interiit.

III.

M. PERPERNA COS. Caput Herculis pectore tenus, lævo humero clavam, corona populea ornatum: ex averſo latere C. PAPIRI. CARBO. Tripus, cui ſupereminet ſtella, in corona ex lauro.

Jam deſcriptus eſt hic denarius aureus in gente Papiria, quam C. Papirius Carbo, ut Quæſtor M. Perpernæ Conſulis, percuſſit. Hic ſuperioris filius Quæſturam Provincialem adeptus eſt, an. 645/6. Tribunatum Plebis an. 650/1. Ædilis Plebis factus eſt an. 653/4. Prætor Urbanus an. 656/7. Provincialis, an. 657/8. poſtea Conſul creatus eſt cum C. Claudio Pulchro an. 661/2. Ille Galliam Ciſalpinam, &, ut res Hiſpaniæ Citerioris averteret, obtinuit, ut Valerius Conſul anno præcedente; & nummus Perpernæ uſque ad fretum Gaditanum, illum fuiſſe profectum indicat, & in templo Herculis celeberrimo vota ſeu ſacra feciſſe. In cujus memoriam C. Carbo illum cum capite Herculis Gaditani, populea corona ornato, ut Evandri ætate, ex *Virgilio*, ſeu potius ex *Macrobio, lib.* 5. accepimus.

Tripus in averſa parte, vel ad denotanda ſacra huic deo peracta, ſeu quod illi ſacer erat, ut apud *Ciceronem de natura deorum*, inter Apollinem & Herculem de Tripode contentionem fabulantur Poëtæ. Stella Herculis eſt apud Chaldæos, quam alii Marti tribuunt, quandoquidem Pontifices, apud *Macrobium* loco laudato, eundem eſſe Herculem & Martem perhibent. Corona ex lauro ſpectat ad illos qui ſacra fecerunt, quùm omnes in hoc lauream geſtarent.

Tandem M. Perperna Cenſuram geſſit cum L. Marcio Philippo, & luſtrum fecerunt 67. vixit annos 98. *Dio Caſſius lib.* 41. illum mortuum dicit an. V. C. 704/5. quo Cæſar bellum civile movit.

PETILLIA.

PETILLIA gens Plebeia, ſed Conſularis, C. Petillius Tribunus Plebis primus Legem tulit de ambitu an. [395/6] Nomen videtur eſſe diminutivum à *Peto*, qui obliquatis oculis in altum reſpicit, vel qui alterum oculum minorem habet. Nobis ſuperſunt ejus gentis duo tantum cognomina, *Capitolinus* à *Capitolio*; alterum *Spurinus* diminutivum à *ſpurio*, ſeu *notho*.

I.

Caput Libertatis, EX S. C. in averſa parte, Q. PETILLI. C. F. Q. N. SPVRINVS. Romanus togatus ſedens, d. haſtam, coronatur à Victoria pone eum ſtante.

Q. Petillius C. F. Q. N. Spurinus à Quæſtura Provinciali, Magiſtratus iniit an. [562/3] Tribunatum Plebis accepit an. [566/7] quo cum patruele, Quinto etiam prænomine Petillio, diem ad Populum dixerunt P. Scipioni Africano, qui voluntario exilio Liternum ipſe conceſſit. Petillius poſtea Præturam Urbanam ſortitus obtinuit an. [572/3] in qua quùm nuntius eſſet allatus, L. Æmilium Procoſ. à Liguribus in caſtris eſſe obſeſſum, juſſus eſt à Senatu, apud *Livium*, duas Legiones civium Romanorum tumultuarias ſcribere, & omnes minores 50. annis ſacramento rogare. Quare denarium cudit ex Senatuſconſulto, in quo ſedens in Sella curuli, Prætorum inſigni, haſtam gerens, & à Victoria coronatus, quaſi jam de hoſtibus relata, exhibetur. Sed altero de Liguribus fuſis ac cæſis per Proconſulem nuntio, juſſus eſt Petillius urbanas dimittere Legiones.

Conſulatum iniit cum Cn. Cornelio Scipione Hiſpali an. [577/8] ambobus Ligures obtigere, ſed horum ſacrificia inauſpicata mortem utrique indicarunt. Scipio ex monte Albano rediens, in apoplexiam incidit ex qua obiit, Petillius Letum montem aggreſſus incautè, miſſili trajectus leto affectus eſt.

II.

CAPITOLINVS. Caput Jovis Capitolini: ex averſo latere PETILLIVS; Templum ſex columnis ſuffultum.

Alludit ſuo nomini Petillius Capitolinus, dum Jovis Capitolini caput ex anteriore denarii parte, & templum Jovis Capitolini ex altera exhibet. Quis vero fuerit ille, quove tempore vixerit, incertum. Si qua tamen conjectura uti liceat, non illum fuiſſe remur, ad quem pertinent verſus illi *Horatii lib. 1. Satir. 4.*

——————— mentio ſi qua
De Capitolini furtis injecta Petilli
Te coram fuerit, defendas.

Quia *Helenius Acro* de illo inquit, „ Petillius dum Capitolini curam gereret, coronæ ſublatæ cauſam dixit & abſolutus eſt ab „ Auguſto. Sub hoc autem Principe quùm hoc nomen ſibi adſciſcit, nulli amplius nummi argentei, ut ita loquar, Conſulares ſignati ſunt, haud dubie hiſce temporibus antiquior, & ad patrem aut illius majores ſpectat, qui Capitolini nomen non ab arce Capitolina, ſed à ſacris Jovi Capitolino faciundis habuit, de quo in ſequente.

III.

PETILLIVS CAPITOLINVS. Aquila, alis expanſis inſiſtit fulmini: ex averſo latere templum ſex columnarum, cum litteris S. F. id eſt, *ſacris faciundis.*

Literæ S. F. quas omnes interpretantur *ſacris faciundis*, Petillium quemdam, Capitolinum fuiſſe vocatum ob Decemviratum ſacris faciundis, quem ille habuerat quùm illi creati ſunt, denotant, ante quam XV. viratus à Sylla inſtitutus fuiſſet. Ad antiquitatem recolendam caput Jovis Capitolini, & aquilam illius fulmen gerentem, unus è Petilliis in altero denario expreſſit, cum templo Jovis Capitolini ex utraque parte averſa, quod illorum fuerit munus carmina Sibyllina in hoc templo ſervare: ſed ut horum hiſtoriam breviter complectamur ab eorum origine inchoandum.

Tarquinius Priſcus ad ſacros libros cuſtodiendos ſtatim duos ex civibus illuſtribus cuſtodes creavit, ſervoſque publico ſumptu eis

ſtatuit. Porro autem an. V. C. $^{383.}_{4}$ Lege lata à Tribunis Plebis C. Licinio & L. Sextio ex II viris x. viri facti ſunt, ſimulque cautum eſt ut pars ex plebe, pars ex patribus fieret. Hoc vero anno duos Petillios reperimus, C. Petillium Libonem Viſolum & Q. Petillium Libonem Viſolum, Ædiles Plebis: alteruter forſan, ex quinqueviris Plebeiis fuit, unde Capitolini cognomen adeptus eſt.

Templum Jovis Capitolini Tarquinius Superbus Rex vovit, & M. Horatius Valerii Poplicolæ in Conſulatu Collega dedicavit. Ante vero erat ſacellum, Jovi Junoni & Minervæ ſacrum, quod Capitolium vetus dictum eſt. Templi novi proſpectus exaſtylos, qua frons meridiem ſpectabat, fuit, ut denotant denarii: ſed ut diverſa facies, ſi nobis conjectare liceat, prima eſt illius templi à Tarquinio conſtructi, poſt quadringentos amplius annos incendio conſumpta an. $^{670.}_{1}$ quo libri etiam Sibyllini cremati ſunt: altera videtur nova, plurimis ſtatuis in frontiſpicio ornata.

PETRONIA.

PETRONIA gens, Plebeia, ſed Conſularis, è Sabinis oriunda. Petronius Sabinus vixit ſub Tarquinio, teſte Dionyſio. Nomen ejus deſumptum à *Petrone* apud *Sigonium*. *Petrones* ruſtici fere dicuntur propter vetuſtatem, *Sex. Pompeio lib.* 14. Illius gentis cognomen nobis tantum ſupereſt adoptivum *Turpilianus*, è gente Turpilia in Petroniam adoptatus.

I.

CAESAR AVGVSTVS. Caput Auguſti: ex averſa parte, TVRPILIANVS. IIIVIR. Tarpeia manibus expanſis, obruta clypeis.

P. Petronius cognomen adoptivum TVRPILIANVS tantum in hoc denario exhibet, cum titulo Triumviri, nempe Monetalis, quem caput Auguſti, & argentea illius Principis moneta cum Senatu diviſa denotant; ſed in averſa parte Tarpeiam Virginem Veſtalem, clypeis obrutam, ad indicandam è Sabinis oriundam, ſignavit. Nemo ejus hiſtoriam neſcit, quam *Servius* ad *Virgilii* verſus hæc narrat, Tarpeia ſedes dicta eſt à Tarpeia virgine; „ quùm enim Romulus contra Sabinos bella tractaret, & Tarpeio cuidam dediſſet arcem tuendam, ejus Tarpeia filia, aquatum profecta, in hoſtes incidit, quam quùm hortarentur ad proditionem, illa pro præmio popoſcit ornatum manuum ſiniſtrarum, id eſt, armillas. Facta itaque arcis proditione, hoſtes ingenioſa morte promiſſa ſolverunt, nam ſcuta, id eſt, ſiniſtrarum ornatum, ſuper illam jacientes, eam luce privarunt: quæ illic ſepulta Tarpeiæ ſedi nomen impoſuit. Titurius quoque Sabinus, ad demonſtrandam gentis etiam ſuæ originem, Tarpeiæ ſimilem typum in denariis, ut infra videbimus, percuſſit.

II.

TVRPILIANVS IIIVIR. FERO. Caput deæ Feroniæ : ex averſa parte AVGVSTVS CAESAR. Figura in bigis duorum Elephantorum, d. ramum oleæ, ſ. ſceptrum.

Turpilianus Triumvir, ad indicandam adhuc è Sabinis ſuam originem, Feroniæ deæ, ab illis peculiariter cultæ, ſimulacrum in anteriore denarii parte expreſſit. De illa *Dionyſius, lib.* 3. ita ſcribit. Eo „ bello confecto aliud à Sabinis exortum eſt, cujus cauſa fertur „ hæc. Fanum eſt quod Sabinis, æque ac Latinis, ſumma religione colitur, ſacrum deæ Feroniæ, quam Græci in ſuam linguam, modo Ἀνθηφόρον, vertunt, modo Φιλοστέφανον, modo Proſerpinam.

Averſi lateris typus jam in Durmia gente prodiit num. 3. ex quo M. Durmium eodem anno, nempe [734] cum P. Turpiliano Triumvirum Monetalem fuiſſe colligimus, qui eundem typum expreſſerunt. Figuram in bigis Elephantorum, quam eo loco diximus eſſe Indum Oratorem Romam ingredientem, pro pace confirmanda. *Dionem* audias hoc anno loquentem. Frequentes, „ ait, ad Auguſtum Legati commearunt, ac Indi pacem, quam „ antea per Oratores petierant, tunc interpoſito fœdere ſanxe- „ runt, mittenteſque dona. Ideo Orator in curru coronam ex oliva gerit, d. ramum hujus arboris, ſ. ſceptrum Regis ſui, ad percutiendum ſupra illud fœdus. Nam quando fœdera cum remotiſſimis populis fiebant, inventum eſt, ut ſceptrum, quaſi imaginem Jovis tenerent, Elephanti, videntur eſſe pro Auguſto dona.

III.

TVRPILIANVS IIIVIR. FERON. Caput idem deæ Feroniæ : ex averſa parte CAESAR AVGVSTVS SIGN. RECE. Parthus genuflexus ſignum militare gerens.

Cum eodem deæ Feroniæ capite ad denotandam ſuam ex Sabinis, ut diximus, originem Turpilianus aliud Auguſti factum, ut & ipſe Durmius num. 1. exhibet, nempe eodem anno [734] ſigna à Craſſo & Antonio à Parthis recepit, ut narrat *Dio*, *lib.* 54. Interim

terim Phraates, quia nihil dum eorum, quæ pactus fuerat, „ perfeciſſet, veritus ne ab Auguſto impeteretur, ſigna ei militaria & captivos omnes, paucis demptis, qui ſe ipſos pudore moti interemerant, aut in Parthia occulte remanſerant, „ miſit. Ideo Parthus genuflexus, ſignum militare gerens, in denario exhibetur, cum epigraphe, *ſignis receptis.*

IV.

TVRPILIANVS III. VIR. Caput muliebre corona hederacea ornatum: ex averſa parte eadem epigraphe CAESAR AVGVSTVS SIGN. RECE. Idem typus, Parthus genuflexus, ſignum militare gerens.

Ex *Dionyſii Halicarnaſſei* ſuperioribus verbis, Feroniam Sabinorum deam, ſub plurimis nominibus celebrari, præſertim ſub Proſerpinæ appellatione obſervavimus; hæc mulier corona hederacea inſignis eſt, ſed ex illo ornatu, inquit *Amicus*, hæc dea videtur eſſe Libera. Legat autem *Ciceronem*, unam eandemque eſſe Liberam & Proſerpinam, 6. *Act. in Verrem.*, Vetus eſt, inquit, opinio, judices, quæ conſtat ex antiquiſſimis Græcorum litteris atque monumentis, Inſulam Siciliam totam eſſe „ Cereri & Liberæ conſecratam, hoc enim ceteræ gentes ſic „ arbitrantur: tum ipſis ſiculis tam perſuaſum eſt, ut animis eorum inſitum atque innatum eſſe videatur: nam & natas eſſe in „ his terris deas, & fruges in ea terra primum repertas arbitrantur, „ & raptam eſſe Liberam, quam eandem Proſerpinam vocant. „ Ideo Turpilianus ad indicandam ſuam è Sabinis originem, deam modo Feroniam, modo Proſerpinam, exhibet. Parthus genuflexus, ſignum militare gerens, ſignatur ad ſigna illa à Phraate Parthorum Rege ad Auguſtum miſſa denotanda: nam, ut ait *Dio*, „ ea Auguſtus quaſi bello aliquo Parthum viciſſet, accepit. „

V.

P. PETRON. TVRPILIAN. III. VIR. Caput Liberæ corona hederacea ornatum: ex averſo latere CAESAR DIVI F. ARME. CAPT. Armenia tutulo ornata, ſupplex genuflexa.

Eadem Libera ſeu Proſerpina ad denotandam Turpiliani è Sabinis

binis originem, ſed ille in hoc denario P. Petronius, ſcilicet è gente Turpilia in Petroniam aſſertus, producto nomine, dictus eſt, ut moris erat, Turpilianus. C. Turpilius Ædilis cum C. Valerio ſub Triumviris Domitio & Soſio Coſſ. an. 721. citantur in *memoriis antiquis Italiæ* apud *Appianum*, *pag.* 115. an ejus frater aut filius à P. Petronio adoptatus. Armenia pingitur manibus extenſis ſupplex, quod hoc anno 634. quo Petronius fuit Triumvir, inquit *Dio*, *lib.* 53. Quùm Armeniæ „ Majoris Populus Artabazem accuſaret, Tigranemque fratrem „ ejus, qui tunc Romæ erat, evocaret, Auguſtus Tiberium acerſivit, ut Artabazem regno pelleret, Tigranemque ei præficeret. Ideo Petronius ſcribit in denario *Armenia capta*; quùm modo ſub Parthis, modo ſub Romanis illa eſſet Provincia.

VI.

TVRPILIANVS III. VIR. Caput idem Liberæ ſeu Proſerpinæ, corona hederacea ornatum: ex averſa parte, AVGVSTO. OB C. S. in corona ex quercu compoſita.

P. Petronius à cognomine prioris gentis Turpiliæ vocari magis gaudet, & ideo Turpilianus ſæpius inſcribitur. Eandem adhuc Liberam deam exhibet, ſed *Amicus* à nobis poſtulat cur coronam hederaceam præferat illa, ſane ut Liberi ſoror, Liber autem dictus eſt Bacchus. Nam, inquit *Cicero*, *de Nat. deor. lib.* 2. quem noſtri „ majores auguſtè ſanctèque Liberum cum Cerere & Libera con- „ ſecraverunt, quod quale ſit ex myſteriis intelligi poteſt. Sed „ quod ex nobis natos liberos appellamus, idcirco Cerere nati, nominati ſunt, Liber & Libera.

Corona civica expreſſa eſt etiam à M. Durmio, ut à Petronio Triumviris Monetalibus, in denario pariter aureo, ob cives ſervatos, quod quotannis Auguſto hujuſmodi corona aurea, in foliis hederam imitantibus, concederetur, quod perpetuus Civium eſſet Servator, ut in quit *Dio*, *lib.* 53. *pag.* 507.

VII.

AVGVSTVS CAESAR. Caput Auguſti: ex averſa parte, P. PETRON. TVRPILIAN. III. VIR. Pegaſus cum alis.

Non

Non tantum Triumviri Monetales Auguſti, ejus imaginem in denariis exhibuerunt, ſed anno, quo Magiſtratum geſſerunt, quæ acta ſunt ab illo ſignavere. Felices nos, ſi omnes in noſtras manus perveniſſent. Haud dubie amplius, quam de ſua vita in *Lapide Ancyrano* ſcripſit, haberemus. Hic per Pegaſum Corinthiorum inſigne (nam ex *Julio Polluce lib. 9. cap. 6.* Et Pullus, Corinthiacus nummus appellabatur, quod Pegaſum haberet inſculptum) illum Corinthum urbem, quam ejus pater D. Julius Coloniam deduxerat, an. $^{708}_{9}$ ex *Dione, lib.* 4. Corinthum vero, Carthaginemque, urbes ,, antiquas, ſplendidas, illuſtres, quæ jam perierant, Colonias ,, Romanorum deduxit, ipſe Colonis iterum illum hoc anno fre- ,, quentaſſe, nos edocet.

VII.

AVGVSTVS CAESAR. Caput Auguſti, ut ſupra: ex averſo latere. P. PETRON. TVRPILIANVS III VIR. Siren ſuperiore corporis parte mulier cum alis, infimo volucris, d. lyra canit, ſ. ad latus admota.

Ex hoc Sirenis typo, Neapolis urbis, ab Auguſto, ut ex *Hiſtoriis* intelligimus inſtauratæ confirmationem accipimus. Tres Poëtæ fuiſſe fabulantur Acheloi fluminis & Calliopes Nymphæ filias, quorum nomina fuerunt, Parthenope, Lyſia, & Leucoſia. Hæ, quùm littus Siculum incolerent, nautas prænavigantes, ſuavitate cantus, in naufragium pelliciebant. *Ovidius lib. 5. Metamorph.* tradit, has fuiſſe comites Proſerpinæ, eamque raptam diu quæſiiſſe, quam quùm non inveniſſent, in marina monſtra eſſe converſas. Secundum fabulam, partim virgines fuerunt, partim volucres; ut nummus hanc depingit. Harum una voce, altera tibiis, alia lyra canebat: denarius Parthenopen lyra canentem nos edocet, primo juxta Pelorum, poſt in Capreis Inſulis habitaverunt, 8. mil. paſſ. diſtantibus à Parthenope urbe, ſic dicta; ut auctor eſt *Plinius, lib. 3. cap.* 3. à nomine Sirenis, ibi ſepultæ, de qua etiam *Suidas*, Νεάπολις πόλις Ἰταλικὴ διάσημος, ἐν ᾗ παρθενόπης ἵδρυται Σειρῆνος ἄγαλμα. Neapolis, urbs Italica, inſignis, ,, in qua Parthenopes Sirenis ſtatua eſt collocata. Hæc urbs Campaniæ, à Chalcidenſibus condita, quæ quùm à Cumanis eſſet

everſa, ingruente acerbiſſima peſte, ita jubente Apollinis Oraculo, ab iiſdem ſplendidius eſt reſtituta, bonaque civium eo tranſlata; ad differentiam veteris urbis, Neapolis eſt appellata. *Quidam* exiſtimant Parthenopen cum aliis fuiſſe inſignes meretrices, quæ quùm tranſeuntes perducerent ad egeſtatem, fictæ ſunt inferre eis naufragia.

IX.

AVGVSTVS CAESAR. Caput Auguſti: ex averſa parte TVRPILIANVS. III. VIR. Luna bicornis in qua aſtrum.

Studioſi Numiſmatum Græcorum, Lunam illam bicornem cum aſtro in Trajano Principe Byzantiorum eſſe inſigne, omnes norunt: itaque Petronius Turpilianus aliquod beneficium Byzantiis Auguſtum hoc anno contuliſſe, per illum typum denotare voluit. Id innuere videtur *Tacitus*, *An.* 13. dum de Byzantio loquitur & de Julio ac Auguſto, ait, *mox recentia in Cæſares merita*. Luna bicornis cum aſtro, ad Dianam Luciferam ſpectant, Dianæ autem erat Byzantii templum; ut *Heſychius*, *Codinus*, *&* *Chronicon Alexandrinum*, teſtantur; & ut confirmat nummus æreus regius, à *Car. du Cangio ex theſauro Regio relatus in calce Byzant. Famil.* ex anteriore parte Dianam, arcu & pharetra inſignem, & Lunam bicornem, cum eodem aſtro præferens.

X.

AVGVSTVS CAESAR. Caput Auguſti laureatum, TVRPILIANVS III. VIR. Lyra.

Lyra haud dubiè Apollinis eſt ſymbolum, & per illud, à Petronio Turpiliano, in nummis Auguſti ſignatum, aliquod factum in hujus Dei honorem celebratum indicat, & ſi noſtra vera eſt conjectura, in memoriam Ludorum, ob victoriam Actiacam omni quinquennio celebratorum, quia Apollo apud Actium colebatur, cui templum in Palatio extruxit Auguſtus. De iis Ludis ita loquitur
„ *Dio. lib.* 53. Ludos propter Actiacam victoriam decretos, cum
„ Agrippa exhibuit, & in iis equeſtre certamen per pueros & viros
„ Patricios peregit. Iique deinceps ad noſtram uſque ætatem Ludi,
„ quinto quoque anno, facti ſunt, eorumque curatio quatuor Sacer-
„ dotum Collegiis per ordinem incumbit, Pontificibus, Auguribus,

Septem-

Septemviris & Quindecimviris. Hoc anno 734. videntur ſecundi à victoria Actiaca: ob Ludos Auguſtus videtur corona ornatus.

XI.

AVGVSTVS CAESAR. Caput Auguſti nudum: ex averſo latere P. PETRON. III. VIR. Figura muliebris nuda, humi deſidens, ſ. caput ſuſtentat, ad latus duo ſpicula erecta, prope eam animal extenſum & mortuum.

Mulier illa humi nuda deſidens, & læva caput ſuſtentans, Provincia eſt mœſta, recens ſubacta. Si vero ad annum 734. quo P. Petronius Triumvir Monetalis fuit, reſpicimus, Cantabria eſt; *Dio* enim narrat Agrippam ex Gallia in Hiſpaniam tranſiiſſe. Nam, „ inquit, Cantabri qui in bello capti fuerant, ac venditi, ſinguli „ ſuis dominis interfectis, domum ſuam redierant, multiſque ad de- „ fectionis ſocietatem permotis, caſtellis quibuſdam occupatis ac „ communitis, præſidia Romanorum adoriebantur. Et paulo poſt; „ Cantabros, qui eſſent militari ætate, omnes prope delevit, reli- „ quos dearmavit, & ex montanis locis in campeſtres tranſtulit: quas ob cauſas Auguſtus Agrippæ triumphum decrevit, quem modeſtia non egit. Duo ſpicula ſunt arma quibus illi utebantur: ut in denario Sulpiciæ gentis, pone Hiſpaniam, vidimus. Animal videtur cuniculus, Hiſpaniæ inſigne, ut in nummo Hadriani Principis, cum epigraphe HISPANIA, ob copiam qua regio abundat: mortuus eſt, quod eorum pars major in hoc bello deleta fuerit.

XII.

ϹΕΒΑϹΤΗ ϹΥΝΚΛΗΤΟϹ ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ ΙΕΡΩΝΥΜΟϹ. id eſt *Auguſta Senatus, Smyrnæorum Hieronymus.* Capita adverſa Liviæ & Senatus: ex averſo latere ϹΕΒΑϹΤΟϹ ΤΙΒΕΡΙΟϹ ΕΠΙ ΠΕΤΡΩΝΙΟΥ: *Auguſtus Tiberius ſub Petronio.* Templum quatuor columnarum, in quo Figura velata Tiberii, d. ſimpulum.

Quamvis nummi Conſulares ultra Auguſtum non ſint admittendi, & eorum ſeries in illo finem habere debeat, aliquot tamen, ob gentis propagationem, aut nummorum raritatem, proferre liceat, quales hi ſunt P. Petronii ſuperioris filii, ut temporis ratio ſuadet. Hic Conſul ſuffectus fuiſſe videtur, & Provinciam Aſiam obtinuiſſe, ut demonſtrat nummus

Smyrnæ cuſus, ab Hieronymo illius Præfecto, ΕΠΙ ΠΕΤΡΩΝΙΟΥ, ſub Petronio, ſubauditur, Proconſule: quod confirmat *Philo, lib. de Legatione ad Caium.* Plura de Petronio ſcribens, cui dicitur, *Præfecturam adeptus Provinciarum Aſiæ Syriæque.*

Tacitus, lib. 4. *Annalium*, hunc typum nobis interpretatur „ quum, inquit, Legatos Aſiæ, ambigentes quanam in civitate „ templum Tiberio ſtatueretur, plures per dies audivit. Unde- „ cim urbes certabant pari ambitione viribus diverſæ. Et paulo „ poſt. Ita rogati ſententiam Patres Smyrnæos prætulerunt. Ideo Smyrnæi Senatus caput exhibuerunt, cum Liviæ imagine ex adverſo, quùm eſſet Tiberii mater, licet à negotiis removiſſet, nam anno $^{778.}_{9}$ quo hoc templum illi decretum eſt, illa ſit mortua annos 85. nata, & decumbentem non inviſiſſet. Habes igitur ejus templi iconem, in quo velatus viſitur, ut Pontifex Maximus, lituum gerens ejus Sacerdotii ſummi inſigne. Hieronymus ille, Smyrnæorum Præfectus, multos Tiberio nummos percuſſit, ut videre eſt in *noſtro de Græcis Imperatorum nummis.*

XIII.

IMP. TI. CLAVD. CAES. AVG. GER. Caput Claudii laureatum. ΕΠΙ ΠΕΤΡΩΝΙΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Ρ. *ſub Petronio Antiochenſium an.* 90. In laurea.

P. Petronium in ſuperiore nummo Aſiæ Proconſulem, ut Smyrnæi illius Provinciæ populi exhibuerunt, vidimus; nunc Antiochenſes Syriæ eum illius Provinciæ rectorem proferunt. Is L. Vitellio, à C. Caligula, ſucceſſor miſſus eſt an. $^{792.}_{3}$ ut tradit *Joſe-* „ *phus, lib.* 18. *cap.* 11. Caius, inquit, porro indignè ferens à „ ſolis Judæis ita ſe deſpici, Legatum in Syriam mittit Petronium ſucceſſurum Vitellio, hiberna egit apud Ptolemaidem, uſque in ver anni $^{793.}_{4}$ Caligula occiſus eſt, die 24. Januarii an. $^{794.}_{5}$ Antiochenſes novo Imperatori Claudii nummos percuſſerunt, ejuſque imaginem in anteriore eorum parte exhibuerunt, cum epigraphe Latina, quùm à Pompeio & deinde à Senatu jus cudendæ monetæ obtinuiſſent; ut in pleriſque S. C. notam obſervare eſt.

Littera P. æram Antiochenſium, id eſt, an 90. quæ initium

ſumpſit

ſumpſit pridie Kal. Oct. $\frac{704}{5}$ ſub Julio Cæſare, ut indicat *Chronicon Alexandrinum*, ubi ad annum primum Olympiadis 183. Ante diem IV. Idus Maias, Indictionis primæ. Et propoſita ,, eſt in urbe magna Antiochia libertas ipſius, quando Romanis ,, ſubjecta eſt, die 20. menſis Artemiſii ab eodem Julio Cæ- ,, ſare miſſa. Itaque ſi an. V. C. $\frac{704}{5}$ adjicias an. 90. habebis annum $\frac{794}{5}$ quo Imperium Tib. Claudius aſſumpſit. Vide *Diſſ.* 3. *de Epochis Syromacedonum Emin. Card. Noriſii.* Laurea eſt ad denotandum Imperatorem Romanum omnium gentium eſſe victorem; vel in Apollinis, tutelaris Antiochiæ urbis Dei, honorem percuſſa eſt.

PINARIA.

PINARIÆ gentis Patriciæ varia origo profertur. Alii ante Herculis adventum in Italiam eam memorant, quæ ad ejus ſacrorum ſuorum cum gente Potitia eſt adhibita, de quo *Virgilius*, *lib.* 8.

Et domus Herculei cuſtos Pinaria templi,
Hanc aram luco ſtatuit.

Servius, eum locum exponens, ἀπὸ τῆς πείνης, id eſt, à *fame*, Pinarios dictos tradit. Alii à *Pino* Numæ Regis filio, ortos narrant. Duplex eorum cognomen nobis in denariis ſupereſt, *Natta* nempe & *Scarpus*, qui à voce Græca Κάρπος, ut putat *Fulvius*, & s. litteram, quæ detrahendi vim habet, adjectam, quod qui primus *Scarpi* cognomine uſus eſt, aliquam in ea manus parte, vel à natura, vel à fortuna labem acceperit.

I.

Caput Romæ galeatum: ex averſo latere, NAT. Caſtor & Pollux decurrentes in equis cum haſtis.

Forma denarii cum typo Caſtoris & Pollucis, antiqua eſt, & ni fallor, ille ſpectat ad L. Pinarium Nattam filii L. Pinarii. Ille Quæſtor Militaris fuit an. 485/6. Ædilis Curulis an. 488/9. Ille vero Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. 518/9. in qua ſolemnem denariorum Romanorum typum, ad Provinciæ impenſas, percuſſit. Caſtor & Pollux tutelares P. Romani dei habebantur, quia adfuerant pro eo in prælio ad lacum Rhegillenſem. In cujus rei memoriam, ab A. Poſthumio Dictatore, illi ædes dedicatæ ſunt, juxta Juturnæ fontem; uti innuit *Ovidius*, *in Faſtis*, ita canens:

Fratribus illa dies, fratres de gente deorum
Juxta Juturnæ compoſuere lacus.

II.

II.

Caput Romæ galeatum: ex averſa parte, NAT. Victoria in bigis, d. flagrum, ſ. habenas equorum.

Alter eſt ſolitus denariorum argenteorum typus, Victoria in bigis, d. flagrum gerens, à Pinario Natta ſignatus. Roma autem ut dea in iis appoſita eſt quùm cudi cœpere; æquum enim erat, ut moneta, quæ in Urbe ejus cudebatur, imaginem illius exhiberet: nam in ærea Janus erat bifrons, & deinde Jupiter, aliique dei tutelares, & ipſa etiam Roma, galea ſemper ornata ad bellum. Ideo in parte averſa Victoria in bigis, ut ſemper victrix, expreſſa; unde denariis nomen bigatorum.

III.

Caput Romæ galeatum: ex averſa parte NATTA. Victoria in bigis, d. coronam, ſ. habenas, in imo ROMA.

Ad eundem L. Pinarium ſpectat denarius, etiam ſi integra ſit inſcriptio cognominis NATTA. Id perſuadet typus idem, nempe Victoria in bigis. Sed *Amicus* illam pro flagro, coronam dextra præferre objicit, & ſic aliquam victoriam denotare. Quid tum? nonne L. Pinarius aut Prætor aut Legatus, licet de hoc ſileat *Hiſtoria*, quandam reportaſſe potuit? Unde in Bigato denario Victoriæ coronam, pro flagro addiderit. Sed etiam proferre audemus Victoriam in bigis, coronam ferentem, non ſemper victoriam indicare, ſed illius eſſe inſigne ſolitum, à Monetario promiſcuè ſignatum: nam in pari typo, in *Gaza Regis Chriſt.mi* aſſervato, cum epigraphe NATTA, Victoria utraque manu habenas equorum regit, ad arguendam victoriam, modo flagrum, modo coronam, modo ambabus equos regentem à Monetario, pro arbitrio eſſe expreſſam.

IV.

Caput Jani bifrontis, cum modio in capite: ex averſo latere Navis Saturni, in vertice NAT. in imo ROMA.

Sextantarius eſt hic nummus, tertiæ magnitudinis, quem eadem inſcriptio, & pondus eidem L. Pinario Nattæ adjudicant, ſi quidem ex *Plinio*, *lib.* 33. as libralis, primo bello Punico, quod an. $\frac{488.}{9}$ cœpit, ad Sextantarium reductus eſt, & ſecundo ab anno $\frac{535.}{6}$ incœpto Sextantarius, ex eodem *Plinio*, ad aſſem libralem diminutus eſt: Itaque L. Pinarius, inter utrumque tempus, anno ſcilicet $\frac{518.}{9}$ Quæſturam Provincialem, ut diximus ſupra, ſuſcepit. De Jano aſſis Romani ſolito typo, & de Navi Saturni, averſæ partis illius perpetuo inſigni, ſparſim egimus.

V.

Caput Herculis pelle leonina amictum: ex averſa parte NAT. in vertice Navis in medio, ROMA in imo.

Quin ad L. Pinarium Nattam pertineat hic nummulus æreus non eſt dubitandi locus: ſed quænam ſit hæc moneta minuta? non quadrans eſt; nam tres globuli, quibus notatur, haud adſunt, nec pondus quartæ Sextantarii parti reſpondet, ſed quadrantis hujus temporis dimidia pars eſſe videtur, nempe ſextans: de quo nummulo *Livius* loquitur, *lib.* 2. „ Extulit eum Plebs, ſextantibus collatis in capita. De capite Herculis cum pelle leonina, in hac minima moneta ſignato, ob antiquum Romæ illius cultum ſparſim diximus, quùm ejus imago ſæpe occurrat. Navis Saturni perpetuum averſæ partis æreorum nummorum eſt inſigne.

Pinarii cognomine Cottæ Familia, etiamſi Magiſtratibus ſummis non inſignis fuerit, ad annum tamen $\frac{777.}{8}$ propagata eſt, ut legimus apud *Tacitum*, *Ann.* 4. Accuſabant, inquit, Satrius ſecundus & Pinarius Natta, Sejani clientes.

VI.

M. ANTO. COS. III. IMP. IIII. Caput Jovis Ammonis cum cornu arietino: ex averſo latere, SCARPVS IMP. ANT. in aliis ANTONIVS AVG. Victoria gradiens, d. coronam, ſ. palmam.

Hic denarius jam in gente Antonia num. 61. vulgatus eſt, quùm

quùm Scarpus è gente Pinaria, teſte *Dione*, *lib.* 51. M. Antonii Triumviri fuerit Legatus, quem cum quatuor Legionibus Libyæ præfecit an. $^{722}_{3}$ ut oram maritimam ſervaret, dum contra Cæſarem bellum moveret; at quùm Antonius ex clade Actiaca, ut ait *Plutarchus*, in Africam delatus eſt, præmiſſa in Ægyptum ex Paratonio „ Cleopatra, in ea urbe, Scarpus erat & in memoriam victoriæ quam retuliſſe mentiebatur, Antonius denarios, cum Ammonis Parætonii dei tutelaris imagine, percuſſit. De qua urbe ita loquitur *Stephanus*, κάλουσι οἱ δὲ μὲν Παραιτόνιον τὴν πόλιν, οἱ δὲ Ἀμμωνίαν. Vocant alii Parætonium urbem, alii, Hammoniam. Hæc ita videtur dicta, ob „ templum Jovis Hammonis, qui ſub ſpecie arietis cultus, ſic dictus, quod ſitienti Libero Patri in Arabiæ deſertis, Jovemque imploranti apparuerit, terramque concutiens pedibus, fontem oſtenderit. Ideo Jupiter depingitur cum Arietis cornibus. Scarpus autem qua occaſione appellatus fuerit Imperator, obſcurum eſt; ſtatim Antonio male fidus ad Cæſarem deſcivit, de quo in ſequentibus denariis.

VII.

AVGVSTVS DIVI F. Victoria pede inſiſtens globo, d. coronam, ſ. palmam: ex averſa parte, IMP. CAESAR. Manus, in imo SCARPVS IMP.


VIII.

CAESAR DIVI F. Eadem Victoria ſtans: ex averſo latere SCARPVS IMP. Eadem manus.

Pinarius Scarpus, ubi M. Antonium ad Actium fuiſſe debellatum accepit, mox ad Cæſarem defecit. De illo *Plutarchus* inquit, Poſtquam Præfectus copiis Africanis deſcivit ab eo, inſtitit ſibi „ manus inferre: nam Legiones tradidit Cæſari. *Dio* autem, *lib.* 51. Antonius cognito Cornelium Gallum, accepto Scarpi exercitu, ſubito Parætonium occupaſſe, ad Parætonium contendit, ſed fruſtra. Quando autem hos argenteos nummos cuderit Cæſari, longe poſt hunc annum $^{722}_{3}$ quo ſuperiorem ſignavit, arguit cognomen Auguſti, quod illi datum eſt tantum an. $^{726}_{7}$ An vero uſque ad hoc tempus Libyæ præfuerit, an poſtea iterum, non minus obſcurum,

quam qua occaſione Imperatoris titulum olim retulerit. *Fulvius* ſe alterum Scarpi denarium vidiſſe ſcribit; in cujus una parte hoc idem Victoriæ ſignum cum epigraphe, IMP. CAES. DIVI. F. PONTIF. in altera ſimulacrum Jovis Ammonis, ſed eum antequam Cæſar Romam rediiſſet, Pinarius cudere potuerat. Sed Auguſti appellatio dubium movet. Manus in utroque nummo ſignata ad Scarpi cognomen ſpectat, de quo vide initio.

PLAE-


PETRONIA
CAESAR AVGVSTVS
P·PETRON
III·VIR
ΣΕΒΑΣΤΟΣ
ΕΠΙ ΠΕΤΡΩΝΙΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ Ρ
CAES·AVG·GER·IMP·TI·CLAVD·
PINARIA
NAT
ROMA
NATA
M·ANTO·COS·III·IMP·IIII·
ANTONIVS AVG·
SCARPVS·IMP
AVGVSTVS DIVI·F·
IMP·CAESAR
CAESAR DIVI·F·
SCARPVS
IMP·
TAB.CIX.


PLAETORIA
M·PLAETORIVS
M·PLAETOR·CEST·S·C
SORS
M·PLETORIVS
CEST·S·C·
EID· MR·
BRVT·IMP
PLANCIA
CN·PLANCIVS
AED·CVR·S·C
TAB: CX

PLAETORIA.

PLAETORIAM eandem eſſe cum LAETORIA, plurimis argumentis probavit *Fulvius.* Plebeia eſt, ſiquidem M. Plætorius, fuit Tribunus Plebis an. $^{265.}_{6}$ & ejus, ut videtur, nepos M. alter Plætorius Tribunus Plebis an. $^{387.}_{8}$ Legem tulit de novo Prætoris jure & officio, quo primum factus eſt. Orta eſt è Sabinis, ut videtur, ex oppido Mutuſca, quæ & Trebula dicebatur, juxta *Veteres Inſcriptiones.* Cognomen ejus tantum adoptionis *Ceſtianus*, ex Ceſtia gente in Plætoriam, nobis ſupereſt in denariis.

I.

CESTIANVS. Caput Cybeles, ſeu Matris Magnæ turribus ornatum : ex averſa parte, M. PLAETORIVS AED. CVR. EX. S. C. Sella Curulis, in area ſcorpio.

M. Plætorius Ceſtianus, qui denarium cudit, filius M. Plætorii, quem occidit Sylla, quod ad M. Marii ſupplicium exanimis concidiſſet an. $^{671.}_{2}$ fuiſſe videtur, uti tradit *Val. Maximus*, *lib. 9. cap. 2.* An ille vel pater ejus adoptaverit Ceſtium, unde Ceſtiani nomen, obſcurum eſt; nam L. Ceſtianus tempore Ciceronis erat Senator, qui reliquit L. Plætorium Ceſtianum M. Bruti Quæſtorem, de quo mox dicturi: M. autem Ceſtianus, in hoc denario, Ædilis Curulis nominatur, quem hunc Magiſtratum geſſiſſe cum C. Flaminio an. $^{686.}_{7}$ nobis indicat *Cicero*, *Orat. pro Cluentio & Fonteio*, cum in hoc Magiſtratu Ceſtianus M. Fonteium Capitonem de repetundis, ſubſcriptore M. Fabio, accuſavit, quem ipſe *Cicero* defendit.

Sella Curulis, Ædilis eſt inſigne, & ad indicandum hunc Ceſtiani Magiſtratum ſignata : ex anteriore vero parte caput Cybeles, ſeu Matris Magnæ, Ludos Megalenſes à M. Plætorio celebratos fuiſſe demonſtrat : & quidem notæ EX S. C. illos ex Senatuſconſulto editos arguunt. Hi Ludi in ejus deæ honorem agebantur per ſex dies, & inchoabant pridie Kal. April. & Scenici

nici erant. Scorpio nota erat Scalptoris, ut & alia in aliis denariis arguunt.

II.

CESTIANVS S. C. Caput galeatum & laureatum Victoriæ, pectore tenus: ex averſo latere M. PLAETORIVS M. F. AED. CVR. Aquila unguibus fulmen.

Hic denarius confirmare videtur quod ſupra diximus, M. Plætorium Tribunum Plebis an. 663. & à Sylla occiſum fuiſſe hujus patrem, dum ſe in eo Marci filium inſcribit, quem denarium in Ædilitate etiam Curuli, ut indicat epigraphe AED. CVR. percuſſit. Aquila Jovis ales, & ejus inſigne, illi in bello contra Gigantes fulmina miniſtrabat, M. Plætorium magnos etiam Ludos Jovi dicatos, & nota S. C. illos ex Senatuſconſulto, celebraſſe, arguit: adde quod hoc anno 684. Q. Lutatius Catulus templum Jovis in Capitolio, quod incendio conflagaverat, ac reparatum erat, dedicavit, ut tradit *Plin. lib.* 7. *cap.* 43. Victoriæ galeatæ & laureatæ caput, indicare videtur ipſius Ædem in 8. regione, à Plætorio reſtitutam eſſe, Senatuſconſulto. Ædilium autem Curulium munus templa & alia publica ædificia reficere, ſæpe diximus.

III.

Caput Sortis: ex averſa parte M. PLAETOR. CEST. S. C. Hermes ipſius deæ ſupra baſim ſeu aream, in qua ſcriptum legitur, SORS.

In Ædilitate Curuli M. Plætorii denarius hic etiamſi Ædilis, nomen in eo ſcriptum non ſit, percuſſus videtur. Porro nota S. C. id arguit, & reſtauratarum, apud Præneſtinos, Sortis ædium hinc & inde denarii partes indicia ſunt. Ædilium Curulium munus erat, ut ſupra dictum eſt, Ædes ſacras reparare; id confirmat *Cicero*, *Verr.* 7. Mihi ſacrarum Ædium procurationem. Nos etiam docet Præneſtis fuiſſe templum Sortibus dicatum, *Divin. lib.* 2. his verbis, Fani, pulchritudo & vetuſtas Præneſtinarum etiam nunc Sortium retinet nomen, atque id in vulgus. *Quidam* exiſtimant eſſe Fortunæ templum, in quo ſortes tollebanbantur. *Plinius*, *lib.* 36. *cap.* 25. Fortunæ templi pavimentum

tum lithoſtrotis Sullam ſtraviſſe narrat, idem in Ædilitate ſua ex s. c. M. Plætorium reſtauraſſe nobis indicare videtur hic denarius, qui in rei memoriam, Sortis caput ex una parte, & ejus ſimulacrum ex altera exhibet: quale erat in area, ut *Suetonius* notat *in Tiberio*, *cap.* 63.

IV.

Caput Sortis: ex altera parte M. PLAETORIVS CEST. S. C. Templum triangulare cum icuncula diversè effícta deſuper.

Caput muliebre in hoc denario impreſſum, Sortis videtur eſſe; ſed paulum imago à ſuperiore diverſa eſt, &, ſi nobis conjecturæ locus, altera eſt Sortium. Duæ autem erant ex his *Ciceronis* verbis; Præneſtinarum etiamnum Sortium retinet nomen. *Suetonius* duas pariter agnoſcit, in *Tiber. cap.* 63. ſed majeſtate Præneſtinarum Sortium territus deſtitit. M. autem Plætorius, ut templum Sortium Præneſtinarum à ſe reparatum denotaret ex Senatuſconſulto, ejus iconem exhibuit, utpote ſingularem. Sed unum duntaxat nos movet, quæ illa figura ſupra ædium frontiſpicium? an ad illius ornamentum? at quum figura in duas partes inferne ſcinditur, an Sortes in diverſos exitus abire, demonſtret?

V.

Caput Sortis, ut ſupra: ex averſa parte, M. PLAETORIVS CEST. EX S. C. Urceolus, & tæda.

Iterum prodit Sortis imago, quæ nobis templum Præneſtinarum Sortium, à M. Plætorio reſtauratum, in Ædilitate ſua ex Senatuſconſulto demonſtrat: nec inutile forſan erit earum originem ex *Cicerone* vobis referre, ſic ait. Numerium Suffucium Præneſtinorum monumenta declarant, honeſtum hominem & nobilem, ſomniis crebris, ad extremum etiam minacibus, quùm juberetur certo in loco ſilicem cædere, perterritum viſis, irridentibus ſuis civibus, id agere cœpiſſe: itaque perfracto ſaxo Sortes erupiſſe, in robore inſculptis priſcarum litterarum notis. „

Urceus & tæda perfectum fuiſſe templum, & in eo, poſt reſtaurationem, ſacra facta fuiſſe: nempe libationes per urceum, & funalia per tædam, aut lumina per totum templum accenſa.

VI.

VI.

Caput Sortis, ut ſupra: ex averſo latere M. PLAETORIVS CEST. EX S. C. Caduceus alatus.

Caput Sortis nihil aliud quam templi Sortium Prænestinarum, à M. Plætorio in Ædilitate ſua ex Senatuſconſulto reſtaurati, memoriam exhibet. At quùm Romani omnes de antiquitate majorum gloriabantur, M. Plætorius in altera denarii parte, ut ſuam ſignificaret, caduceum, Mercurii inſigne, expreſſit, nempe à M. Plætorio, qui quùm tantum eſſet Primipili Centurio an. $^{258.}_{9}$ ità magnæ autoritatis fuit apud Plebem, quod, ſpretis Claudio & Servilio Coſſ. illi Populus dedicationem ædis Mercurii dederit; ut *Livius*, *Dionyſius*, & *Val. Maximus*, ſunt teſtes. M. ille Plætorius Tribunatum Plebis adeptus eſt an. $^{265.}_{6}$

VII.

Caput Mercurii: ex averſo latere M. PLAETORI. CEST. EX S. C. Caduceus alatus.

M. Plætorius totum hunc denarium, ad arguendam gentis ſuæ antiquitatem, percuſſit, dum ex una parte Mercurium, & ex altera caduceum, ejus inſigne exhibuit: nam hoc lemmate primas Mercurii ædes, à M. Plætorio Gentili ſuo ab anno $^{258.}_{9}$ Romæ dicatas fuiſſe revocavit. Mercurium quidem à Romulo cum aliis diis, quos ab Albanis adſcivit, cultum fuiſſe narrat *Dionyſius*. Hic, ut ſolet depingi, effictus eſt, nempe juvenis, formoſus, non fucatus aut comptus, ſed nativa quadam virtutis ſpecie, vultu hilari, & acribus oculis; cui antiquitas caduceum cum duobus ſerpentibus ei implicatum, eo quod Præconis munere fungatur, & pacis auctor habeatur, aſſignavit, & quidem alatum, quod ſermo, ut volucris per aëra feratur.

VIII.

BRVT. IMP. L. PLAET. CEST. Caput M. Bruti: ex averſa parte, EID MAR. Pileus, inter duos pugiones.

En M. Bruti Julii Dictatoris percuſſoris effigies, quam L. Plætorius

torius Ceſtianus, ut Quæſtor ejus expreſſit, de quo abunde in Junia gente egimus. Nunc de L. Plætorio Ceſtiano dicendum; hic, inquit *Fulvius*, fortaſſe fuit M. Plætorii Ædilis Curulis, qui in ſu- ,, periore tabella deſcriptus eſt, ſed non animadvertit M. Plætorium , in ſecundo denario, Marci filium ſe inſcripſiſſe, ut L. Plætorius in ſequente ſe Lucii filium appellat. Forſan habuerunt eundem avum, & ut remur antiquiorem. Hujus pater videtur L. Plætorius, de quo narrat *Cicero*, *pro Cluentio*, his verbis. Opportunè adeſt ho- ,, mo ſumma fide & omni virtute præditus, L. Prætorius Senator, &c. Pileus libertatis ſymbolum eſt, quam pugionibus, id eſt, cæde Cæſaris Dictatoris, qui illam opprimere conatus fuerat, reſtituere Brutus cum aliis optabat.

IX.

MONETA. S. C. Caput Monetæ: ex averſa parte, L. PLAETORI. L. F. Q. S. C. id eſt, *L. Plætorius Lucii filius Quæſtor Senatuſconſulto.* Figura virilis nuda, d. rutabulum, ſ. ſaccum: pro pedibus tæda accenſa.

Hic denarius L. Plætorium Lucii F. appellat, ergo M. Plætorius, qui Marci F. in ſuperiore nominatur, ejus frater eſſe non potuit. Is ſe Quæſtorem inſcribit, & M. Bruti ſuperior effigies illius fuiſſe denotat. In priore denarii parte Monetæ imago eſt, quod Quæſtores Provinciales curam gererent pecuniæ publicæ in uſus diverſos erogandæ, ut refert *Aſconius in Ciceronem in Verrinis*; & quidem hic denarius Senatuſconſulto cuſus eſt, quum Senatus nempe Bruto Provinciam decreviſſet: in averſa vero parte *Fulvius* militem quendam ſignatum eſſe, qui ſtipendium à Quæſtore acceptum ſacculo ſervare opinatur. Sed miles nudus depingi non videtur, nec habet ſacculum in *Patintano*; an non potius monetæ Miniſter, qui d. rutabulum ad movendam materiam liquatam gerit, & tæda infra illum eſſe qui fornacem accendit.

X.

L PLAET. CEST. Caput velatum Pietatis cum modio: ex averſa parte, BRVTVS IMP. Seceſpita & capeduncula.

Totus hic typus à L. Plætorio, in gratiam M. Bruti, cujus erat

Quæſtor, ſignatus eſt. Seceſpita & capeduncula ad Sacerdotium, quo ornatus erat, ſpectant. Quindecimviratus autem Sacerdotio fungebatur, in quorum cuſtodia erant libri Sibyllini, quos adibant conſulendos ex s. c. & ad illum referebant, & quæ carminum juſſu facienda, peragebant, Ludorumque Sæcularium curam habebant. Pietatis imago, ad denotandam ejus erga deum, ob ſacrificia per ſeceſpitam & capedunculam deſignata. Seceſpita qua hoſtias diſſecabant; capeduncula pro libationibus, vas erat à Numa, pro ſacris relictum. Brutus in hoc denario Imperator appellatur, ob Beſſos Macedoniæ populos ab eo devictos; de quo titulo vide in Junia gente.

PLANCIA.

PLANCIAM gentem fuiſſe Plebeiam ex eo conſtat, quod Cn. Plancius, de quo nobis ſuperſunt denarii, Tribunus Plebis fuerit, ut infra dicemus. Ejus gentis nomen à cognomine *Planco* derivatum eſt. Plancæ, inquit *Verrius*, dicebantur tabulæ planæ, „ ob quam cauſam & Planci appellantur, qui ſupra modum pedi- „ bus plani ſunt.

I.

CN. PLANCIVS AED. CVR. S. C. Caput muliebre, inauri ornatum cum calantica: ex averſa parte, Pharetra, arcus, & capra fera Libyca.

Cn. Plancius Eques Romanus ex præfectura Atinati, 4. milliaribus ab Arpino, habuit patrem Cn. Plancium qui militavit ſub P. Craſſo Imperatore. Is autem in Creta, ſub Q. Metello, contubernalis Sentii Saturnini, propinqui ſui militavit. In Macedonia primum Trib. militum, deinde Quæſturam accepit ſub L. Apuleio Prætore an. 695/6. Fidus *Ciceroni* fuit amicus, quod Arpino eſſet proximus, quem exulem excepit, Dyrrachium dimiſſis lictoribus obviam proceſſit, ſuſceptumque Theſſalonicam ad ſuum Quæſtorium perduxit. Ad Tribunatum Plebis acceſſit an. 697/8. Ædilis deſignatus an. 698/9. ambitus reus à Lateranenſi poſtulatus eſt; illum defendit amicus *Cicero* & abſolutus eſt. Ædilitatem Curulem geſſit cum A. Plautio an. 699/700. ut teſtatur etiam denarius, cujus typum interpretaturi ſumus.

Ædilis Curulis hoc erat officium ex *Lege XII. Tabularum.* Suntoque Ædiles Curatores urbis, annonæ, Ludorumque ſolemnium „ &c. Ludi autem plurimi, ſed illi quorum curam habebant Ædiles, erant Megalenſes deæ Cybele dicati; Cereales in Cereris honorem; Ludi Magni ſeu Romani, Jovi, Junoni & Minervæ; Florales deæ Floræ: ſic eos deſignat *Cicero*, *Act. 7. in Verrem.* Nunc ſum deſiſignatus Ædilis, habeo rationem, quid à Populo Romano accepe-

" rim, mihi Ludos ſanctiſſimos maxima cum cærimonia Cereri,
" Libero Liberæque faciendos, mihi Floram matrem, Populo
" Plebique Romanæ Ludorum celebritate placandam; mihi Lu-
" dos antiquiſſimos, qui primi Romani ſunt nominati, maxima
" cum dignitate, ac religione Junoni Minervæ eſſe faciendos.

Sed quùm muliebris Figura in anteriore denarii parte expreſſa, nullum Numinum, in quorum honorem Ludi ab Ædilibus Curulibus celebrari deberent, effigiem repræſentaret, nec etiam eſſet Diana, cui venationes erant dicatæ, diu hæſimus, cuinam illam adjudicaremus. At quum Ludi Scenici ſunt, vel Circenſes, nobis adfuit
" *Salvianus, Maſſilienſis Presbyter, de Gubernatione dei*, ſingulas Lu-
" dorum ſpecies ſingulis Diis conſecratas fuiſſe nos edocens, his ver-
" bis, Colitur namque, inquit, & honoratur Minerva in Gymna-
" ſiis, Venus in Theatris, Neptunus in Circis, Mars in Arenis,
" Mercurius in Palæſtris, & ideo pro qualitate auctorum, cultus eſt ſuperſtitionum. Itaque ex ſymbolis, nempe ex aurili & monili Venerem ad indicandos Ludos Scenicos eſſe expreſſam, conjecturamque noſtram confirmavit calantica, quaſi Venus eſſet perſonata.

Pharetra, arcus, & capra fera, inſignem venationem indicant, nam Ædiles Curules auræ popularis captandæ cauſa, venationes ſuis impenſis, & non publico ſumptu, dare cœperunt: & tandem in tam inſanas abierunt prodigalitates, ut Legibus ac Senatuſconſultis compeſci vix potuerint, ex omnibus imperii partibus feras, nondum populo viſas, Romam aſportari curabant, & homines etiam ex illis regionibus, qui eas venari & occidere noverunt, cujus deinde rei memoriam in moneta ſub ſuo nomine promulgare curabant.

PLAVTIA.

PLAVTIAM gentem colligimus Plebeiam fuiſſe, quod Plautia Lex Agraria, & Plotia, quæ eadem eſt, de judiciis & altera de vi publica, à Tribunis Plebis ejus Familiæ fuerunt promulgatæ. Conſularis quidem fuit, & triumphalis. Plautiorum nomen, inquit, *Ant. Auguſtinus*, à cognomine Plauto ductum eſt. Plauti autem ſive Ploti dicebantur, qui planis ſupra modum pedibus eſſent; ut Claudii, qui Clodii appellati ſunt. Plurimis uſi ſunt cognominibus, quorum & nobis in denariis ſuperſunt *Hypſæus*, id eſt, *altus*, à voce Græca ὕψος; *Plancus*, à planis pedibus, *Silvanus*, à ſilva, & *Rufus* à capillorum colore.

I.

Caput Junonis Soſpitæ pelle leonina amictum: ex averſa parte M. PLAVTI. L. F. HYPSAEVS. AED. CVR. Sella Curulis, ſupra quam corona, hinc & inde ſpica.

M. Plautius in hoc denario Lucii filius appellatur, habuitque patrem Prætorem an. $\frac{564.}{5}$ & fratrem Caium, Hiſpaniæ Ulterioris Prætorem an. $\frac{605.}{6}$ Ille vero Quæſturam Provincialem accepit an. $\frac{612.}{3}$ Tribunatum Plebis an. $\frac{617.}{8}$ Ædilitatem vero Curulem an. $\frac{621.}{2}$ ut teſtatur denarius in quo epigraphe AED. CVR. & ejus inſigne Sella Curulis, ſupra quam corona poſita eſt, quæ Junoni Soſpitæ, in anteriore parte ideo ſignatæ, ab Ædilibus offerebatur: nempe Ædiles Curules, ante Ludos quos edebant, videntur quotannis ut Conſules ſolemne pro Repub. ſacrificium huic deæ facere, uti denarii innuunt, ut videre eſt ſimilem in gente Cornelia num. 18. Spicæ ex utraque Sellæ parte, Plautium frumenti copiam Romæ procuraſſe denotant: nam à nobis ſæpe dictum eſt Ædiles Annonæ curam habere, ex *Leg. XII. Tabularum* apud *Ciceronem*, *lib.* 3. *de Legibus*. Suntoque Ædiles Curatores urbis annonæ, „ Ludorumque ſolemnium &c.

Ex Ædilitate, nam primus erat honorum gradus, ad Prætu-

tram *Hypſæus* pervenit Urbanam, an. 623/4. Provincialemque an. 624/5. & tandem Conſulatum cum M. Fulvio Flacco obtinuiſſe an. 628/9.

II.

P. YPSAE. S. C. Caput Veneris, pone quod delphinus: ex averſa parte C. YPSAE. COS. PRIV. CEPIT. Figura in quadrigis currentibus, d. flagrum, ſ. habenas equorum.

Alter prodit Hypſæus, ſed Publii prænomine ornatus, quem Pompeii Magni Proquæſtorem cum Æmilio Scauro in Cilicia, Bithynia & bello Mithridatico, *Joſephus*, *Plutarchus*, *Appianus*, & *alii* fuiſſe produnt. At quùm Quæſtores pecuniæ curam haberent, Senatus ejus cudendæ poteſtatem Hypſæo, ob tot impenſas conceſſiſſe videtur ex nota S. C. in anteriore denarii parte appoſita. Sed cur in illa caput Veneris impreſſum eſt, indicat delphinus, qui Venerem Cypri cultam docet, quùm illa in hanc Inſulam in concha appulerit; unde Anadyomene vocata, quod ex mari exiret, unde Delphinus ejus inſigne. *Heſiodus* & *Feſtus* eam vocant Cyprin ſeu Cypriam, quod in Cypro genita eſſet, ubi denarius videtur ab Hypſæo cuſus, quùm hæc Inſula ejuſdem eſſet Provinciæ, quæ Cilicia, cui præerat Pompeius.

P. vero Hypſæus, ut antiquitatem gentis ſuæ revocaret, ut tunc moris erat, ex averſa parte Jovem Fulminatorem in quadrigis cum lemmate C. YPSAE. COS. PRIV. CEPIT. ad indicandum ſe ab illo C. Plautio Hypſæo originem ducere, qui in Conſulatu ſuo ſecundo cum L. Æmilio Mamercino Privernum cepit an. 412/3. Privernum autem erat urbs Latii, circa Uſentem fluvium & Forum Appii.

III.

P. YPSAE. S. C. Caput Neptuni, pone quod tridens: ex averſa parte, C. YPSAE. COS. PRIV. CEPIT.

Alter ſuccedit P. Hypſæi denarius, in Cypro, ut ſuperior, cuſus, ex S. C. ut eadem nota indicat, in quo etiam vox ROMA deeſt, ad illud confirmandum. Illius pars anterior ad Pompeium, cujus erat Proquæſtore, reſpicit; nam ut per illum confectum eſſet bellum Piraticum, Neptunum maris deum inſculpſit, quaſi eſſet

alter

alter Neptunus, qui tam celeriter victoria perpurgaſſet maria. Sextus ejus filius Junior, ſe Neptuni etiam filium poſtea nominavit. Pars denarii averſa antiquitatem gentis P. Hypſæi renovat, nempe C. Hypſæi Familiæ Principis, qui, ut ſupra diximus, Privernum Latii urbem, in ſuo ſecundo Conſulatu cepit an. $\frac{412}{3}$.

IV.

P. HYPSAEVS AED. CVR. in imo C. HYPSAE. COS. PREIVER. CAPTV. Figura agit quadrigas decurrentes. Ex averſa parte, M. SCAVR. AED. CVR. EX. S. C. in imo REX ARETAS. Rex Arabum genuflexus, d. ramum olivæ, ſ. capiſtro camelum tenet.

Ex Quæſtura P. Hypſæus Tribunatum Plebis adeptus eſt an. $\frac{693}{4}$. & Ædilitatem Curulem cum M. Æmilio Scauro an. $\frac{695}{6}$. utriuſque nomina & Magiſtratus exhibet. De magnificentia Ludorum Scauri in Æmilia gente diximus, ut videre eſt apud *Val. Maximum*, *lib.* 2. *cap.* 4. & *Plinium*, *lib.* 36. *cap.* 15. Sed licet ob impenſas abſumpſerit opes ſuas, & magnum æs alienum contraxerit, nullam Ludorum memoriam in denario expreſſit; ſed pacis, quam petere ab Areta Rege coegit, monimentum, exhibere maluit, ut Hypſæus illius Collega, qui vetuſtatis Familiæ ſuæ per Privernum à C. Hypſæo Conſule ſtirpis principe captum an. $\frac{412}{3}$. memoriam renovaret. Notæ EX S. C. denariorum cudendorum ab Ædilibus poteſtatem indicare videntur.

Ex Ædilitate Præturam adeptus eſt an. $\frac{698}{9}$. Conſulatum petens cum P. Scipione & T. Annio Milone an. $\frac{700}{1}$. Ambitus poſtulatus, condemnatus eſt, & ut ſe ab imminentis judicii periculo liberaret, Pompeium, cujus fuerat Quæſtor, oravit. Illi reſpondit faceſſe hinc, neque mihi cœnæ tempus exime; & Pompeius Conſul ſine Collega factus eſt an. $\frac{701}{2}$.

V.

L. PLAVTIVS. Caput Solis plenum: ex averſo latere PLANCVS. Aurora alata, inter quatuor equos, quos habenis regit.

L. Plautius Plancus frater fuit L. Munatii Planci bis Conſulis, Triumphalis, & Cenſorii, teſtibus *Plinio*, *Val. Maximo*, *Paterculo* & *Solino*. Adoptatus eſt in gentem Plautiam, à L. Hypſæo, ut videtur, Prætore: nam duo fratres non idem prænomen gerere ſolebant,

bant, & pro familiæ Munatiæ nomine, quod producere debebat in Munatianum, illius tantum Planci cognomen retinuit, ut L. Æmilius Paulus adoptatus à M. Lepido, Paulus Lepidus dictus. Quando Quæſturam & Tribunatum Plebis geſſerit ignoratur, ſicut de fratre multa ab *Hiſtoricis* prætermiſſa ſunt. Porro illum Præturam iniiſſe nos docet *Cicero*, qui eum an. $\frac{709}{10}$ quo Cæſar occiſus eſt L. Plancum Prætorem deſignatum appellat, *ad Attic. lib.* 16. *ep.* 16. Deinde L. Munatio adfuit in Gallia, unde anno $\frac{710}{1}$ poſt Mutinenſe bellum confectum, ægritudine ex labore caſtrenſi contracta, fratris conſilio Romam ad Præturam rediit, ut colligimus ex *ep. L. Munatii ad Ciceronem Famil. lib.* 10. „ quod acerbiſſimo interitu Conſulum Rempublicam nudatam tali cive Prætore in „ Urbanis officiis indigere exiſtimabam.

Typus verò ejus denarii, quem L. Plautius Plancus percuſſit, Apollinares Ludos celebraſſe in Prætura ſua, indicare videtur. In cujus memoriam pars anterior Solem, ſeu Apollinem, cui erant hi Ludi dicati, exhibet, & poſterior Aurora Solis ipſius nuntia, quam aliqui eſſe Titanis filiam, nempe quando hic pro Sole accipitur, ut innuit *Ovidius lib. Metam.* 1.

Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan.

L. Plancus à Triumviris proſcriptus, quum in regione Salernitana lateret odore unguenti proditus eſt, & ſervis negantibus ſe ſcire ubi eſſet, illorum cruciatus ſuſtinere non potuit, & militum gladiis jugulum præbuit, *Plin.* 13. *c.* 3.

VI.

SILVANVS PRO PR. Caput Romæ galeatum: ex averſa parte, M.PLAVT. M. F. in vertice XXXVII. EX S. C. Colonus togatus agit boves.

Quis fuerit ille M. Plautius M filius Silvanus Proprætore, afferre diu hæſimus, ſed miſſis diſquiſitionibus illum eſſe ſuſpicamur, quem *Livius, in Epitome lib* 6. M. Aulum vocat, Legatum bello Marſico Brutios qui defecerant viciſſe ſcribit, ſed quoties prænomina in illius exemplaribus alia pro aliis ſubſtituta ſint? Is Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. $\frac{650}{1}$ Tribunatum Plebis an. $\frac{654}{5}$ quo Agrariam Legem tulit. Ædilitatem Plebis an. $\frac{658}{9}$ Præturam Urbanam an. $\frac{661}{2}$ Provin-

Provincialem vero an. $^{662.}_{3}$ quam obtinuit prorogato imperio an. $^{663.}_{4}$ unde in denario PROPR. At quùm Prætores cudendæ monetæ poteſtatem haberent præſertim ex S. C. ut denarius ipſe indicat, Silvanus hoc anno, quùm exortum eſſet bellum Sociale ſeu Marſicum, quod Socii jus civitatis non adepti eſſent, de qua Legem Livius Tribunus Plebis anno ſuperiore ferre promiſerat, & L. Julius Conſul, alter hujus anni Conſul, Italos adhuc in fide permanentes civitate donaſſet, in denariis ſuis ex una parte Romam, tanquam communem matrem, & in altera Colonum boves agentem, hoc lemmate novos cives denotans Italos; nam hic typus urbis novæ ſymbolum eſt, & litteræ numerales in denario adſcriptæ XXXVII. numerus videtur eſſe Tribuum, duabus nunc adjectis ad veterem numerum XXXV. ſed poſtea quùm Italorum numerus pace auctus eſt, Italia omnis civitate donata eſt, & Tribus auctæ ſunt ad VIII. juxta alios ad X. Plautius cum exercitu an. $^{667.}_{8}$ à Samnitibus, qui ſe Cinnæ & Mario conjunxerant, cæſus eſt. *Liv. Epit. lib.* 11.

VII.

A. PLAVTIVS AED. CVR. S. C. Caput Cybeles, ſeu Matris Magnæ turribus ornatum: ex averſo latere, BACCHIVS IVDAEVS. Figura ſupplex genuflexa, d. ramum olivæ, ſ. capiſtro camelum tenet.

Aulus Plautius videtur fuiſſe, cognomine Silvanus, & M. Silvani ſuperioris filius, qui Quæſturam Provincialem iniit an. $^{692.}_{3}$ & ſi noſtra conjectura vera eſt, M. Æmilii Scauri in Syria Quæſtor, ut mox dicturi ſumus. Tribunatum Plebis adeptus eſt an. 697. quo litteras Ptolemæi Auletis publicè recitavit, quibus petebat, ut pro P. Lentulo Cn. Pompeius ad ſe reducendum mitteretur. Ædilis factus eſt Curulis cum Cn. Plancio an. $^{699.}_{700}$ quo hunc denarium percuſſit ex S. C. ut fert illius inſcriptio, & in anteriore illius parte Cybeles ſeu Matris Magnæ caput expreſſit, ad denotandum ſe Ludos Megalenſes celebraſſe, cui illi dicati erant, ut ſæpe diximus, & pridie Nonas April. per ſex dies ad V. Idus edebantur in Palatio, teſte *Cicerone, Orat. de Haruſp.*

In poſtica vero, ut M. Scaurus, cujus fuerat, ut diximus, Quæſtor, in Ædiliciis ſuis denariis, Aretam Arabum Regem genuflexum & ſupplicem, Olivæ ramum gerentem, pro pacis impe-

trandæ ſigno, & Camelum, Arabiæ ſymbolum, capiſtro tenentem, ſignaverat. Sic Aulus Plautius ejus Quæſtor. Bacchium Judæum, alterum Arabiæ Regulum cum camelo pariter, pacem olivæ ramo, genuflexum poſtulantem expreſſit, Provinciæ rectorem imitatus, quùm in hac expeditione ille rem proſpere geſſiſſet, cujus memoriam renovare voluit.

VIII.

CAESAR DIVI F. Caput Auguſti laureatum: ex averſa parte A. PLAVTIVS PROCOS. Templum Veneris Paphiæ in Cypro, cum area.

Alter prodit A. Plautius, an ejus filius, vel nepos, vel alterius Auli Plautii quem Ponti ac Bithyniæ Prætorem anno $^{705.}_{\;\;6}$ profert *Cicero, lib. Famil.* 13 *.ep.* 29. Ut ut ſit, hic in nummulo ſed elegante Procoſ. renuntiatur, Proconſulari poteſtate; ſed qua in Provincia certè ignoraremus, niſi typus Veneris Paphiæ templum exhibens, Plautium Cypri rectorem fuiſſe nos edoceret. Templum Veneris Rex Ærias condidit ex *Tacito, lib.* 3. *Ann.* „ Exin Cyprii tribus delubris quorum „ vetuſtiſſimum Paphiæ Veneris, auctor Ærias. Ejus areæ meminit *Plinius, lib.* 2. *cap.* 6. „ Miraculum, inquit, celebre fanum ha„ bet Veneris Paphos, in cujus quandam aream non impluit. Deæ vero ſimulacrum inſtar metæ in medio templi cernitur, de quo *Tacitus*, loco laudato. Simulacrum, inquit, deæ non effigie humana, &c.

IX.

Caput Romæ galeatum: ex averſo latere, C. PLVTI. in imo ROMA. Caſtor & Pollux in equis decurrentes cum haſtis.

C. Plutius ex eadem Plautii gente eſt: ita enim in *Veteribus Monumentis* nominata occurrit, & is fuiſſe videtur, qui vir primarius appellatur à *Cicerone, in Oratione pro L. Flacco.* Quæſturam Provincialem adeptus eſt an. $^{677.}_{\;\;8}$ & poſtea Tribunatum Plebis an. $^{681.}_{\;\;2}$ quo magnas turbas excitavit. Illum in Aſia Legatum fuiſſe *Tullius* aſſerit, loco citato; *Appianus* vero, *in Mithridaticis*, bello Piratico mari Siculo etiam Legatum præfuiſſe ſcribit, eumque Plotium Varum nominat, quod nomen confirmatur apud *Tacitum lib.* 7. De Caſtore & Polluce, ſolito denariorum argenteorum inſigni, ſæpius diximus.

X.

X.

CAESAR AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. Caput Auguſti: ex averſa parte, C. PLOTIVS RVFVS IIIVIR. A. A. A. F. F. circa ambitum. S. C. in area.

Alter accedit C. Plotius; an à ſuperiore originem traxerit, incertum. Caii prænomen aliquod dubium præbere poſſet, nam prænomina ex eadem Familia geniti ſervare ſolebant, & raro illis alii utebantur: adde quod C. Plutius in denario ſuperiore, apud *Appianum* Plotius appellatur, cui ſuffragatur & *Florus*, *lib.* 3. *cap.* 6. Nec Rufi cognomen movet: nam ſæpe novum ſibi arrogabant, aut ab aliis imponebatur: nullum alium Plotium Rufum quam apud *Suetonium* legimus, *cap.* 19. qui in Auguſtum conjuraſſe ab eo dicitur. Hic Triumvir Monetalis in nummo recenſetur, nempe Senatus, utpote qui æream monetam ſibi cudendam cum Auguſto, ut ſparſim à nobis dictum eſt, poſt Provinciarum Imperii Romani diviſionem, acceperat.

XI.

AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. In corona ex lauro contexta, in averſa parte C. PLOTIVS RVFVS IIIVIR. A. A. A. F. F. circa ambitum. S. C. in area.

Nova moneta percuſſa eſt, poſtquam ipſa ut ſummæ poteſtatis nota, inter Auguſtum & Senatum, uti Provinciæ inter eos, diviſa eſt. Tres fuerunt Auguſti Monetales qui auream & argenteam ſignarent, tres pariter Senatus, qui æream cuderent, ſed ſemper cum effigie aut Auguſti nomine, quod toto ejus imperio obſervatum fuiſſe videtur, ſed illo mortuo, apud alios Imperatores Triumviri tantum recitantur Monetales in inſcriptionibus, nulla eorum amplius in nummis facta mentione. *En vetus lapis* ejuſdem gentis Plautiæ, ſub Tiberio & Claudio.

T. PLAVTIO M. F. A. N. SILVANO AELIANO
PONTIF. SODAL. AVG. TRIVMVIRO A. A. A F. F.
Q. TI. CAESARIS LEGATO LEGIONIS V. IN GERMANIA.
PR. VRB. LEGATO ET COMITI CLAVDII CAES. IN
BRITANNIA. CONSVLI. PROCONSVLI. LEGATO. PROPR. MOESIAE.
&c.

XII.

OB CIVIS SERVATOS. Corona quercea inter duas lauros : ex averſo latere , C. PLOTIVS RVFVS III VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum. S. C. in area.

Triumviri Monetales Senatus, ad indicandam illius in cudenda moneta poteſtatem ſub Auguſto, notam S. C. in omnibus ſemper appoſuere, uſque ad Gallienum; geminamque in, iis nempe ſecundæ & tertiæ magnitudinis formam, ſemper percuſſerunt. Occurrit tamen minuta moneta, ſed Auguſti tempore, in ea S. C. non obſervatur, ſub aliis Imperatoribus verſus Flavios etſi rara, ſæpe in ea apponitur. De Auguſti nomine Cæſari Juniori impoſito à Munatio Planco, dictum eſt, ut de Tribunicia Poteſtate, ei in perpetuum conceſſa. Corona quercea ante ejus domum quotannis ſuſpendebatur, ut & lauri rami, tanquam perpetuo hoſtium Victori, & civium perpetuo Conſervatori.

POBLI-

PLAUTIA



TAB. CXI.


POBLICIA
ROMA
ROMA
POMPEIA
Q·POMPEIA·F·
SVLLA COS
COS
TAB.CXII.

POBLICIA.

POBLICIA gens Plebeia, ſed Conſularis, eadem, quæ PVBLICIA, ut divos pro divus dicebatur. Ejus nomen à *publico* derivatum eſt, apud *Sigonium*; & ex illa nobis in denariis unum *Malleoli* cognomen ſupereſt, quod aliquis ex ea Familia primus *malleum* invenerit.

I.

Caput Genii capillis cincinnatis: ex averſo latere, M. POBLICIVS MALLEOLVS. Ovis, ſive aries.

M. Poblicius L. filius & L. nepos in *Faſtis* deſcribitur, fratremque habuit Lucium, de quo nobis infra ſermo. Ille Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. $^{516.}_{7}$ Tribunatum Plebis an. $^{511.}_{2}$ Ædiliſque Plebis factus cum fratre majore L. Poblicio, an. $^{513.}_{4}$ huncque denarium ut ſolebant Ædiles percuſſit. Hinc prodit Genius, Populi R. vindex, & inde Ovis, in memoriam quod Pecuarii, quos ad Populum reos adduxerant, qui agrum P. Romani publicum occupaverant & uſurpaverant, peculatus damnati fuiſſent. Unde pecus ſeu ovis rem pecuariam notat: nam peculatus & pecuniæ nomina à pecude apud *Feſtum* ex *Varrone* promanarunt.

Ex pecunia autem illa multatitia Ædiles fratres Ludos Floræ faciundos inſtituerunt, & ejus deæ ædem juxta Circum maximum extruendam curarunt. Hanc vetuſtate labentem reparaſſe Auguſtum narrat *Tacitus*, *lib. Ann.* 2. & poſtea Tiberium dedicaſſe an. $^{769.}_{70}$ eodemque, ait, in loco ædem Floræ ab Lucio & Marco Publiciis Ædilibus conſtitutam. Sed non modo ex ea pecunia Ædem Floræ, ſed clivum, quo in Aventinum vehiculi Velia venire poſſit, apud *Feſtum*; nam antea rupes erat, & poſtea clivus fuit plurimum utilis, qui ex iis fratribus, clivus Publicius dictus eſt; ut videre eſt apud *Ovidium*, *Faſt. lib.* 5.

Parte locant clivum, qui tunc erat ardua rupes
Utile nunc iter eſt, Publiciumque vocant.

Ex Ædilitate ad Præturam Urbanam acceſſit M. Poblicius an. $\frac{519.}{20}$ & Conſulatum poſtea cum M. Æmilio Lepido geſſit, an. $\frac{521.}{2}$ & ambo Conſules contra Sardos rebelles miſſi ſunt, quos repreſſerunt. Unde Poblicii poſteriores trophæa in ſuis denariis renovarunt, ut infra ſumus dicturi.

II.

C. MALLEOL. Caput Romæ galeatum: ex averſa parte L. LIC. CN. DOM. Figura nuda in bigis, d. haſtam vibratura, ſ. clypeum & baculum oblongum, in cujus apice caput aſininum.

C. Malleolus qui legitur in denario, è gente Poblicia eſt, cujus cognomen eſt, ſed ſi nobis conjicere liceat ex ſcriptura denarii, & ratione temporis, pater eſt C. Malleoli Cn. Dolabellæ Quæſtoris, cujus ſunt ſequentes denarii. Habet in averſa parte L. Licinii & Cn. Domitii nomina, ut & aliæ Familiæ, quas recenſuimus, nempe Aureliam & Coſconiam, & quas deinde proferemus, ſcilicet Pomponiam & Porciam. Unde Epocha eorum omnium eſt ſub iſtis Cenſoribus ab anno $\frac{661.}{2}$ quo Magiſtratum adepti ſunt, uſque ad luſtrum factum, quo ſic plurimi reperiuntur Triumviri Monetales. At quùm idem omnium ſimilis typus ſit, annuum & ſemeſtre tantum fuiſſe Cenſuræ tempus ex Lege Æmilia an. $\frac{321.}{2}$ lata, & idem factum ab illis omnibus expreſſum inter utrumque tempus videtur: de quo diximus ad Valerium Flaccum hoc anno in Hiſpania victorem ſpectare, uti in ejus gente relaturi ſumus.

III.

L. METEL. A. ALB. S. F. Caput Honoris laurea coronatum: ex averſa parte C. MAL. Honos ſedens ſuper acervum clypeorum, d. haſtam; coronatur à Victoria pone eum ſtante.

Jam deſcriptus eſt hic denarius in gente Cæcilia num. 37. quùm Metelli cognomen ad illam ſpectans, præferat; & quia tria variarum Familiarum nomina continet, à Triumviris, non Monetalibus, ſed ſacris ædibus reficiendis percuſſus eſt. Si vero Caius ille Poblicius Malleolus, qui Quæſtor Cn. Dolabellæ, Ciciliæ Prætoris, Quæſtor fuit, ex illorum numero ſit, illum hunc Magiſtratum minorem geſſiſſe oportuit ante Quæſturam, nam in ea occiſus eſt, an. $\frac{673.}{4}$ & ſimilis nominis ſcriptura C. MAL. ad eum

ſpectare

ſpectare denarium denotat. Adde quod alter Triumvir L. Cæcilius Metellus L. Metelli Diademati filius, qui per Magiſtratuum gradus ad Conſulatum pervenit, ſed antequam iniret, mortuus eſt. Quæſturam etiam anno 672. ſuſceperat, & tertius A. Albinus Spurii filius inſcriptus, eſſe videtur filius Spurii Poſtumii Albini Conſulis an. 643. qui hac ætate hunc etiam Magiſtratum inire potuit.

Caput Honoris laureatum in anteriore denarii parte, & ipſius effigies clypeis inſidens in altera, templum illius vetuſtate collapſum, vel igne aut in parte conſumptum, reſtauratum ab iis Triumviris denotat. Illud erat extra portam Collinam, ut refert *Cicero* 2. *de Legibus*, Sic noſtis extra portam Collinam Ædem Honoris. Ad illud erat in-,, troitus per Virtutis templum, unde oſtendebatur non patere aditum ad verum honorem conſequendum, niſi per Virtutem ipſam; ideo caput Honoris lauro coronabatur, & Virtus galea erat inſignis, quia bello Honos quærebatur, & poſt victoriam laurus concedebatur, quod Victoriæ ipſius ſignum Honorem ipſum laurea coronans comprobat, & etiam Honos clypeis, quaſi illorum ſpoliis, inſidet.

IV.

Caput Honoris laureatum: ex averſa parte C. MAL. Idem Honoris clypeis inſidentis, & à Victoria coronati typus.

Quam aptè præit ſuperior typus cum nominibus L. Cæcilii Metelli & A. Poſtumii Spurii F. ad interpretandum hunc denarium, quem neſciremus à Triumviris Ædibus ſacris reficiendis percuſſum, in memoriam reparati Honoris templi. Aliquis tamen ejus reparationem, ob Honoris imaginem in anteriore, & ejus ſymbola in altera parte, ſuſpicari poſſet; ſed in aliquo alio Magiſtratu, aut ab altero Publiciæ gentis, qui prius illud reſtauraverit. A M. Marcello ex manubiis Siculienſibus extructum fuit, quod P. Cornelio Scipione Africano, P. Licinio Craſſo Divite Coſſ. dedicavit an. 548. Fuit & alia Romæ Honoris & Virtutis ædes, conſecrata à C. Mario devictis Cimbris, ſed qua Urbis regione ex *P. Victore* & ex *aliis* non liquet.

V.

V.

Caput Romæ galeatum, ſupra quod in vertice malleolus: ex averſa parte incus, ſupra quam C. MAL. Vir nudus cum ſtrophio, d. pede thoraci impoſito, ſ. haſtam, ſtat ante trophæum.

C. Poblicius Malleolus Quæſturam Provincialem iniit an. 673. quo Quæſtores primum, Lege Cornelia à Sulla Dictatore lata, viginti creati ſunt, ſub Cn. Dolabella Prætore Ciliciæ, in qua Provincia interfectum fuiſſe autor eſt *Pædianus, in Verr.* 3. his verbis, C. Malleolo Quæſtore Cn. Dolabellæ occiſo, duas ſibi hereditates veniſſe arbitratus eſt, unam Quæſtoriæ procurationis; nam à Dolabella Proquæſtore jus eſt eſſe; alteram tutelæ. Is autem Malleolus denarios in Provinciæ ſumptus cudit, in anteriore quorum parte malleolum inſignia gentis ſuæ, & incudem ex altera expreſſiſſe videtur, ad denotandum quod aliquis ex Familia ſua primum malleum inveniſſet, ut antiquitatis cognomen argueret. In ſequente denario dicetur de typo averſæ partis fere ſimili.

VI.

Caput Romæ galeatum, ſupra quod in vertice malleolus: ex averſo latere, C. MAL. Vir nudus ſtrophio ornatus; pede ſupra galeam, d. haſtam, ſtat inter trophæum & proram navis.

Malleus in hoc & in ſuperiore denario à C. Malleolo, ad denotandam ejus cognominis in gente Poblicia antiquitatem, impreſſus eſt: ut vir ſtrophio inſignis ad monumenta terreſtris per trophæum, & navalis victoriæ per proram de Sardis erecta arguenda, ſignatus: in primo autem hujus Malleoli Familiæ denario M. Poblicium Malleolum Conſulem anno 521. contra Sardos rebelles profectum eſſe diximus: illoſque navali prælio viciſſe indicat prora, & trophæum in Inſula erectum, illos plane ſubactos, poſt prælium in Sardinia contra eos commiſſum, denotat. *Zonaras* illos Conſules magnam prædam ex Inſula retuliſſe, in *ejus anni geſtis* obiter memorat. M. autem Poblicius pede thoraci in uno, & galeæ in altero, bellum feliciter confectum declarat, cujus memoriam, tanquam ab eo gentili originem ducens, C. Malleolus renovaſſe gloriatur.

VII.

VII.

M. POBLICI. LEG. PRO. PR. Caput Romæ galeatum: ex averſo latere, CN. MAGN. IMP. Pompeius militari habitu, pede ſupra proram, accipit palmæ ramum ab Hiſpania Provincia, duo ſpicula & breve ſcutum læva gerente.

M. Poblicius ob prænomen ex Malleolis eſſe videtur; nam ſupra protulimus M. Poblicium Malleolum Conſulem an. $\frac{521}{2}$ ſed quis ille fuerit, quidam eum fratrem fuiſſe autumant C. Malleoli Quæſtoris Cn. Dolabellæ in Cilicia occiſi an. $\frac{673}{4}$ qui Legatus Proprætore fuit Cn. Pompeii Magni in Hiſpania, ut titulus denarii præfert. *Dio*, *lib.* 40. narrat Hiſpaniam Pompeio decretam in quinquennium; ideo Pompeium è navi egredientem exhibet, cui Hiſpania palmam, id eſt, victoriam, quaſi illam planè ſubacturo, aut motus ejus coërcituro, porrigit. Poblicius Cn. Pompeii Legatus Proprætore ex *Ill. Spanhemio diſſ. 6.* dicitur, qui exercitui ejus ſummo cum imperio præerat, adſumptus in partem curæ militaris, aut regendæ Provinciæ: ideo denarios ad uſum Provinciæ percuſſit, etſi Pompeium appellat in iis Imperatorem, non quod ex Hiſpania tunc retulerit titulum, quùm recens advenit; ſed eum jam ex Africa reportaverat; ut *Plutarchus* teſtatur, *in ejus vita.* Hiſpania depicta eſt, qualis in Galbæ denariis viſitur, cum ſpiculis & parvo clypeo, ſeu cetra, ex *Livio*, quibus armis utuntur Hiſpani.

VIII.

Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA. Q. id eſt, *Quæſtor*: ex averſa parte C. POBLICI. Q. F. Q. *Caius Poblicius Quinti filius Quæſtor.* Hercules ſuffocans leonem, ad latus pharetra, pro pedibus clava.

C. Poblicius Quinti filius non ex Malleorum Familia eſt, nam in ea nullus Quinti prænomen tulit, ſed ex Bibulorum ſtirpe; habuit patrem Q. Bibulum Prætorem Provincialem an. $\frac{590}{1}$ Ipſe vero Quæſturam ſuſcepit an. $\frac{617}{8}$ ut videtur, ſub Prætore Achaiæ, in Provinciam Romanam à Mummio à decem annis redactæ: qua de re in averſa denarii parte ad id indicandum, Herculis

laborem primum, nempe leonem ſuffocantis, in media Græcia Nemæis Ludis, ſacris antiquiſſimis hoc anno celebratum, imprimi curavit.

Ex Quæſtura Provinciali C. Poblicius ad Tribunatum Plebis tranſiit an. 622./3 Ædilis Plebis fuit an. 624./5 Prætor Urbanus an. 627./8 Provincialis vero an. 628./9 prorogataque illi eſt Provincia an. 629./30

POMPEIA.

POMPEIAM gentem fuiſſe Plebeiam conſtat, ſed Conſularem. Ejus nomen à Pompeiis oppido Campaniæ, quod Hercules victor ex Hiſpania reverſus condidiſſe narrat *Solinus*, deſumptum videtur. Illam gentem à Tibicine natam ipſi exprobrant inimici, apud *Plutarchum*. Cognomina in denariis ſuperſunt, *Magnus*, à rebus præclare geſtis, *Rufus* à colore, & *Strabo*, qui oculos habet diſtortos. Dubitat *Velleius*, duæne, an tres fuerint Pompeiorum Familiæ: neque enim Pompeius Magnus, & Rufus ex eadem Familia fuerunt.

I.

Q POMPEIVS. A. F. Caput Herculis pelle leonina amictum: ex averſa parte pharetra, arcus, & clava inverſa.

Q. Pompeius Auli filius, quem quidam Rufum appellant, obſcuris parentibus natus, ex Pompeiis Campaniæ oppido, cui patrem Tibicinem exprobant inimici, quem *Cicero in Bruto*, per ſe genitum, ſine ulla commendatione Majorum ſummos honores adeptum, & tolerabilem Oratorem fuiſſe ſcribit. Is Quæſturam Provincialem iniit an. $\frac{598.}{9}$ in qua hunc denarium ad ortum ſuæ gentis & ſtirpis arguendum percuſſit; nam ſupra Herculem, ex Hiſpania reverſum, Campaniæ urbem Pompeios condidiſſe diximus. Unde in antica denarii parte ipſum Herculem, ut ſolet, pelle leonina amictum, ob leonem in Nemæa ſylva occiſum; & in averſa pharetra, arcus, & clava inverſa, illius ſcilicet arma.

II.

Caput Jovis Capitolini in laurea: ex averſo latere Q. POMPEI. Templum ſex columnarum, ad latera EX S. C.

Ex Quæſtura Tribunatum Plebis accepit an. $\frac{603.}{4}$ deinde factus eſt Ædilis Plebis an. $\frac{606.}{7}$ & Ludos Magnos ſortitus, illos ex Senatuſconſulto celebravit, in cujus memoriam caput Jovis, cui erant

dicati, expreſſit; & ex altera templum Jovis ipſius Capitolini, quia in eo ante Ludos ſacra peragebantur. Ii dicti ſunt primò Romani, ſub Regibus inſtituti, poſtea Magni, quod magnis impenſis dati ſunt, & etiam Circenſes, quod in Circo ſub Tarquinio Priſco, pro iis locus fuerit deſignatus, & equi pugileſque
„ fuere; poſtea etiam Scenici. De quibus loquitur *Cicero*, *lib.* 5.
„ *Act.* 2. *Verr.* Mihi Ludos antiquiſſimos, qui primi Romani
„ appellati ſunt, maxima cum dignitate ac religione Jovi, Junoni, Minervæque eſſe faciendos.

Poſt Ædilitatem aſſequutus eſt Præturam Urbanam an. $\frac{609.}{10}$ Provincialem an $\frac{610.}{1.}$ & tandem Conſulatum geſſit cum Cn. Servilio Cæpione an $\frac{612.}{3}$ Pompeio Hiſpania Citerior obtigit, cum Numantinis bellum, à quibus victus ad turpiſſima deſcendit fœdera, quod illi ob gratiam ad populum impune fuit; nam deinde Cenſuram geſſit cum Q. Cæcilio Metello Macedonico an. $\frac{622.}{3}$ quùm ante id tempus duo pariter ex Plebe Cenſores facti non fuiſſent, ut narrat *Livius*, *epit. lib.* 59.

III.

RVFVS COS. ex altero ambitu, Q. POM. RVF. F. Caput Q. Rufi Conſulis. SVLLA COS. Caput Sullæ Conſulis.

En caput Q. Pompeii Rufi quem aliqui ſuperioris A. Pompeii Conſularis & Cenſorii filium exiſtimant; ſed incertum: qui Conſul fuit cum Cornelio Sulla an. $\frac{665.}{6}$ & in Magiſtratu fraude Pompeii Strabonis, ad cujus exercitum, ſucceſſurus ipſi, venerat, occiſus eſt; ſed quùm capita duorum Conſulum expreſſa ſunt & non liceret viventis alicujus imaginem exhibere, Q. Pompeius Rufi filius in denario appellatus, illa percuſſit in Quæſtura an. $\frac{696.}{7}$ ad eorum memoriam revocandam, nam illi erant ex utraque parte ejus avi. Q. Pompeius Rufus Conſul pater erat Q. Rufi qui uxorem duxerat Corneliam Fauſtam Sullæ Conſulis filiam, ex quibus ipſe & Pompeia, quæ Cæſari nupſit, ſoror nati ſunt.

IV.

RVFVS. COS. in vertice Q. POMPEI. Q. F. Sella Curulis, hinc

ſagitta

ſagitta, inde laurus: ex averſa parte SVLLA COS. in imo Q. POMPEI. RVF. Sella Curulis, hinc lituus, inde corona.

Q. Pompeius Rufus, Q. Pompeii Rufi filius, alterum Conſulatus avorum ſuorum Q. Pompeii Rufi & Cornelii Sullæ, monumentum profert Sellam Curulem, illius ſcilicet inſigne. Sed ſagitta & laurus, in parte avi Rufi adjecta ſunt, ad denotandum illum in Prætura Ludos Apollinares edidiſſe. In altera Sullæ lituus & corona ſignata ſunt; lituus ejus Auguratum, ut in gente Cornelia diximus, indicans, & laurea ejus victorias. Ex Quæſtura anni $\frac{696}{7}$ Rufus Tribunatum Plebis adeptus eſt an. $\frac{700}{1}$ in quo ſeditioſus, poſtea Majeſtatis damnatus eſt.

V.

CN. POMPEIVS Q. F. Caput Junonis Soſpitæ pelle caprina amictum. Q. N. RVFVS. Serpens in gyros erectus, in corona.

Cn. ille Pompeius Q. filius, Q. nepos in denario appellatus, videtur eſſe ſuperioris Tribuni Plebis filius, de quo altum eſt inter *Hiſtoricos* ſilentium: ſuffectus Conſul reperitur an. $\frac{722}{3}$ in *Tabula Capuana*.

IMP. CAESAR. III. M. VALERIVS MESSALA
K. MAI. M. TITIVS
K. OCT. CN. POMPEIVS
BELLVM ACTIAC.

Ut autem Conſules Magiſtratum ineuntes Junoni Soſpitæ ſacrificare ſolebant, ut tradit *Cicero*, *in Orat. pro Murena*, Cn. Pompeius, ut ejus memoriam poſteris traderet, ex antica parte Junonem Soſpitam pelle caprina amictam expreſſit, ut *lib. de Natura deorum* videre eſt, ſimulacrum ejus fingebatur cum pelle caprina & haſta „ & ſcutulo, & cum calceolis repandis: in altera parte ſerpens eſt Lanuvinus de quo *Propertius*, *lib.* 4. *El.* 8.

Lanuvium annoſi vetus eſt tutela Draconis.

Corona illa eſt, quæ hac die, Junoni Soſpitæ à Conſule proferebatur.

VI.

Caput Romæ galeatum, pone quod vas anſatum: ex altera parte, SEX. POM. FOSTVLVS. Lupa cum puerulis Remo & Romulo, pone quam paſtor dextram extendens, adeſt Ficus arbor, & Picus avis ſuper eam.

Sexti prænomen, ut ad Pompeiam potius quam ad Pomponiam gentem, hunc denarium retulerimus, impulit, *Goltzium* & *Fulvium* ſequuti. *Pighius* aliter legit, & inſcriptionem denarii dividit SEX PO. M. FOSTLIVS, & ad Potitiam gentem, ob vas anſatum pone caput Romæ, quod illa dicta ſit à potu ciendo, revocat; ſed conſtanter legitur FOSTVLVS, quod cognomen eſt, & non Salinatoris nomen, ut exiſtimatur. Sed quare huic Pompeio datum eſt, niſi ut à Fauſtulo paſtore, Romuli ac Remi nutritore, ſe genus trahere denotaret, & ſic gentis ſuæ antiquitatem argueret, quæ ad aliam Pompeiorum Familiam, à ſuperiore diverſam, ut diximus, ſpectaret? *Paterculus* autem dubitat duæne, an tres fuerint: nec etiam Pompeius Magnus, de quo nunc, & Rufus de quo ſupra, ex eadem Familia ſunt, ut infra dicturi ſumus.

Quis ergo fuerit, & quos Magiſtratus geſſerit, pronunciare non facile eſt, quùm *Hiſtoriæ Scriptores* de illo non meminerint: ſed vulgo exiſtimatur fuiſſe ille, qui SEX. POMPEIVS SEX. F. à *Dione* vocatus, Conſulatum geſſit cum L. Cornuficio an. $\frac{717}{8}$ Nec hic eſt Sex. Pompeius, ut vult *Pighius*, qui Pompeii Magni filius erat, quùm pater Cneius appellaretur. De Lupa, quæ Romulum & Remum aluit, ut de Ficu Ruminali, omnibus nota ſunt, & de Pico ave refert ex *Ovidio Fulvius*:

Lacte quis infantes neſcit creviſſe ferino
Et Picum expoſitis ſæpe tuliſſe cibum.

VII.

Caput Jovis barbatum: ex averſa parte SEX. POM. Navis.

Alter etſi ſuccedat Sextus Pompeius, antiquior tamen eſt, ut illius nummi forma declarat, itaque nobis eum ad Sextum Pompeium,

peium, fratrem natu majorem Cn. Strabonis Pompei Magni patris, revocare liceat. Is Sexti filius Cn. nepos dicitur, juris periſſimus, & optimus Philoſophiæ Stoicæ, nempe diſciplinæ, laudatur, nec non Geometriæ doctus fuit. Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. $^{645.}_{6}$ quo hunc nummum, qui ſemiſſis eſt, licet nota ejus s. deſit, ſed ut caput Jovis ſolitus illius typus demonſtrat, ad Provinciæ impenſas, ut Quæſtorum muneris erat, percuſſit. De Saturni Navi, perpetuo monetæ Romanorum æreæ ſymbolo, ſparſim dictum eſt.

VIII.

Caput Herculis pelle leonina amictum, pone quod tres globuli: ex parte poſtica POMP. Navis, ad cujus latus tres globuli, in imo ROMA.

Ad eundem Sex. Pompeium nummus pertinere videtur, etſi prænomen Sexti non in eo ſignatus ſit, ſed eadem forma denotat. Tres globuli quadrantem eſſe arguunt, id eſt, quatuor uncias. Romani autem his notis monetæ pretium indicare ſolebant; ut Sextans duas uncias denotans, duos habet globulos nummo impreſſos, quæ moneta Romæ ſignabatur, & Quæſtor in Provinciam ferebat. Sextus autem ex Quæſtura ad Tribunatum Plebis aſcendit an. $^{650.}_{1}$ Ædilis fuit Plebis an. $^{653.}_{4}$ Prætor Urbanus an. $^{656.}_{7}$ Provincialis vero an. $^{657.}_{8}$ prorogata eſt illi Provincia an. $^{658.}_{9}$ & ſcientiam deinde honoribus prætuliſſe videtur.

IX.

STRABO. Caput velatum Pietatis: ex averſa parte, CN. POMPEIVS SEX. F. CN. N. Tripus, ſupra quem duæ aves.

Cneius Pompeius fratri Sexto ſuccedit, quorum Sextus pater Prætorius Lucilii Poëtæ ſororem duxerat, ut ex *Porphyrione, Horatii commentatore*, colligitur. Is natu minor Quæſturam Sardiniæ ſub Prætore T. Albucio ſuſcepit an. $^{648.}_{9}$ ut notat *Cicero, in Verrina de Divin.* Tribunatum Plebis iniit an. $^{653.}_{4}$ Ædilis Plebis fuit an. $^{656.}_{7}$ Prætor Urbanus an. $^{659.}_{60}$ quo Apollinares Ludos celebraſſe indicare nobis videtur Tripus Apollini ſacer, cui deo dedicati erant hi Ludi, ut ſparſim diximus. Pietas exprimitur in antica

parte

parte erga deos, ob ſacra ante Ludos peracta. Duæ aves ſunt corvi Apollini ſacri.

X.

STRABO. Caput Romæ galeatum : ex averſo latere, CN. POMPEI. in imo ROMA. Victoria in bigis, d. coronam prætendens.

Ex Prætore Urbano Cn. Strabo fit Prætor Provincialis an. 660./1 Siciliamque ſortitus obtinuit, extraque Meſſanam urbem, verſus mare viam, à ſe Pompeiam nuncupatam, teſte *Cicerone, Verr.* 7. muniiſſe videtur, illique prorogata eſt Provincia an. 661./2 & 662./3 quo bellum Marſicum ſeu Sociale cœpit. Poſt reditum an. 663./4 deſignatus eſt Conſul, quem cum L. Porcio Catone geſſit an. 664./5 Contra Socios rem proſperè geſſit Pompeius, & licet plurimi Duces contra illos fortiter pugnaverint, ſolus Cn. Pompeius Strabo in *Faſtis Capitolinis* triumphaſſe memoratur.

CN. POMPEIVS SEX. F. CN. N. STRABO. COS. A. DCLXIV./DCLXV. *Varr.*
DE ASCVLANEIS. PICENTIBVS. VI. K. IAN.

Ob victorias quas retulit Cn. Strabo, nam Marſos, Pelignos, Veſtinoſque ſubegerat, Marrucinoſque recepit, & Aſculum longa obſidione expugnavit: in bigatis quos percuti curavit, Victoria lauream victoriarum ſuarum teſtem ideo gerit.

XI.

M. POBLICI. LEG. PROPR. Caput Romæ galeatum, CN. MAGNVS IMP. Pompeius M. militari habitu, pede proræ impoſito, d. palmæ ramum recipit ab Hiſpania Provincia, ſ. duo ſpicula gerente, pone humerum clypeus eſt.

Jam deſcriptus eſt hic denarius in gente Poblicia num. 7. à C. Malleolo, Cn. Pompei Magni Proprætore in Hiſpania. Cn. autem Pompeius Cn. filius, Sex. Nepos, natus eſt C. Atilio Serrano Q. Servilio Cæpione Coſſ. an. 646./7 eodem quo *Cicero* ex *A. Gellio, lib.* 17. Reus accuſatur coram Antiſtio Prætore an. 667. poſt mortem patris ob prædam Aſculanam, ex qua nihil in ærarium retuliſſet ille, ſed abſolvitur, & Antiſtiam Prætoris filiam ducit uxorem.

uxorem, à Sulla Dictatore fit Proquæſtore in Africa an. 675/6 ex qua redeuntem Sulla Magnum appellavit, & ipſe triumphavit, licet Præturam nondum accepiſſet, ut ferunt *Faſti Capitolini*.

CN. POMPEIVS CN. F. SEX. N. MAGNVS A. DCLXXIII./DCLXXIIII. *Varr.*
PRIMVS. EQVES. ROM. PROPR. DE. REG. HIARBA.
EX AFRICA. ... ...

Cn. Pompeius an. 676/7 Propr. adhuc Eques Romanus imperium & exercitum extra ordinem obtinuit EX S. C. juſſus Galliam Ciſalpinam recuperare, reque ibi confecta, in Hiſpaniam miſſus eſt contra Sertorium. At quùm *Dio* narrat eum Hiſpaniam per quinquennium habuiſſe, ille an. 677/8 in eam reverſus eſt cum titulo Proconſulari, & ſic ipſi Legatus fuit M. Poblicius Legatus Propr. in qua Provincia ejus nomine cum ſuo denarios ſignavit, in quibus caput ipſius Romæ viſitur, & Hiſpania in averſa parte, uti in Galba depingitur cum ſpiculis, & parvo clypeo ſeu cetra, ex *Livio*, quæ Pompeio palmæ ramum, tanquam Victori, porrigit.

XII.

CN. MAGN. IMP. Caput Pompeii M. ex averſa parte, M. MINAT. SABIN. PR. Q. Hiſpania, inter armorum congeriem, manum porrigit Pompeio è navi egredienti.

Hunc denarium tanquam ad Pompeii in Hiſpania bellum ſpectantem hoc loco appoſuimus, quis enim prima fronte hoc tempore cuſum non exiſtimet, idem fere ut in ſuperioris averſa parte typus ſuadet. Sed imago Pompeii libertatis Romanæ aſſertoris eximii, quo tempore nulli Romano effigiem ſuam in denariis ſignare licuit, diſſuadet; illam ſub Sex. Pompeio ejus filio expreſſam in Minatia gente diximus. Sed *Amicus* obtrudit ſe vidiſſe vultum Cn. Pompeii in nummo Græco Pompeiopolis urbis, ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΙΤΩΝ quam in Cilicia, poſt debellatos Piratas, ex altero oppido *Soli*, reſtauravit ad eos in ea collocandos. Cur etiam M. Minatius, ejus in Hiſpania Proq. ejus vultum exprimere non potuerit, & ſi Julio Dictatori conſtitutum fuit, ut pecunia ipſius vultu conſignaretur, id fuit ex Senatuſconſulto, quùm id jam in

Pompeii gratiam à Quæſtoribus uſurpatum eſſet. *P. Seguinus, de num. Pompeianis*, hoc dubium ſolvit, quod Pompeii M. effigies tempori, quo hæc ab eo facta ſunt, non conveniat, nempe juvenili ætati, & illæ omnes ejus imagines ſenem exhibeant. Adde quod Sulla Dictator tunc in vivis erat, cujus tantum imaginem ex filia nepos Q. Rufus poſt mortem percuſſit, id Pompeio autoritatis ſuæ ſtudioſus haud permiſiſſet, ergo ſub Sex. Pompeio filio Cn. patris vultus, ut ſuus ab illius Quæſtoribus, ut poſtea videbimus. Lege quæ diximus in Minatia.

XIII.

VARRO PROQ. Caput Jovis Terminalis, è parte poſtica MAGN. PROCOS. Sceptrum inter delphinum & aquilam.

Ut Cn. Pompeii geſta proſequamur, Conſul, antequam ullum alium Magiſtratum capere per Leges liceret, ex *Cicerone*, geſſit, cum M. Licinio Craſſo an. 683/4. ætatis ſuæ 37. at quùm nullam in Provinciam iturum juraſſet, poſt biennium tamen A. Gabinius Tribunus Plebis tulit, ut ille ad opprimendos Piratas cum imperio mitteretur an. 685/6. Itaque Imperator in triennium Proconſulari poteſtate, qui toto mari, quod eſt intra Columnas Herculis, imperaret, & delectum exercitus & pecunias colligere permiſerant, Legati Senatores XV. ipſi dati ſunt qui Proq. nomine dicti, inter quos *Appianus de Bell. Mithrid.* Varronem nominat, Σικελίαν δὲ καὶ τὸ Ἰώνιον ἐφύλασσον αὐτῷ Πλώτιός τε Οὔαρος καὶ Τερέντιος Οὐάρρων, „ μέχρις Ἀκαρνανίας. A Siciliæ littoribus ad Acarnaniam, Ionium „ mare Plotio Varo & Terentio Varroni ſervandum, ex eadem „ ordinatione obtigit.

De Jove Terminali in Terentia gente, ut de Terentio Varrone dicemus, typum tantum averſæ partis ad Pompeium ſpectantem explicaturi. Sceptrum, Pompeii Magni in hoc bello imperium denotat, his *Appiani* verbis, poteſtatem haberet imperandi Regibus, præſidibus, civitatibus, ut juvarent ſe rebus omnibus. Ideo Delphinum ut in mari, & Aquilam in terra appoſuit, alludens iis quod ille in aquis, & hæc in aëre, ſupra alios, imperent vel quod P. Romanus imperium in mari & in terra haberet.

XIV.

XIV.

CN. PISO PROQ. Caput Numæ Regis, ſupra cujus diadema ſcriptum eſt NVMA: ex averſo latere CN. MAGN. PRO. COS. Navis.

Alter ecce Pompeii M. in bello Pyratico Proquæſtore Cn. Piſo ex gente Calpurnia, de quo illa diximus num. 20. Illum inter quindecim Senatores Pompeio datos numerat *Appianus*, *de Bell. Mithrid.* ſed malè Publium nominat pro Cneo, quùm nulli in hac Familia hujus prænominis apud *Hiſtoriæ Scriptores* occurrant: inquit autem, Βιθυνίαν γὰρ καὶ Θρᾴκην καὶ Προποντίδα καὶ τὸ τοῦ Πόντου „ στόμα Κνεῖος Πείσων, Bithynia, Thracia, Propontis, & os Ponti „ Cn. Piſoni.

De Numa, ut gentis Pomponiæ auctore, nempe à Pompone ejus filio, in ea dictum eſt. Navis, maris imperium Cn. Pompeio commiſſum denotat; nam in Piratico bello *Appianus*, *loco laudato*, illum mille naves annumeratis hemioliis 275. habuiſſe ſcribit.

XV.

Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA. ex averſa parte, CN. MAG. IMP. Pompeius M. in quadrigis triumphalibus, à Victoria pone eum ſtante, coronatus.

Pompeius Magnus Procoſ. iterum Ciliciam Bithyniamque & bellum Mithridaticum obtinuit, an. 690/1 illud confecit, Mithridate victo ac profligato, & tandem à Pharnace filio ad mortem coacto, Ponti, & Syriæ regna in Provincias Romanas redegit, Procoſ. III. Aſiaticoque bello finem impoſuit an. 691/2 & Romam ad triumphum venit, unico contentus, ob tot victorias, ut teſtantur *Faſti Capitolini*.

CN. POMPEIVS CN. F. SEX. N. MAGNVS. III. PROCOS. A. DCXCII. / DCXCIII. *Varr.*
EX ASIA. PONTO. CRETA. CILICIA. PAPHLAGONIA. CAPPADOCIA.
SYRIA. IBEREIS. IVDAEIS. ALBANEIS. PIRATEIS.
ET REGIBVS. MITHRIDATE. ET TIGRANE. III. ET. PRID. OCTOB.

Vide apud *Plinium*, *Plutarchum*, & *alios*, ejus triumphi magnificentiam

centiam, in cujus memoriam denarios militibus diſtribuendos cudi curavit Pompeius, in quibus ipſe quadrigis triumphalibus vehitur, ſcipionem eburneum, Conſulum inſigne gerens, & Victoria, ejus ſemper comes, ipſi coronam imponens.

Pompeius Magnus ſecundum Conſulatum geſſit cum M. Licinio Craſſo iter. an. 698. Tertium primus ſine Collega an. 701. Procoſ. Hiſpaniam per Legatos Afranium, Petreium & Varronem obtinuit an. 702. Cæſari ſe inimicum eſſe aperte oſtendit an. 703. inter eos civile bellum exarſit an. 704. in Macedoniam trajicit, inde in Theſſaliam, ubi in Pharſalicis campis victus à Cæſare an. 705. in Ægyptum fugit ad Ptolemæum, ejuſque juſſu interficitur.

XVI.


MAG. PIVS IMP. ITER. Caput Sex. Pompeii in corona quercea, ex altero latere, PRAEF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX. S. C. Capita Cn. patris & Cn. fratris adverſa, pone patrem lituus, pone alterum tripus.

En caput Sex. Pompeii, in aureo eximiæ raritatis denario in Sicilia cuſo. Is Magni in memoriam patris cognomen aſſumpſit, & Pii ob in parentes, & in cives Romanos pietatem; erga parentes, ideo patris & fratris imagines ſignavit adverſas. Pone patrem lituus eſt, ad denotandum ejus auguratum, de quo *Cicero, Philip. lib. 3. loquens de Sexto*, ait, In primis paternum Auguratus „ locum; tripus vero pone Cn. fratrem, illius Pontificatum denotat. Erga autem cives quos in Sicilia, ob proſcriptionem à Triumviris indicatam, ideo caput ejus cingit corona quercea, ob CIVES SERVATOS, conceſſa.


Imperator iterum inſcribitur, primum quod Aſinium Pollionem in Hiſpania vicerit, ut ſcribit *Dio, lib.* 45. Quumque Aſinius per „ abſentiam Sexti, ſociis ipſius maleficium inferret, reverſus „ valida cum manu Sextus, & prælio congreſſus cum Pollione, „ in fugam eum convertit: reliquos fortiter pugnantes, caſu „ quodam modo accidente, terruit ac vicit. Iterum vero Imperator appellatus ob victoriam de Octavio Cæſare in Sicilia relata; uti leges apud eundem *Dionem, lib.* 40. Cæſar contra pe„ deſtres *Sexti* copias pugnandum ſibi non ratus, navibus ho„ ſtium contemptis, quia & paucæ erant, & jam ante victæ,

provectus

POMPEIA



TAB.CXIII.


POMPEIA
MAG·PIVS·IMP·ITER
NEPTVNI
QNASIDIVS
CN·POMPEIVS
COS·III·
NEPT
SAL·SEX·MAGN·PIVS·IMP
PIETAS
MAGNVS IMP. SA
PIETAS
MAG·PIVS IMP·ITER
PRÆF·CLAS·ET·ORÆ·MARIT·EX·S·C
MAG·PIVS IMP·ITER
PRÆF·ORÆ·MARIT·ET·CLAS·S·C
MAGNS
PIVS
IMP·
L·COR·MEL
IIVIR
SEX·POMPEIO
POMPONIA
MATHO
DOM
ROMA
TAB.CXIV.

provectus contra eas, ſuæ claſſis partem amiſit: ipſe prope- „
modum una quùm periiſſet, ad ſuos, qui in Sicilia erant, „
perfugere non potuit, ſed evaſiſſe in continentem optime con- „
tentus fuit.

Præfectus Claſſis & oræ maritimæ inſcribitur ex Senatuſconſulto Sex. Pompeius, quùm poſt impunitatem & paternorum bonorum reſtitutionem propoſitam, ex Hiſpania abiiſſet, rei navalis Præfectura, eodem teſte *Dione*, *lib.* 46. ei à Senatu tradita eſt, re, inquit, navali Sexto Pompeio commiſſa; & *Velleius* „
refert, revocatum ex Hiſpania, ubi adverſus eum Pollio Aſi- „
nius Prætorius clariſſimum bellum geſſerat, in paterna bona „
reſtituerat, & oræ maritimæ præfecerat.

XVII.

MAG. PIVS IMP. ITER. Caput Pompei patris: ex averſa parte PRAEF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Neptunus corona radiata inſignis cum ſtrophio, inter duas Figuras, alteras brachiis & humeris efferentes, pede proræ impoſito, d. acroſtolium tenet.

Omnes, inquit *Fulvius*, Romanæ *Antiquitatis Studioſi* effigiem, quæ in hoc denario & ſequente expreſſa eſt, Cn. Pompei M. vultum repræſentare arbitrantur; ſed eum turbat inſcriptio, ad Sextum ejus filium ſpectans, ita ut illi hujus vultum tribuere velit: heu quam diſſimiles ſunt, alter juvenilis, alter vero ſenilis. Ut autem patris imaginem cum ſua in ſuperiore denario expreſſit, ita illius vultum cum ſuo nomine in hoc ſignavit, alludens in cognomine Pii, tum erga Parentem ſuum, cùm ſymbolicè erga Sicilienſes, dum Anapum & Amphinomum, Catanenſes fratres, monitu Neptuni, quem ideo inter eos collocat, qui parentes humeris ſublatos è periculo eximunt: ut narrat *Strabo*, *lib.* 6. & de illis loquitur *Corn. Severus in Ætna.* Ita ut etiam ille Pius erga patriam, qui tot proſcriptos ſalvaverit, merito ſit appellatus. Lituus & urceolus ad ejus vel patris ſacerdotia pertinent.

ex averſo latere, PIETAS. Mulier ſtolata ſtans, d. hyſſopi ramum, ſ. haſtam tranſverſam.

XXI.

MAGNVS IMP. Caput idem, ſub eo SAL. ex averſa parte, PIETAS. Typus idem.

Inſcriptio prioris denarii, in quo epigraphe SEX. MAG. PIVS. IMP. circa caput, illum haud dubie ad Sex. Pompeium revocat. Junior etiam in utroque quam Patris effigies. Sed vox SAL. ſub vultu *Antiquarios* valde torquet. *Fulvius* de illa inquit. Nec enim de Salute dea, quæ fortaſſe nota illa SAL. ſi- „ gnificatur, quicquam memini me legiſſe, quod ad Sextum „ aliquo modo pertineat. Addit *Patinus*, niſi quod profugos „ excepit & ſervavit; ſed hæc perperam. Nobis ſolus eſt Oedipus *Appianus*, *lib. Civ. Bell.* 5. his verbis. Pompeius ne hac quidem tot naufragiorum occaſione uſus, Neptuni ſacris „ operabatur & Salaciæ, quorum etiam filium appellari ſe ſuſtinuit: & ut in ſuperioribus denariis ſe NEPTuni filium nominat, in his duobus ſe SALaciæ filium appellat. Salacia autem Neptuni ſponſa eſt, teſte *D. Auguſtino*, *lib.* 7. *de Civ. Dei.* inquit, jam utique habeat Salaciam uxorem Neptunus, quam „ inferiorem aquam maris eſſe dixerunt; unde *Pacuvius*,

——hinc ſævitiam Salaciæ fugimus.

In averſa parte Pietas, quæ fuit Cnei fratris in Hiſpania, contra Cæſarem ſymbolum, ut idem narrat *Appianus*, *Bell. Civ.* 2. Pompeianis vero teſſera fuit Pietas dea, nempe in patrem, ſed poſtea Sexto fuit in cives quos ſervavit, unde illi merito cognomen Pius. Dea tenet haſtam, divinitatis inſigne, & dextra hyſſopi ramum, quo utebantur in ejus ſacris.

XXII.

MAG. PIVS IMP. ITER. Caput Nuptuni, pone quod tridens: ex averſo latere, PRAEF. CLAS. ORAE MARIT. EX S. C. Trophæum maritimum, ſupra caput tridens, pars vero extrema in ancoram definens.

Trophæum illud maritimum, æternum eſt victoriæ navalis à Sexto

Sexto Pompeio contra Cæſarem ad Tauromenium relatæ monu-
„ mentum : nam *Dio*, *lib.* 49. Poſt pugnam ad Liparam, ait,
„ Cæſar Sextum Meſſana abiiſſe... fretumque præſidio nuda-
„ tum intellexit, confeſtim conſcenſis Antonianis navibus Tau-
„ romenium tranſmiſit. Verum hoc factum ſecus cecidit ...
„ Pompeius quùm Meſſanam feſtinato rediiſſet, ac de præ-
„ ſentia Cæſaris cognoviſſet, celeriter integros in naves ſuos
„ eorum loco, qui in pugna fuiſſent, impoſuit: atque ita & navi-
„ bus Cæſarem mari terraque militibus armatis aggreſſus eſt.
„ Cæſar contra pedeſtres copias pugnandum ſibi non ratus,
„ navibus hoſtium contemptis, quia & paucæ erant, & jam
„ ante victæ, provectus contra eas, majorem ſuæ Claſſis
„ partem amiſit. Ob tam inſignem in mari victoriam, tan-
quam Neptuni ope & auxilio relatam, ejus effigiem in an-
teriore denarii parte percuſſit, cum tridente illius dei in-
ſigni.

XXIII

MAG. PIVS IMP. ITER. Navis Prætoria, aquila legionaria in prora, & tridens cum ſceptro in puppi, ſupra quam turris, in cujus vertice ſtatua Neptuni pede proræ imponentis, d. tridentem: in parte poſtica, PRÆF. ORÆ MARIT. ET CLAS. S. C. Mulier ſuprema parte, manibus arrectis temonem tenet, & in duas piſcis partes infimâ diviſa eſt, cum tribus canibus in medio.

Ab una parte Navis Prætoriæ Sex Pompeii proſpectum habes, in qua ut in aliis, turres fabricari juſſerat, ex quibus Jaculatores
„ ſagittas emittebant, ut refert *Dio*, *lib.* 49. Erant, inquit,
„ multitudine navium, alteri peritia rei nauticæ ſuperiores, at-
„ que alteris navium altitudo, craſſities epotidum turreſque
„ proderant. Paulo poſt. Sed de turribus in conflictu jaculis
„ petiti, maniciſque ferreis affixi hoſtium navibus, non mi-
„ nus damni quam inferrent, recipiebant. In poſtica vero parte, Scylla monſtrum, ad indicandum locum, ubi Pompeius de Cæſare victoriam navalem retulit; nempe in freto Siculo: nam Scylla Phorci filia, Circes arte, ob Glaucum, quùm lavandi gratia fontem ingreſſa eſſet, videt inferiorem corporis partem

partem in caninos rictus commutatam, in vicinum maris Siculi fretum ſe præcipitavit: ſed quùm fretum ſcopulis plenum & anguſtum ſit, fluctus inter ſe concurrentes illis illiſi, quendam velut latratum referunt; ideo fingitur Scylla monſtrum hic habitare, & ex adverſo Charybdis altera mulier in voraginem converſa, quæ præternavigantibus fretum reddunt periculoſum.

XXIV.

MAGNVS. Caput Jani bifrontis coronatum ſpicis: in averſa parte, PIVS IMP. Navis.

Hæc inſcriptio ex una nummi parte MAGNVS, & PIVS IMP. ex altera, illum à Sex. Pompeio percuſſum arguit; ſed quo in loco incertum: porro ex ſpicis, quibus caput Jani coronatum eſt, Mylis vel Tyndarii, conjici poteſt, quas Siciliæ urbes primum occupavit, ut *Dio* indicat, *lib.* 48. Rebus ita ſuccedentibus, ut jam & milites & pecuniam haberet, in Siciliam navigavit, Mylaſque & Tyndaridem, citra etiam pugnam, cepit. Si quis tamen illum eſſe Meſſanæ, ut in primaria Siciliæ urbe, ob ſpicas Siciliæ ſymbolum, percuſſum contendat, non refragamur, quam poſtea urbem, Pompeio Bithynico occiſo, ſolus tenuit. Ut ut ſit, ſignatus eſt antequam cum Cæſare ad Tauromenium conflixiſſet Sextus, ubi titulum Imperatoris iterum retulit, cùm in hoc tantum Imperator dictus ſit, quod initio quùm Siciliam invaſiſſet, eum cuſum fuiſſe denotat, ubi æream ſolito typo monetam, ad impenſas publicas, etiam cum argentea & aurea, percuſſit.

XXV.

AVGVSTVS. Caput Auguſti: ex averſo latere, SEX. POMPEIO. L. COR. MES. T. CEL. II. VIR. Bos.

Goltzius, ut *Faſtos* ſuos nummis impleret, ſatis fuit illi nummum ejus Conſulis, quem notaverat, apponere, ſic hunc Sex. Pompeii, quùm eſſet tantum Duumvir deducendæ Coloniæ ab Auguſto factus, ut nummi epigraphe & typus indicant; & poſtea Conſulatum geſſit cum Sex. Apuleio an. $^{766.}_{7}$ quo mortuus eſt Auguſtus ad XIV. K. Septembr. nam facta monetæ inter Auguſtum

& Senatum diviſione, nulli denarii argentei, & nummi ærei ſignati ſunt. Sed quis fuerit ille Sex. Pompeius, ignoratur. *Dio* illum quidem Sexti filium appellat, & *Tabulæ Græcæ* eum Magnum vocant. Sextus Pompeius, Pompeii Magni filius minor, filiam tantum reliquit. *Ovidii* ad illum ſunt *Epiſtolæ*, *lib.* 4 *de Ponto*. *Seneca de Beneficiis* 4. videtur innuere, commendamus & nominis Pompeii Magni hunc ut ceteros ad Conſulatum aſcendiſſe.

POMPONIA.

POMPONIA gens Plebeia eſt; ſiquidem M. Pomponius perhibetur Tribunus Plebis an. 306/7 mox poſt Decemviratum abrogatum factus. A Pompone Numæ Pompilii Regis filio traxiſſe originem tradit *Plutarchus, in Numa.* Cognomina ejus in denariis nobis ſunt *Matho*, videtur à voce Græca μαθὴς vel μαθὼν, qui diſcit; *Molo*, ab altera μόλων, quod dicitur de hominibus parvum corpus habentibus apud *Suidam*; *Flaccus* ab aurium deformitate, & *Rufus* à capillis.

I.

MATHO. Caput Romæ galeatum: ex averſa parte, M. POMPO. M. F. Conſul in quadrigis triumphalibus, d. lauream, ſ. habenas. Victoria, per aëra volitans, illi porrigit coronam.

M. Pomponius Matho M. filius M. nepos, ut teſtantur *Faſti Capitolini*, Quæſturam Provincialem iniit an. 508/9 Tribunatum Plebis an. 513/4 Ædilis fuit Plebis an. 515/6 Prætor Urbanus an. 518/9 & deinde Conſul cum Q. Fabio Maximo Verrucoſo an. 520/1 Sardinia Pomponio obvenit, res proſperè geſtas augurantur *Capitolinæ Tabulæ*, cum denariis.

M. POMPONIVS M. F. M. N. MATHO. ANN. DXX./DXXI. *Varr.*
COS. DE SARDEIS. IDIBVS. MART.

Ipſe vehitur quadrigis triumphalibus, lauream gerens: in denariis, militibus ejus triumphum comitantibus, diſtribuendis. Habuit & fratrem M. Pomponium cum C. Papirio Maſone an. 522/3

II.

Caput Jani bifrontis: in averſa cujus parte, L. POMP. Navis. in imo ROMA.

Forma & pondus nummi cum epigraphe L. POMPONIVS, ut

illum tempore belli Punici quæramus, poſtulant. En *Livius*, *lib.* 25. qui nobis L. Pomponium Veientanum hominem Publicanum ſuppeditat. Nec te Publicani nomen moveat; *Ciceronem* audi de „ Publicanis, *Orat. pro Planco*, Flos, inquit, Equitum Roma- „ norum, ornamentum civitatis, firmamentum Reip. Publicanorum ordine continetur. Is Quæſturam Provincialem iniit anno 533/4 inter primum & ſecundum bellum Punicum, quo tempore *Plinius* aſſem libralem ad Sextantarium fuiſſe reductum, ob impenſas primi belli nos edocet, id eſt, ad uncias duas, quod eſt pondus noſtri nummi, cum Jano bifronte, aſſis Romani typo ſolito expreſſi.

III.

Caput Jovis barbatum & laureatum, pone quod nota S. in averſo latere, L. POMP. Navis, in imo ROMA.


Ejuſdem eſt L. Pomponii Veientani nummus, quem pro ſemi aſſe permutari nota S. nos edocet: nam Romani monetam ut plurimum notis, ad indicandum ejus pretium, ſignare ſolebant, præſertim quùm eſſet quadam Lege imminutum, ſicut primo bello Punico cœperat, ut ex *Plinio*, *lib.* 33. didicimus. Caput Jovis hoc tempore in aſſibus ſemi primum ſignarunt. Quùm antea in illis majoris ponderis eſſet, Jani caput impreſſerunt, ſed ſemper Navim Saturni in averſa parte pro typo ſervarunt; quod ille monetæ ſignatæ inventor perhibeatur; & ante illum pecunia, à pecu in ea ſignata diceretur.

IV.

Caput Jovis barbatum & laureatum, ut ſupra pone quod nota S. in averſa parte L. POMP. Navis, ſupra quam Victoria ſtat, d. palmam, ſ. coronam, in imo ROMA.

Victoria ſupra navim ſtans cum palma & corona, haud dubie in æreis hujus temporis nummis, aliquam à Prætore ſub quo L. Pomponius Quæſturam agebat, victoriam relatam indicat. Ille Proquæſtore fuiſſe an. 534/5 reperitur, ſed quo loco ignoratur, an in Illyrico, quùm hoc anno Illyrici rebellarint, & à M. Livio Salinatore & L. Æmilio Paullo Coſſ. domiti ſint, quod non videtur


POMPONIA
TAB.CXV.


POMPONIA
PONTINIA
POPILLIA.
TAB. CXVI.

detur alienum: ſiquidem ad ſumptus bellicos, plurimi cuſi ſint nummi, omnis magnitudinis, quorum plerique nobis ſuperſunt, ut indicant etiam ſequentes.

V.

Caput Herculis pelle leonina tectum, pone quod tres globuli: in averſa parte, L. POMP. Navis, in imo ROMA.

Tres globuli, in hoc æreo L. Pomponii Veientani nummo ſignati, quatuor uncias indicant, & ſic illum quadrantem, id eſt, quartam aſſis partem valere denotant. Hercules ſecundò bello Punico in illis minutis nummis ſignari cœpit, ut deus Romanorum antiquus: nam ejus ex Græcia ab Evandro cultus in Italiam allatus eſt: & hic relicta Arcadia, quùm patrem caſu interfeciſſet, avito regno pulſus, ſuadente matre, quæ vates erat, conſcenſa navi in Italiam venit, & pulſis Aboriginibus, tenuit illa loca, ubi poſtea Roma condita eſt, parvumque oppidum in Palatino monte extruxit, Pallanteum, à Pallante proavo dictum.

VI.

Caput Mercurii pileo ornatum cum alis, pone quod caduceus, & ante tres globuli: in poſtico latere L. POMP. Navis, in imo ROMA.

Mercurius etiam in minuta moneta Romana obſignari cœpit, tanquam mercium deus, bello etiam Punico ſecundo, ut de Hercule ſupra diximus. Quùm autem L. Pomponius ex Quæſtura Provinciali Tribunatum Plebis accepiſſet an. $^{536.}_{7}$ illud erat ab annis quatuor jam incœptum, ſed Tribuni Plebis nummos haud ſignabant. *Livius, lib.* 25. illum nobis indicat Præfectum Sociorum an. $^{640.}_{1}$ quem gradum ut plurimum adipiſci ſolebant Romani poſt Tribunatum, & in quo hos nummulos, quùm as ex ſextantario ad uncialem, apud *Plinium* hoc tempore reductus eſſet, ad bellicos ſumptus ſignaſſe videtur. Illum autorem temerariæ pugnæ & cladis non exiguæ nominat *Livius, loco laudato.* Ni, inquit, L. Pomponius Veientanus, Præfectus Sociorum, proſperis aliquot popu- „ lationibus in agro Brutio, juſti ducis ſpeciem nactus, tumultuario exercitu coacto, cum Hannone conflixiſſet: ubi inter ceteros captus eſt.

VII.

L. POMP. CN. F. Caput Romæ galeatum: in poſteriore latere, L. LIC. CN. POMP. Figura virilis nuda in bigis, d. ſpiculum vibratura, ſ. clypeum & baculum, in cujus apice caput aſininum.

Ecce alter L. Pomponius qui ſe ut ab aliis diſtinguat, Cn. filius, inſcribitur. Is frater minor fuiſſe videtur Cn. Pomponii, inter celebres ſui temporis Oratores à *Cicerone* numerati, & Quæſtoris Provincialis an. 656/7. nam ille Triumvir monetæ ſub Cenſoribus L. Licinio & Cn. Domitio an. 661/2. hunc denarium ad victoriam, à L. Valerio Flacco de Hiſpanis relatam, indicandam percuſſit, cum aliis Monetalibus, de quibus in gente Aurelia, num. 10. Coſconia num. 1. Domitia num 12. 13. Licinia num. 10. 11. Poblicia num. 2. nam ut hic typus ſimilis in omnibus harum Familiarum nummis occurrit, cum eadem epigraphe L. LIC. CN. DOM. ſub his Cenſoribus, neceſſe ejus eſt ut à Triumviris Monetalibus ejus ætatis ſit ſignatus.

VIII.

L. POMPON. MOLO. Caput Apollinis laureatum: ex averſa parte, NVM. POMPIL. Numa ſtans, ſ. lituum, ante aram ignitam, ad quam Victimarius capram ducit.

Tertius prodit L. Pomponius, ſed cognomine Molo, cujus Quæſturæ Provincialis tempus ignoratur; Tribunatum Plebis adeptus eſt an. 693/4. Ædilis fuit Plebis cum C. Coſconio, an. 696/7. ex *epiſt. Ciceronis ad Q. Fratrem lib.* 2. 7. Caput vero Apollinis in anteriore denarii parte nobis Apollinares Prætorem Urbanum Ludos edidiſſe indicat, & eo quidem anno, quo Collega in Ædilitate L. Coſconius, nempe an. 698/9. In altera vero parte, ut originem ſuam à Numa Pompilio Rege ſe ducere denotaret, illum ſacra facientem, utpote qui ſacra & cæremonias, omnemque cultum deorum immortalium docuit: ſed quùm in hoc typo capra ad aram immolanda agitur à Victimario, & illa peculiaris Junoni ſit victima, ex Hercule conſtituta, apud *Pauſaniam in Lacon.* hujus deæ ſacrificium denotare exiſtimarunt.

IX.

IX.

S. C. RVFVS. Caput Jovis laureatum & barbatum: ex averſo latere, Q. POMPON. Aquila ungue dextro lauream, pone ſerpens, in aliis ſcorpio.

Quis fuerit ille Pomponius, non facile eſt indicare. Cn. Pomponius Q. filius Q. nepos Rufus reperitur Quæſtor Provincialis an $\frac{508}{9}$ Tribunus Plebis an. $\frac{513}{4}$ Ædilis Plebis an. $\frac{516}{7}$ qui reliquit minorem filium Cneium Tribunum Plebis an. $\frac{546}{7}$ an ille minor, fuit prænomine Quintus, aut nepos, cui denarii forma magis congrueret. Quiſquis autem ille ſit Q. Pomponius Rufus, in Ædilitate Curuli denarium ſignavit, ad denotandum ſe Magnos Ludos Jovi dicatos ex Senatuſconſulto celebraſſe, ut arguit nota S. C. in denario appoſita, & hinc Jovis imago, Aquilaque ejus ales inde percuſſa; illa vero coronam tenet, in memoriam illius quæ hoc anno ante Ludos Jovi oblata eſt.

X.

S. C. RVFVS. Caput Jovis laureatum & barbatum, ut ſupra: ex averſa parte, Q. POMPONI. MVSA. Euterpe Muſa ſtans, d. innixa clavæ, ſ. caput.

Inſcriptio *Rufus*, & in altera parte nomen *Muſa*, induxit *Fulvium*, ut poſt aliquot rationes ab ipſo allatas, duas Pomponiæ gentis Familias, unam quæ Rufi, alteram quæ Muſæ eſſet, arbitraretur: ſed quod in tertia tabella profert magis mihi arridet, in quo quidem, ait, denario peccatum fuiſſe ab eo, qui monetam cudit, ſuſpicari aliquis meritò poteſt, quod alteræ duorum denariorum partes ſimul conjunctæ in eo videantur: nam pars antica, in qua cum Jovis capite legitur, S. C. RVFVS, conjungi debuit cum altera parte, in qua legitur Q. POMPONI. cum aquila ungue coronam tenente: Typus vero partis averſæ, in qua ſcriptum eſt Q. POMPONI. cum Euterpe ſtante & voce MVSA ad eam ſpectante, conjungi debuit cum Muſæ imagine, in 2. tabella num. 3. expreſſa: adde quod hic denarius à nemine præter *Fulvium* obſervatus ſit, qui in cimeliis hactenus non reperitur.

XI.

XI.

Q. POMPONI. hinc MVSA. Caput Herculis Muſagetis : ex averſa parte, HERCVLES MVSARVM. Hercules Muſarum imberbis ſtans, pelle leonina ornatus , lyram pulſat , in imo clava erecta.

Q. Pomponius , ſupra cognominatus Rufus , hunc etiam denarium cudit , & ut in averſa nummi parte vox MVSA ad Muſam Euterpen pertinet, vox MVSA initialis eſt & Muſagetes explicanda , ita ut ſit caput illius Herculis ita dicti , & non Apollinis, ut quidam putarunt. De illo ſic narrat *Eumenius Orator*, *de in-*
„ *ſtaurandis ſcholis*. Fulvius Nobilior, in Græcia quùm eſſet Im-
„ perator , acceperat Herculem eſſe Muſageten , hoc eſt, comi-
„ tem , ducemque Muſarum. Hac vero de cauſa Q. Pomponius ex una parte Herculis Muſagetis caput ut in Græcia, & ex altera Herculem Muſarum , ut *Fulvius* eum nominavit, dum ei ædem in Circo Flaminio ex pecunia Cenſoria fecit, quam refeciſſe in Ædilitate ſua Pomponius Rufus : & ut novem ſigna Muſarum, quæ ex Ambracienſi oppido tranſtulerat, ſub tutela fortiſſimi Numinis conſecravit, ita Pomponius denarios ad rei memoriam, in quibus unaquæque cum ſymbolis videretur, expreſſit, ut ſequentibus obſervare eſt. Hercules citharam pulſat, quam artem à Lino didiciſſe, in *Bucolicis* narrat *Theocritus*.

XII.

Caput muliebre coronatum : ex averſa parte, Q. POMPONI. Muſa ſtans, d. volumen, ſ. innixa columnæ. MVSA.

Novem *Heſiodus* in *Theogonia* Muſas numerat, ſicut *Homerus* & *Orpheus*. Novem autem dictæ ſunt , propter novem ipſarum inventa. Porro omnes nomen habent , à cantu , quo diverſa canebant. Prima quæ à *Fulvio* exhibetur, Calliope eſt , à Græcis ita vocata, à *vocis ſuavitate* nomen habens ; καλὸς enim bonus & ὄψ, vox. Hæc Heroïco carmini præeſſe exiſtimatur *Virg. in Epigr.*

Carmina Calliope libris Heroïca mandat.

Ideo illa volumen gerit, à volvendo dictum, quod Majores noſtri

in

in libris arborum, id eſt, corticibus ſcribebant, & libellos illos, quo ferrent commodius, complicabant.

XIII.

Caput muliebre corona ornatum: ex averſo latere, Q. POMPONI. Muſa ſtans, d. demiſſa, ſ. citharam tenet.

Secunda hæc exhibetur, Clio dicta à verbo κλέος, id eſt, *Gloria*, quod Poetis gloria ex carmine naſcitur, ideo *Virg. in Epigr.*

Clio geſta canens, tranſactis tempora reddit.

Illi tribuitur citharæ inventio, qua Heroum laudes canebat, de qua in *Epigr. Græco*

Κλειὼ καλλιχόρου κιθάρας μελιηδέα μολπὴν, hoc eſt,
Clio dulciſonæ citharæ modulamina prompſit.

Ideo citharam tenens depingitur. Sed pro Polymnia à *Fulvio* ultima exhibetur.

XIV.

Caput muliebre laurea inſigne: in poſtica parte, Q. POMPONI. Muſa ſtans, radio globum tripodi impoſitum, tangit, cum voce MVSA, illam deſignante.

Urania, Jovis & Mnemoſynes filia, è Muſis una perhibetur, à voce οὐρανὸς dicta, id eſt, *cæleſtis* quod ei Aſtrorum motus cognitio, ſeu Aſtrologiæ inventio tribuitur, de qua *Poeta in Epigr.*

Οὐρανίη πόλον εὗρεν, καὶ οὐρανίων χορὸν ἄστρων,
Urania aſtrorumque chorum, cœlique rotatus,

Et ut aptè *Virgilius* canit:

Vranie cœli motus ſcrutatur & aſtra.

Ideo depingitur radio, id eſt, baculo, quo globum cœleſtem tripodi impoſitum volvit.

XV.

Caput muliebre laurea ornatum: ex averſa parte, Q. POMPONI. Muſa ſtans, d. tibiam geminam, vel duo plectra tenet, ſ. cubito columnæ impoſito, manu mentum ſuſtinet, ex averſo MVSA.

Hæc Muſa ordine octava, ſeu ſexta tabellæ ſecundæ à *Fulvio* pro Terpſichore deſcribitur; illam pro Erato, quam ordine quartam & ſecundam in ſecunda tabella exhibemus. Erato à verbo ἔρως derivatur, ab *amore* nomen ſortita, quod præſit his qui Heroum inclyta geſta aut amores canunt. Ideo cum tibia gemina depingitur; *Amicus* exiſtimat eſſe duo plectra, ex carmine *Virgilii*

Plectra gerens Erato ſaltat pede, carmine, vultu.

Porro *Poetæ Græci* proferamus carmen.

Ὕμνους ἀθανάτων Ἐρατὼ πολυτερπέας εὗρε, hoc eſt,
Aſt Erato divûm jucundos repperit hymnos.

Hymnus cantus eſt in laudem alicujus: à quibuſdam Elegiam inveniſſe traditur, unde mœſta mentum ſuſtinet.

XVI.

Caput muliebre laurea inſigne: ex averſo latere. Q. POMPONI. Muſa ſtans, ante quam vox MVSA, utraque Fiſtulam calamis compactam.

Terpſichore, hæc Muſa videtur eſſe, ἀπὸ τοῦ τέρπειν τοὺς χορούς, hoc eſt, à *delectandis choreis* dicta, nec diligentius videtur à *Poeta Græco* deſcripta hoc verſu

Τερψιχόρη χαρίεσσα πόρεν τεχνήμονας αὐλούς, hoc eſt,
Grataque Terpſichore calamos inflare paravit.

Apte ipſa pingitur tenens ambabus fiſtulam, plurimis calamis compoſitam, ut canit *Virg.* 2. *Eclog.*

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula.

Cujus primus inventor Pan fuiſſe perhibetur, ut idem *Poeta Eclog.* 3.
Pan

Pan primus calamos cera conjungere plures
Inſtituit.

XVII.

Caput Muſæ laurea coronatum : in averſa parte, Q. POMPONI. Muſa ſtans, bifrons hominis & feminæ, d. clavam, ſ. perſonam, hinc MVSA.

Nullum eſt dubium quin hæc Muſa ſit Euterpe, ab εὖ & τέρπω, dicta, à *ſuavitate concentus*, quaſi bene delectans. Hæc tragœdiam inveniſſe dicitur, ut apte expreſſit carmen *Poëtæ Græci*

Εὐτέρπη τραγικοῖο χοροῦ πολυηχέα φωνήν, hoc eſt,
Euterpe chori tragici reſonabile carmen.

Ideo bifrons hominis & feminæ expreſſa videtur, quod hominum ut & feminarum geſta tragœdia exhibeat. Clavam Herculis manu tenet, quod huic deo comœdia dicata ſit, ut ex *Ariſtophanis comœdia* intelligitur, quæ Βάτραχοι inſcripta eſt. Perſonam ſ. tenet, quæ tragœdiam à comœdia diſtinguere videtur; nam in illa Reges & Principes, nonnunquam his temporibus Heroës, & dii, ſub perſonis, & in comœdia, humiles & privatæ perſonæ; ut mox dicturi ſumus.

XVIII.

Caput muliebre laureatum: in poſtico latere, Q. POMPONI. & ex averſo MVSA. Muſa ſtans, d. larvam, cubito columnæ innixo.

Thalia eſt illa Muſa in hoc denario depicta, ἀπὸ τοῦ θάλλειν, *nitere*, ſeu *florere*, quod Poëtarum fama nullo tempore marceſcat. Hæc comœdiam reperiſſe dicitur; unde ipſi convenire videtur quod ipſi tribuit *Græcus Poëta*

Κωμικὴν εὗρε Θάλεια καὶ ἤθεα κεδνά, hoc eſt,
Comica vita Thalia tibi eſt, moreſque reperti.

Qua de cauſa larvam gerit, non homini ſimilem, ſed ridiculam &

& ad riſum excitandum: nam Comœdia genus eſt Fabulæ, quæ civilis privatæque vitæ imaginem repræſentat, cujus læta fere & ad ridendum apta eſt cataſtrophe.

XIX.

Caput muliebre laurea ornatum: in poſtica parte, Q. POMPONI. & infra MVSA. Muſa ipſa ſtans, ambabus pulſat barbiton columnæ impoſitam, d. ſubmiſſa digitos extendens, ſ. citharam, ſeu barbiton.

Si quædam Muſæ effigies Melpomeni tribuenda eſt, hæc ipſa eſt μελπομένη, à *canendo* dicta, μέλπομαι enim *canto* & *modulor* ſignificat, ἀπὸ τοῦ μέλος ποιεῖν, hoc eſt à concentu faciendo, ipſa hoc *verſu Græco* depingitur.

> Μελπομένη θνητοῖσι, μελίφρονα βάρβιτον ἦρε.
> *Melpomene dulci concentu barbita movit.*

Hæc cantare videtur, & utraque columnæ impoſitam pulſat citharam ſeu barbiton, hoc eſt inſtrumentum muſicum, quod pulſatur plectro, vel calamo, quæ cithara alio nomine dici videtur. De Melpomene *Horatius*

> *——præcipue lugubres*
> *Cantus Melpomene, cui liquidam pater*
> *Vocem cum cithara dedit.*

XX.

Caput muliebre lauro coronatum: ex averſo latere, Q. POMPONI. Muſa ſtans, d. ſubmiſſa digitos extendit, & pedem ſublevat, ſ. lyram gerit: ex averſo MVSA.

Polymnia ex novem ſororibus nobis deſcribenda ſupereſt; ita à *capacitate memoriæ*, quod excellat memoria, nominata, & talis in denario expreſſa videtur, qualis in *Græco verſu* depingitur.

> Τέρψιας ἀρχιθμοῖο Πολύμνια πάνσοφος εὗρεν, hoc eſt,
> *Harmoniam numeris ſaltuſque Polymnia junxit.*

Nam

Nam pede ſemi ſublato plaudere choream videtur, læva citharam gerendo, unde recte apud *Virgilium*

Signat cuncta manu, loquitur Polymnia geſtu.

Et digitis extenſis, manu geſtuque loquitur.

Si Muſarum ordinem à *Fulvio* præſcriptum aliquo modo mutaverimus, earum typus & attributa ſollicitarunt, quem etiam alius alia ratione ductus mutare poterit, præſertim ſi novi aliquam Muſam exhibentes occurrant denarii, qui quaſdam peculiari typo ornatas earum nomina melius deſignent; negare autem non poſſumus nonnullas iiſdem tribui poſſe, ut *Patinus* typos quoſdam ad unam eandemque ſpectantes exhibuit, quos ut inutiles, & tyronum animos aliquo modo turbantes, detraximus; felices, ſi novem omnes explere poſſemus.

XXI.

SEX. F. PIVS. Caput virile nudum: ex averſa parte, T. POMP. Bos.

Quin ad Pomponiam gentem pertineat hic nummus dubitare non ſinit epigraphe T. POMP*onius*: ſed an pertineat ad T. Pomponium, cognomine Atticum, augurari poſſumus. In tota Pomponiorum gente ſolus ille prænomine Titi gaudet, ejus quidem patris prænomen ignoratur, ſed potuit Sextus vocari. Ejus avus fuit M. Pomponius, Ædilis Plebis an. $^{671.}_{2}$ teſte *Plinio*, *lib.* 7. 48. Nobis ſupereſt cognomen PIVS, quod habere potuit à Q. Cæcilio avunculo, à quo fuit adoptatus; nam id cognomen Cæciliæ genti familiare fuit, ut videre eſt in Cæciliis; & ſæpe ad adoptionem denotandam ſolum appoſitum eſt cognomen, & diverſo modo appellatus eſt T. Pomponius, ut tradit *Varro, de re ruſt. lib.* 2. *cap.* 2. Nunc
T. Pomponius, nunc Q. Cæcilius, cum cognomento eodem, di- „
ctus eſt. Bos nummum in Colonia, cujus eſt ſymbolum percuſ- „
ſum indicat, in gratiam forſan Tiberii Imp. qui ejus progener fuit, nam ipſe Vipſaniam Agrippinam, Agrippæ & Pomponiæ filiam, duxerat uxorem, Pomponia autem T. Pomponii erat filia.

XXII.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΣ. Caput Tiberii: ex averſo latere, ΕΠΙ ΦΛΑΚΚΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ Β.Π. an. 82. in laurea.

Pomponiorum gentis agmen claudet L. Pomponii Flacci nummus, Syriæ Præſidis, Antiochiæ ſub Tiberio percuſſus, an. illius æræ 82. Conſulatum cum C. Cæcilio Rufo geſſit an. $\frac{769}{70}$. & Mœſiæ Proconſul Rheſcuporim Regem, qui Cotyn nepotem occiderat, ingentibus promiſſis deceptum, captumque Cæſari tranſmiſit an. $\frac{771}{2}$. Syriam obtinuit Provinciam an. $\frac{774}{5}$. ut jam retulit *Card. Noriſius, diſſ. 3. de Cenot. Piſani* in qua mortuus eſt, ex *Tacito, lib. 4. Annal.* deſcribente geſta an. $\frac{785}{6}$. Sulpicio Galba & Corn. Sulla „ Coſſ. inquit Exin Flacco Pomponio Syriæ Proprætore defun„ cto, recitantur Cæſaris litteræ. Æra Antiochenorum cœpit autumno anni $\frac{704}{5}$. ob Julii Dictatoris privilegia ipſis hoc anno conceſſa, ſimulque congeſtis illis numeris 81. & 705. habebis an. V. C. 785. in cujus autumno incœpit annus Antiochenorum 82. & ſic L. Pomponius Flaccus mortuus eſt in fine anni $\frac{785}{6}$. Vide *Card Noriſium diſſ. 3. de Epoch. Syromac.* Corona ex lauro, in nummis Antiochiæ, ob ejus verſus Apollinem deum Tutelarem cultum.

PONTI-

PONTINIA.

PONTINIA gens Prætoria, cujus nomen derivatum volunt à Pontia urbe juxta Tarracinam, & Colonia eodem anno quo Sueſſa, teſte *Livio*, *lib.* 9. deducta: nam ut Pontina tribus, & Pontina palus, ab illa dictæ ſunt apud *Feſtum*; ſic Pontinius ab urbe.

I.

PROPR. ROMA. S. C. Caput Romæ galeatum, ex averſa parte, C. PONTINI. A. F. Trophæum, ad cujus imum femina mœſta ſedet, juxta quam Rex ſtans manibus poſt terga rejunctis, inde Proprӕt. paludatus, d. haſtam.

C. Pontinius, quem male *Dio*, *lib.* 33. Pomptinum vocat, Auli filius in denario perhibetur. Legatus fuit M. Craſſi in bello contra Fugitivos, teſte *Frontino Stratag. lib.* 2. *cap.* 4. Præturam Urbanam iniit an. $\frac{690}{1}$. Prætor Provincialis Galliam Tranſalpinam ſortitus obtinuit an. $\frac{691}{2}$. & cum Allobrogibus bellum Catilinaria conflatum geſſit, ut refert *Cicero*, *in Oratione de Prov. Conſularibus*. Modo, inquit ille, „ meorum laborum, periculorum, conſiliorum ſocius C. Pontinius fortiſſimus vir, ortum repente bellum Allobrogicum, atque hac ſcelerata concitatum, præliis fregit eoſque domuit an. nempe $\frac{692}{3}$. nam illi prorogata eſt Provincia, imo & adhuc an. $\frac{693}{4}$. quo apud *Dionem, loco laudato*, cum Legatis L. Mario & Ser. Galba, Cotugnatum, ejus gentis regulum, profligavit ad Solonium.

Ad Urbem, triumphi impetrandi cauſa, rediit Pontinius an. $\frac{694}{5}$. reſtititque diu extra illam, ob acerrimos adverſarios, quos reperit; ſed pertinaciter ibi remanſit, uſque ad an. $\frac{699}{700}$. triumphi ſpe non abjecta, quem tamen obtinuit, licet adhuc Q. Scævola Tribunus Plebis ei cum Catone & Servilio Prætoribus adhuc ſe oppoſuiſſet; ſic ſcriptum eſt in *Columnis Triumphalibus*:

C. PONTINIVS A. F. N. PROPR. ANN. DCXCIX. DCXC. *Varr.*
DE. GALLEIS. ALLOBROGIBVS. III. NONAS NOVEMB.

In

In cujus rei memoriam denarios, militibus & ducibus eum ad triumphum comitantibus diſtribuendis, ſignare juſſit; in anteriore quorum parte Romæ caput viſitur, cum nota S. C. quia triumphus erat Senatuſconſulto decretus; & ex averſa trophæum, loco victoriæ erectum, cum Provincia ſubjugata ad ejus imum ſedens, juxta quam ſtat Rex chlamyde ornatus, manibus poſt terga revinctis, & in triumpho ductus, ut videtur, licet *Dio* illum evaſiſſe referat, his „ verbis. Ea re cognita, Pontinius toto exercitu in Cotugnatum „ verſus, eum obſedit, omneſque hoſtes, excepto Cotugnato, „ manu cepit. His actis, reliqua deinde haud difficulter in ſuam „ poteſtatem redegit. Forſan poſtea captus eſt.

De Pontinii triumpho etiam loquitur, in fine *lib.* 39. ubi Tri„ bunorum in eo perturbationes refert, itaque, ait, Tribuni Ple„ bis aliquot, populi cœtu deſtituti, in ipſa pompa negotium ei exhibuerunt, ita ut ad cædes quoque deveniretur.

POPI-

POPILLIA.

POPILLIA gens Plebeia: lex de Veſtalibus laudatur Popillia ab *A. Gellio, lib.* 1. *cap.* 12. ſed quando lata fuerit non liquet; hæc ad Philipporum Cæſarum uſque tempora duravit. Ejus nomen apud *Sigonium Popillii* à *Popillo. Feſtus* vero ait Popillia tribus una, quinque & triginta tribuum, tot enim fue- „ runt, à Popilliæ feminæ felici nomine appellata; & alio loco „ inquit, Popillia tribus à progenitrice traxit vocabulum, quod „ tamen non placet *Onuphrio, de Rep. Romana.* Ejus cognomen nobis ſupereſt *Lænas*, à *læna*, veſte lanea, quâ indutus erat M. Popillius Flamen Carmentalis, quando ob ſeditionem Plebis contra Patres, tempore ſacrificii, ad concionem venit.

I.

ROMA. Caput Herculis cum pelle leonina circa collum, & clava ſupra humerum lævum: ex averſa parte, M. POPILLI. LAENAS. Hercules pelle leonis ſupra dorſum, d. ſagittam è pharetra dorſo appenſa depromens, ſ. arcum tenſum tenet.

M. Popillius Lænas filius fuit P. Popillii apud Syphacem Numidiæ Regem Legatus an. $^{543}_{4}$ & frater major C. Popillii, cujus denarius poſt eum prodibit. Quæſturam provincialem ſuſcepit an. $^{566}_{7}$ Tribunatum Plebis an. $^{571}_{2}$ Ædilis fuit Plebis an. $^{574}_{5}$ Prætor Provincialis Sardiniam ſortitus an. $^{577}_{8}$ ſed ſe à Provincia excuſavit, ob rem bene geſtam in ea à Prætore anni ſuperioris, cui prorogata eſt Sardinia, ex *Livio, lib.* 41. Cum L. Poſtumio creatus eſt Conſul an. $^{580}_{1}$ Ligures ambobus decreti ſunt, quos ad oppidum Cariſtium vicit M. Popillius, & quùm illos qui ſe dederant, vendidiſſet, à Senatu de Provincia decedere juſſus eſt, ſed non paruit, iratuſque illi, ob victoriam relatam, reverſus eſt: Iterum licet victor Ligurum, vix damnationem evaſit, an. $^{581}_{2}$ abſentis Conſulis fuit fratris gratia ac Popilliæ Familiæ precibus ſervatus.

Quùm nobis ænigma Hercules, in denario ejus ſignatus ex utraque parte eſſet, & quando ille ſignatus, nobis cauſam ſuppeditare vide-

tur *Livius* an. $^{586.}_{7}$ Nam, inquit, *Dec.* 5. *lib.* 3. in bello contra Phi-
„ lippum Macedoniæ Regem à Q. Marcio Philippo Conſule ſuſ-
„ cepto, Marcus Popillius Conſularis, & alii pari nobilitate
„ adoleſcentes Tribuni militum, in Macedonicas legiones Conſu-
„ lem ſequuti ſunt: deinde narrat, quo modo ejus juſſu Hera-
„ cleam Thraciæ urbem Popillius expugnavit; in cujus memoriam Herculem, à quo condita fuerat, urbs de illius nomine in denario ſignavit, & ex altera parte Herculem ipſum, ſagittarium expreſſit, ut in illa urbe colebatur, ſicut nobis ſuggerit ejus urbis nummus Caracallæ, in quo Hercules gradiens d. ſagittam depromit, ſ. arcum tenet, in *noſtro libro de Nummis Græcis Impp.* in voce ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ, quæ alio nomine Perinthus appellata eſt.

Sed aliquis nobis objicit, non debuiſſe Conſularem hoc in bello voluntarium ſolummodo denarium cudere, ut innuit *Livius*, ſed potuit eſſe Conſulis Legatus, aut quando Cenſuram egit cum P. Cornelio Scipione Naſica an. $^{594.}_{5}$ ut referunt *Capitolinæ Tabulæ*.

CENS. P. CORNELIVS. P. F. CN. N. SCIPIO. NASICA.
M. POPILLIVS. P. F. P. N. LAENAS. LVSTR. FEC. LIIII.

Nemo neſcit Cenſores denariorum cudendorum poteſtatem habuiſſe, & tunc rem memoria dignam, ut Heracleæ expugnationem, denario conſignaſſe. M. Popillium fuiſſe doctum, ac Poetam non vulgarem fuiſſe, & P. Terentio familiarem prodit *Donatus in Terentii vita*, & *Ovidius Faſtorum* 6. eo Conſule inſtituta Floralia docet.

II.

LAENAS COS. Caput Concordiæ: ex averſo latere, C. POPILLI. P. F. P. N. Pegaſus alatus, pedibus inferioribus terræ affixis, ſuperioribus in aërem elatis.

C. Popillius Lænas Publ. filius perhibetur, utpote qui patrem Publium, ad Syphacem Regem, cum L. Genucio & P. Petilio Legatum, habuerit, miſſum an. 543. ut *Livius* narrat, *lib.* 27. & eum ſuperioris Publii fratrem fuiſſe nobis indicant *Faſti Capitolini.* Is Quæſturam Provincialem iniit uno anno ſerius quam frater $^{567.}_{8}$ & ſic alios Magiſtratus; Tribunus fuit Plebis an. $^{572.}_{3}$ Ædilis Plebis an. $^{575.}_{6}$ Prætor Provinciam ſortitus eſt an. $^{578.}_{9}$ Conſulatum poſtea obtinuit cum P. Ælio Ligure an. $^{581.}_{2}$ ambo primi de Plebe fuerunt.

Denarium hoc anno in Conſulatu ſignatum denotat vox cos. id eſt, *Conſul*, & C. Popillius in anteriore ejus parte Concordiæ imaginem, ad denotandam ſuam cum fratre M. Popillio ſuperiore anno Conſule percuſſit, ut idem notatum eſt in Æmilia gente; ſed præſertim quod Marco Senatus, ob res contra Ligures geſtas infenſus eſſet, ideo tarde ille in Provinciam ſibi decretam abiit, quia nondum de fratre Liguribuſque reſtituendis erat in Senatu relatum. At quùm Ludi Apollinares pridie Non. April. celebrari ſolerent, & Conſul Romæ adhuc eſſet, illos loco Prætoris, ut moris erat, edidit. In cujus memoriam in poſtica parte Pegaſum, Apollinis ſymbolum, ut in Æmilia gente num. 37. videre eſt, percuſſit. Apollo enim Muſarum comes, imo & pater, Pegaſum ut illæ pro ſymbolo habuerunt, quod illis fontem in Helicone monte ubi habitabant, aperuerit.

C. Popillius vir aſper ingenio, ſevero vultu & gravi oratione, ad Antiochum Epiphanem Syriæ Regem, cum C. Decennio & C. Hoſtilio Legationis princeps mittitur Conſularis an. $^{685.}_{6}$ ut ab obſidione Alexandria eum dimoveret, expoſitis mandatis, quibus jubebatur incœptis deſiſtere: quùm ille ſe deliberaturum diceret, virga Regem circumſcripſit, antequam circulum excederet, reſponſum dare. Qua aſperitate motus Rex bellum diſſolvit, teſtibus *Livio*, *lib.* 45. & *Paterculo*, *lib.* 1. Tandem Conſul iterum creatus eſt cum M. Æmilio Lepido an. $^{695.}_{6}$

III


LAENAS. Caput Junonis pelle caprina amictum, in poſtica parte, M. POPILLI. M. F. Juno Soſpita pelle caprina ornata ſtans, haſtam vibratura, & ſcutulum, ante illam ſerpens in gyros circumvolutus.

M. Popillius Marci filius in denario appellatus, Marcum ſuperiorem Conſularem habuiſſe patrem denotat. Is Quæſturam Provincialem iniit an. $^{599.}_{600}$ Tribunatum Plebis an. $^{604.}_{5}$ Ædilis Plebis fuit an. $^{607.}_{8}$ Prætor Urbanus an. $^{610.}_{1}$ Quæſtionem parricidii rerumque capitalium ſortitus obtinuit, ex *Val. Maximo*, anno $^{611.}_{2}$ Prætor Provincialis, Conſulatum geſſit cum Cn. Calpurnio Piſone an. $^{614.}_{5}$ quo denarium percuſſit, in eo ob Sacrificium deæ Junoni Lanuvinæ ſolemne pro Republica, ut moris erat, initio Conſulatus factum,

eam expreſſit, ut jam diximus in Cornelia gente num. 18. Plautia num. 1. & ſparſim. De Junone Soſpita, & ejus pellis caprinæ amictu, vide *Ciceronem*, *de Natura Deorum*, *lib.* 1. ubi depingitur cum haſta, cum ſcutulo, & cum caligulis repandis. Draco Lanuvinus, de quo *Propertius*, *lib.* 6. Deam comitatur, ſub cujus tutela erat.

Conſuli M. Popillio Hiſpania Citerior obtigit, ubi cum Numantinis bellum renovavit, ſed nihil magnum in eo geſſit hoc anno. Prorogata illi Provincia anno ſequente 615./6. Numantiam obſedit, ſed civium ſtratagemate victus eſt, ut tradit *Jul. Frontinus*, *lib.* 3. *cap. ult.*

POPPAEA.


POPILLIA
POPPAEA
C·POPPAEVS·SABINVS AED CVR
CAESAR
PORCIA
ROMA
C·CATO
ROMA
L·CATO M·F
VICTRIX
ROM
M·CATO
VICTRIX
ROM
M·CATO·PRO·PR
VICTRIX
TR·POT·
CAESAR
S·CATO
PR
CATO
TAP
TAB. CXVII.


PORCIA
M·PORC
ROMA
ROMA
PROVOCO
LICINVS
L·PORCI
POSTVMIA
ALBINVS
A·POST·A·F·S·N·
L·A·BINVS·A·F
A·N
ROMA
PALLVS
ROMA
A·A·BINVS
ROMA
A·ALBINVS
C·POSTVMI
TAB. CXVIII.

POPPAEA.

POPPAEA gens, etſi Conſularis, modica origine fuit, ſed Principum amicitia ad Conſulatum evecta; an à *Popa* nomen habuerit? Cognomen vero *Sabinus*, quod è Sabinis fuerit oriundus.

I

AVGVSTVS CAESAR. Caput Auguſti corona quercea ornatum, ex averſa parte, C. POPPAEVS SABINVS AED. CVR. Sella Curulis, ſupra quam corona, à ſiniſtris fulmen.

C. Poppæus Sabinus in *Faſtis* Q. F. Q. N. renunciatur, ejus vero aureus elegans denarius Ædilem fuiſſe Curulem nos edocet, in quo Magiſtratu Auguſti permiſſu illum cudit, cum ejus imagine; nam hoc tempore Triumviri Monetales hanc curam habebant, in averſa parte Sellam Curulem, ejus dignitatis inſigne, expreſſit, cum corona, quæ in ſacris, quæ ante Ludos deo, cui erant dicati fiebant, oblata erat; ſed fulmen illos fuiſſe Capitolinos arguit, qui in honorem Jovis Capitolini, pro ſervato Capitolio ab hoſtibus Gallis, fuerant à Camillo inſtituti, ut narrat *Livius*, *lib.* 5.

Conſulatum geſſit C. Poppæus cum Q. Sulpicio Camerino an. $^{761.}_{2}$ ut tradit *Dio*, *lib.* 56. Proconſul Mœſiam utramque obtinuit ab Auguſto an. $^{763.}_{4}$ quam adminiſtravit per triennium, & deinde prorogata illi fuit à Tiberio, additæque illi Macedonia & Achaia an. $^{769.}_{70}$ Thraces quùm rebellionem molirentur, illos contudit & domuit, qua de cauſa illi decreta ſunt triumphi inſignia an. $^{778.}_{9}$ ut tunc moris erat, teſte *Tacito*, *Annal* 4. his verbis, Decreta triumphi inſignia Poppæo Sabino, contuſis Thracum gentibus, qui montium editis in-

„ culti ; atque eo ferocius agitabant. Poſt decennium in „ Provincia eadem tandem defunctus eſt, cui per annos 24. præfuerat.

Obſervandum eſt nos nummum à *Goltzio* alteri Poppæo, cognomine Secundo attributum, non produxiſſe, quùm ad eum non pertineat, ſed Duumviro Coſ. Cuſæ vocato, Secundino & non Secundo.

POR-

PORCIA.

PORCIAM gentem fuiſſe Plebeiam inter *Scriptores* conſtat: ex illa prodiit Lex de Provocatione; nomen ejus à *porcis* derivatum eſt, ut refert *Varro*, *lib.* 2. *cap.* 1. Nomina multa, „ inquit, habemus ab utroque pecore, à majore & à minore. „ A minore Porcius, Ovinius, Caprilius; ſic à majore, Equitius Catonis Familia ex Muncipio Tuſculano oriunda. Tria fuerunt illi cognomina; *Cato*, *Læca*, & *Licinus*. *Catones* dicti ſunt cognomento, qui cati & ſapientes haberentur. *Læca* dictus videtur à Lecca quod eſt proprietas lingendi, & dicitur à lingo; inde hæc leccacitas & hic leccator, guloſus *Gl. Iſidor.* vocabulum vetus. *Licinus*, unde Licinii, idem eſt quod Lucinus, quem dicimus cui ſunt parvi utrinque ocelli, & brevis viſus.

I.

Caput Romæ galeatum: ex averſa parte M. CATO M. F. Victoria in bigis, d. palmæ ramum oblongum, in imo ROMA.

Plurimi fuerunt prænomine Marci in Familia Porcia, cognomine Catonis, & quidem M. filii; ſed Victoria palmæ ramum gerens, quæ denotat victoriam de hoſtibus relatam, ſuadet ut hunc denarium M. Catoni ſeniori M. filio tribuamus, quùm alii M. Catones nullam retulerint. Is Quæſturam Provincialem iniit in Sicilia & Africa ſub P. Scipione Proconſule an $\frac{549}{50}$ & Proquæſtore an. $\frac{550}{1}$ Tribunus Plebis videtur fuiſſe an. $\frac{554}{5}$ ſi quidem Ædilitatem Plebis geſſit an. $\frac{554}{5}$ ut tradit *Corn. Nepos*. Prætor Provincialis Sardiniam ſortitus an. $\frac{555}{6}$ quam abſtinenter rexit, teſte *Plutarcho*, *in ejus vita*. Creatus eſt Conſul cum L. Valerio Flacco an. $\frac{558}{9}$ Catoni obtigit Hiſpania Citerior, prorogata eſt illi Provincia an. $\frac{559}{60}$ quibus rebelles domuit, & oppida 400. in poteſtatem redegit, unde illi decretus eſt triumphus, ut teſtantur *Columnæ Capitolinæ*.

M. POR-

M. PORCIVS. M. F. CATO. PROCOS. ANN. $^{\text{DLIX.}}_{\text{DLX. Varr.}}$
EX. HISPANIA. CITERIORE. ... ...

Bigatos cudit ad remunerandos Duces & milites eum in triumpho comitantes; in quibus Victoria palmam gerit, ad inſignem ſuam de Hiſpanis relatam declarandam, tandem cenſuram cum L. Valerio Flacco ſuo in Conſulatu Collega geſſit, ut teſtantur *Faſti Capitolini.*

CENS. L. VALERIVS. P. F. L. N. FLACCVS.
M. PORCIVS. M. F. CATO. LVSTR. F. XXXXVIIII.

Vide *M. Catonis vitam*, ſi plura deſideras, apud *Corn. Nepotem* & *Plutarchum.* Obiit an. ætatis 86.

II.

Caput Romæ galeatum: ex averſo latere, C. CATO. Victoria in bigis, d. coronam prætendens; in imo ROMA.

C. Cato, frater fuit minor M. Porcii Catonis Oratoris, qui Conſul fuit cum Q. Marcio Rege an. $^{635.}_{6}$ & in Magiſtratu mortuus eſt in Africa; ambo nepotes M. Catonis Cenſorii, ad cujus renovandam de Hiſpanis victoriam, & quod Ædem Victoriæ Victricis dedicaſſet, in bigatis, quos cudit, dum Quæſtor eſſet Provincialis an. $^{622.}_{3}$ Victoriam, coronam præferentem, victoriæ teſtem, cudit: nam Caius ipſe nullam retulit, imo adverſus Scordiſcos, ut mox dicemus, malè pugnavit.

Tribunatum Plebis iniit an. $^{627.}_{8}$ Ædilitatem Plebis an. $^{631.}_{2}$ Prætor Urbanus factus, Quæſtionem publicam ſortitus eſt an. $^{634.}_{5}$ Provincialem obtinuit an. $^{635.}_{6}$ tandem Conſulatum geſſit an. $^{639.}_{40}$ Catoni Macedonia cum bello Thracico obtigere, adverſus Thraces & præcipue contra Scordiſcos ignominioſe dimicavit, à quibus fuſus & interceptus eſt totus exercitus, quem duxerat, ut narrat *Florus*, *lib.* 3. *cap.* 4. Damnatus à Judicibus Gracchanis Lege Manilia, ut refert *Cicero in Bruto*, & illius meminit ut exulantis Tarracone, *pro L. Corn. Balbo.*

III.

III.

Caput Apollinis corona radiata inſigne: ex altera, L. CATO. M. F. Luna bicornis, inter quinque Triones.

L. Cato, avum etiam habuit, ut C. Cato, de quo nunc egimus, M. Catonem Cenſorium, ſed duplex erat in Catonum Familia propago; nam hic Liciniam duxerat uxorem, ex qua ſuperiores erant oriundi, & alteram Saloniam, ex qua genuit M. Catonem Saloninianum, L. Catonis patrem. Ille Quæſturam Provincialem iniit an. $^{649.}_{50}$ Tribunatum Plebis an. $^{654.}_{5}$ Ædilitatem Plebis an. $^{657.}_{8}$ Præturam Urbanam an. $^{660.}_{1}$ quo indicat denarius illum Ludos Apollinares, ut moris erat, Prætorum: in cujus memoriam ex parte antica Apollinem ſub Solis imagine, quùm idem & unus eſſet, & ex altera Dianam, ſub Lunæ ſymbolo, quùm eadem eſſet, inter ſtellas, quia hi Ludi erant Apollini & ejus ſorori Dianæ dicati; hi autem pridie Non. Aprilis celebrabantur, ut fert *Calendarium Romanum.*

Ex Prætura Urbana Lucius ad Provincialem tranſiit an. $^{661.}_{2}$ & poſtea factus eſt Conſul cum Cn. Pompeio Strabone an. $^{664.}_{5}$ in Marſico bello, poſtquam res aliquandiu proſpere geſſiſſet & Marſos fudiſſet, eorum caſtra oppugnans. Occiſus eſt in Magiſtratu, teſte *Livio, lib.* 75. & *Oroſio lib.* 7. *cap.* 18. Patruus fuit M. Catonis Uticenſis, de quo in ſequentibus denariis.

IV.

M. CATO. Caput Liberi corona hederacea ornatum, ſub eo temo: in averſa parte, Victoria ſedens, d. palmam, ſ. coronam.

L. Catoni ſuccedit M. Cato fratris Marci filius dictus Uticenſis, relictus cum fratre Cæpione & Porcia ſorore parentibus orbus ex *Plutarcho.* Apud *Livium* Druſum avunculum principem tunc civitatis, eductus eſt ad Magiſtratus ſuſcipiendos; à Quæſtura incœpit, deinde Tribunatum Plebis accepit an. $^{691.}_{2}$ Ædilitatis ejus memoriam nobis ſuppeditare videtur denarius, dum nobis Liberi, corona hederacea ornati, caput exhibet, illumque Ludos Libero dicatos, de quibus loquitur *Cicero*, ſortitum fuiſſe denotat: ille autem, inquit, nunc ſum deſignatus Ædilis: „ „ habeo rationem, qui à P. Romano acceperim, mihi Ludos ſan-

,, ctiſſimos maxima cum cerimonia, Cereri, Libero, Liberæque ,, faciendos. Liberalia ſeu Liberi feſta in Calend. Romano celebra- ,, bantur XVI. Kal. April. *Varro, lib. 5. de Lingua Latina,* Liberalia ,, inquit, dicta, quod per totum oppidum eo die ſedent Sacerdotes ,, Liberi, hedera coronatæ, anus cum libeis & foculo pro emptore ,, ſacrificantes.

Victoria ſedens cum palma & corona, expreſſa eſt ad memoriam proavi ſui M. Catonis, viri Romæ ob virtutem clariſſimi & potentiſſimi renovandam, cujus ædem voverat, & dedicavit, ut tradit ,, *Livius*, *Dec.* 4. *lib.* 5. Iiſdem diebus ædiculam Victoriæ Virginis, ,, prope ædem Victoriæ. M. Porcius Cato dedicavit, biennio poſtquam vovit, anno ſcilicet 561. ex voce VICTRIX. *Fulvius* inquit, ſuſpicari quiſpiam poſſet apud *Livium*, Victricis pro Virginis reponendum eſſe.

V.

M. CATO deſuper ROMA. Caput Libertatis: ex averſa parte, idem typus Victoria ſedens, d. palmam, ſ. coronam; in imo VICTRIX.

VI.

M. CATO PROPR. deſuper ROMA. Caput Libertatis: ex averſo latere, Victoria ſedens, d. extenſa, ſ. palmam, in imo VICTRIX.

M. Cato nondum Præturam erat adeptus, quando Clodii Tribuni Plebis rogatione Cyprum Inſulam extra ordinem obtinuit, cum nomine Proprætore an. 595/6. ut illam in Provinciam Romanam pulſo Rege redigeret; ſed hoc tempore percuſſos non eſſe hos denarios remur; quod vi in illam abiret, & de re non gloriaretur. Prorogata Catoni Cyprus Provincia an. 596/7. cum præda Cypria extremo anni Romam rediit, ipſique Præturam Senatus extra ordinem citra Comitia decrevit, quam more majorum non accepit, ſed illam anno ſequente 597/8. petiit, prælato autem P. Vatinio repulſam paſſus eſt, & Urbanam obtinuit an. 599/600. ex S. C. & Lege Pompeia poſt quinque annos Siciliam Propr. ſortitus obtinuit, Furfanio ſuccedens, an. 604/5. quo tempore denarios ſuperiores percuſſit, ut indicat titulus legitimus M. CATO PROPR. ejus meminit *Plutarchus, in ejus vita.* Petentibus omni- ,, bus, ut imperium ſuſciperet, in Africa, Scipioneque & Varo ce- ,, dentibus ei ducatum, negavit convulſurum ſe Leges, quarum cau- ,, ſa oppugnarent convellentem, neque ſe Proprætorem, Procon- ,, ſule præſente, imperaturum.

Liber-

Libertatem ideo in denariis expreſſit, quùm eam exprimere tum tentaret Julius Cæſar: nam quùm jam eſſet pacis ſpes cum eo abjecta, in Provinciam profectus eſt; ſed Cæſar L. Curionem ipſi ſuccedere juſſit, qui eum cum exercitu prævenit. Omnes vero in Provinciam ituri, monetam Romæ ſignari curabant, ut vox ROMA penitus arguit. De Victoria, in priore illius denario, ad memoriam proavi renovandam, ob ædem Victoriæ extructam à M. Catone ſeniore ut & dedicatam, diximus.

VII.

CAESAR. TR. POT. Caput Cæſaris Auguſti: ex averſa parte, S. CATO PR. *Sextus Cato Prætor.* Sella Curulis.

Ut hunc nummum ſecundæ magnitudinis præferremus, ſequens à *Patino* noſtro allatus ſuaſit; nullum eſt dubium quin ad Sextum Catonem è Porciorum gente pertineat; ſed quis fuerit ille Sextus, nullus *Hiſtoriæ Scriptor*, eorum quos videre contigit, meminit. Porro illum ſub Auguſto poſtquam Tribuniciæ poteſtatem accepit, vixiſſe, ipſius Cæſaris vultus & ejus epigraphe, & ſub illo Prætorem fuiſſe, & nomen Prætoris, & Sella Curulis, ejus Magiſtratus inſigne, nos edocent.

VIII.

Caput Jovis barbatum: ex averſa parte, CATO & monogramma TAPσῶν. Figura militaris ſtans, d. pateram, ſ. haſtam.

Superior Sexti Catonis nummus huic lucem aliquam afferre videtur: ille Catonem fuiſſe Prætorem nobis declarat; hic Ciliciam, Prætoris nomine, adminiſtraſſe denotat: nam monogramma TAP. id eſt, Ταρσῶν, nummum Tarſi, Ciliciæ campeſtris metropoleos, percuſſum arguit. In ea urbe Jupiter ſummo honore colebatur, ut probat Hadriani nummus à *nobis libr. de Num. Græcis Impp.* deſcriptus, in quo ΔΙΟϹ ΤΑΡϹΕΩΝ ΜΕΤΡΟΠΟΛΕΩϹ appellatur; & juxta *Eratoſthenem* apud *Euſtathium, in Dionyſum.* ΖΕΥϹ ΘΑΡϹΙΟΣ. An ille Sextus fuerit M. Catonis, in pugna Philippenſi occiſi, & M. Catonis, qui vulgo minor ſeu Uticenſis dicitur? Ille videtur militari habitu cum patera Jovi ſacra facturus. M. Porcius Cato adhuc Prætorius ſub Tiberio Principe memoratur à *Tacito*, *lib.*

lib. 4. ut norint *Antiquitatis Studioſi*, Porciorum gentem non eſſe his temporibus extinctam.

IX.

LAECA. Caput Romæ galeatum : ex averſo latere, M. PORC. in imo ROMA. Libertas in quadrigis decurrentibus, d. habenas equorum, ſ. extenſa pileum Libertatis, Victoria per aera volitans, coronam illi porrigit.

Catonum Familiæ, altera Porciorum Læcarum ſuccedit ordine alphabetico Familia, etſi antiquior forſan illa ſit; nam M. Porcius Læca, qui hunc denarium cudit, Quæſtor Provincialis fuit eodem anno, nempe, $\frac{549}{50}$ quo & M. Cato Cenſorius, ex Municipio Tuſculano oriundus, Quæſturam etiam iniit. De cognomine *Læca*, ſupra dictum eſt. Fratrem habuit Publium, qui Tribunus Plebis legem de Provocatione & Libertate civium tulit; unde videmus illos hujus cognominis Porcios magnos fuiſſe Libertatis fautores: qui in Quæſtura hunc denarium, cum Libertatis imagine in quadrigis, exhibuit, aut in memoriam patris, qui illam acriter tutatus eſt, aut Legem iſtam Porciam de Provocatione & Libertate civium tulit, nullus enim *Veterum Scriptorum* autorem illius expreſſè litteris prodidit.

Ex Quæſtura Provinciali, quam per biennium geſſit, ad Tribunatum Plebis acceſſit an. $\frac{554}{5}$ in quo Magiſtratu, ne L. Manlius Acidinus ex Hiſpania decedens, Urbem ovans iniret, interceſſione ſua prohibuit, ut narrat *Livius*, *Dec.* 4. *lib.* 2.

X

P. LAECA. In vertice ROMA. Caput Romæ galeatum in averſa parte PROVOCO. Prætor ſtans, manum extendit verſus civem togatum, pone Prætorem Lictor, d. virgam.

P. Porcius Læca M. Læcæ ſuperioris Tribuni frater minor fuit ut temporis ordo manifeſtat, ſi quidem ille Quæſturam Provincialem iniit anno $\frac{500}{1}$ uno ſerius quam frater, in qua hunc denarium cudiſſe videtur, cum titulo Legis Porciæ PROVOCO, & typo Prætoris civem ad eum provocantem protegentis; nam typus ſuperior Libertatis in quadrigis, à Victoria per aerem volitante coronatæ, utrumque nempe, Libertatis vendicatæ ſymbolum ab utroque

utroque fratre expreſſus, ad parentis memoriam revocandam haud dubie apparet. Non ſumus tamen opinionis adeo tenaces, ut ſi ad alium ex eorum majoribus illum revocare velis, quin facile aſſentiamur, præſertim quum nullus *Hiſtoriæ Scriptor* ejus Legis autorem expreſſe litteris proderit, ut ſupra diximus.

Ex Quæſtura Provinciali P. Læca ad Tribunatum Plebis acceſſit an. $\frac{556.}{7}$ Præturam Provincialem ſortitus, Etruriam & Piſas obtinuit an $\frac{558.}{9}$ *Livio* teſte, *lib.* 33. Primus fuit Triumvir Epulo. *Amicus* auguratur, ſed ſine ratione, P. Porcium legem tuliſſe, & denarium ab ejus filio P. Porcio Læca fuiſſe percuſſum, in Quæſtura Prov. an. $\frac{586.}{7}$ & ſuperiorem à M. Læca illius patruele, pariter in Quæſtura, quem Tribunum Plebis reperimus an. $\frac{585.}{6}$

XI.

COS. Caput Junonis Soſpitæ pelle caprina amictum, pone quod ROMA: in averſo latere. L. PORCIVS L. F. LICINVS. Capra ad altare ignitum, juxta quod ſerpens: retro capram, patera & ſeceſpita.

L. Porcius in denariis Lucii F. appellatur, nempe Prætoris an. $\frac{546.}{7}$ & Lucii N. in *Faſtis Capitolinis*. Is Quæſturam Provincialem geſſit an. $\frac{553.}{4}$ Tribunatum Plebis an. $\frac{558.}{9}$ Præturam ſortitus Sardiniam obtinuit cum vetere exercitu an. $\frac{560.}{1}$ & non ſemel Conſulatus repulſam paſſus, ut ex *Livio* diſcimus, poſt novem annos accepit cum P. Claudio Pulchro an. $\frac{569.}{70}$ quo ſacra pro ſtatu Reipublicæ proſpero annua, ut ſolebant novi Conſules, teſte *Tullio, in Oratione pro Murena.* Junoni Lanuvinæ ſeu Soſpitæ fecit L. Licinus, in cujus memoriam hunc denarium cum nomine cos. cudi curavit. Capra, ut diximus ſparſim, Junonis erat victima: quod Hercules Junoni Opiferæ primus immolaſſet, ut refert *Pauſanias, in Laconicis*, forſan ideo hac pelle ejus caput ornatur. Serpens Lanuvinus eſt, qui in ejus erat tutela ex Propertio. Patella & ſeceſpita ad ſacra facienda ſpectant.

XII.

L. PORCI. LICI. Caput Romæ galeatum: in averſa parte,

L. LIC. CN. DOM. Figura nuda in bigis, d. ſpiculum vibratura; ſ. clypeum.

Ad alterum L. Porcium Licinum hunc denarium ſpectare nos docent nomina L Licini & Cn. Domitii Cenſorum an. $^{661.}_{2}$ in imo ſcripta, ſub cujus Cenſura idem typus in Aurelia, Coſconia, Poblicia & Pomponia occurrit, unde ad idem factum exhibendum à ſex Triumviris Monetalibus, quùm quinque in denariis reperiantur, ille expreſſus videtur; quod ſuſpicati ſumus ob victoriam contra Hiſpanos à P. Valerio Flacco relatam, de qua ſuo loco: ideo ratione temporum nepos aut pronepos L. Porcii Licini ſupra Conſulis, hunc denarium cudiſſe videtur; nam Lucii prænomen Porciis Licinis familiare, ſiquidem Conſularis filius L. Porcius Licinus Lucii F. & L. nepos perhibetur, qui Duumvir ex *Livio, lib.* 40. Ædem Veneris Erycinæ ad portam Collinam dedicavit an. $^{572.}_{3}$

POSTVMIA.

POSTVMIA gens Patricia, quæ in nullas adoptiones tranſiit, ſed in Patriciorum ordine permanſit uſque ad interitum Reipublicæ. Tantum Patriciæ ſuperſunt denarii, clariſſimæ, nempe *Albinorum* ab *albo* corporis colore dictorum, & *Megellorum.* Gentis nomen à *Poſthumo*, qui poſt humatum patrem natus dicitur.

I.

ALBINVS. Caput Neptuni, barba prolixa & corona ornatum: ex averſa parte, A. POST. A. F. L. N. Delphin in vertice, & tridens infima parte.

A. Albinus A. filius, L. Nepos, Quæſturam Provincialem ſortitus an. 502/3 in Siciliam cum Conſule profectus eſt, & denarios ibi, quùm in iis Romæ nomen non inſcriptum ſit, ad impendia novæ Claſſis percuſſit: nam C. Aurelio Cottæ & C. Servilio Gemino, quibus hæc Inſula erat decreta, addita fuerat Claſſis 60. navium, oræ maritimæ tuendæ & exercitus deferendi cauſa: quare Albinus ex anteriore illorum parte Neptunum, maris deum, & ex altera tridentem ipſius inſigne, & Delphinum ipſius ſymbolum, percuſſit.

Poſt Quæſturam A. Albinus Ædilis Curulis fuit an. 507/8 Præturam geſſiſſe videtur an. 509/10 nam reperitur Conſul cum C. Lutatio Catulo an. 511/2 Sed quùm eſſet Flamen Martialis, L. Cæcilius Pontifex Maximus, non paſſus à ſacris recedere, ut refert *Val. Maximus, lib. 1. cap. 1.* Cenſor factus cum C. Attilio Bulbo luſtrum fecerunt XL.

II.

Caput Apollinis ſeu Solis radiatum: ex altera parte, L. ALBINVS A. F. A. N. Luna bicornis, cum ſex trionibus.

L. Albinus A. Filius. A. nepos ex ejuſdem Poſtumia gente, ſed

ex

ex altera Familia Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. $\frac{509.}{10}$ Ædilis (urulis fuit an. $\frac{514.}{5}$ quo anno illum reſtauraſſe Ædem Apollinis & Dianæ, ut Ædilium Curulium muneris erat, uti ſæpe diximus, Ludos ſacros & ſolennes inſtituere, ac procurare, ſacrarum ædium & privatarum curam gerere: nec typus ad Apollinares Luds ſpectare poteſt, quùm illi tantum editi ſint primi an. $\frac{541.}{2}$ ut notat *Livius*. L. Poſtumius tandem creatus eſt Conſul cum Sp. Carvilio Maximo, an. $\frac{519.}{20}$

III.

Caput Jani bifrontis: ex averſo latere SP. POST. L. F. ALBIN. in imo ROMA. Navis.

Spurius Poſtumius Lucii filius, in denario, & in *Faſtis Capitolinis*, Auli nepos appellatus; nobis ſuadet, ut illum ſuperioris Ædilitii filium, Auli filium vocatum eſſe exiſtimemus. Is Quæſturam Provincialem iniit an. $\frac{557.}{8}$ quo uncialem hunc aſſem, ad quem reductus fuit bello ſecundo Punico, percuſſit, cum ſolito Jani bifrontis, quod ſub illo ſignata fuerit pecunia, & inſigni Navis Saturni, qui illum cudere docuerat.

Ad Ædilitatem Curulem venit Sp. Poſtumius an. $\frac{562.}{3}$ quo C. Furio Creſino veneficii ad Populum diem dixit. Præturam Urbanam ſortitus obtinuit an. $\frac{564.}{5}$ quo Eumenem Pergami Regem Rhodiorum & Antiochi Magni Legatos in Senatum duxit. Tandem Conſul creatus eſt cum Q. Marcio Philippo an. $\frac{567.}{8}$ quo Bacchanalia à Conſulibus prohibita ſunt, & Sacerdotes ejus dei expulſi.

IV.

Caput Jovis Victoris in laurea: ex averſo latere, SP. ALBIN. PAVLLVLVS. Victoria coronam trophæo porrigit.

Spurius hic Albinus cognominatus eſt *Paullulus*, id eſt, ob exilitatem corporis parvulus, ad differentiam ſuperioris Sp. Albini L. filii; ſed ille A. filius fuit & A. nepos, nempe illius Flaminis Martialis Conſulis an. $\frac{511.}{2}$ cujus denarium cum Neptuni capite, & in averſa parte illius ſymbolis primo loco retulimus. Tres erant fratres Aulus, Spurius & Lucius; Spurius autem Quæſtor

vide-

videtur fuiſſe Conſulis M. Acilii Glabrionis, qui anno 562. ad Thermopylas Antiochum Magnum devicit; in cujus memoriam ex una parte caput Jovis Victoris in laurea exhibuit, quia laurus Victori conceditur; & ex altera trophæum, in loco victoriæ erectum, ad æternam rei memoriam expreſſit. Ædilis Curulis fuit an. 577/8. Præturam ſortitus Siciliam obtinuit an. 578/9. ex *Livio*. Conſulatum autem geſſit cum Q. Mucio Scævola an. 579/80. ingens Romæ peſtis extitit, & de rebus Conſulum nihil memoria dignum reperitur.

V.

Caput Apollinis laureatum, in imo ROMA. ex averſa parte, A. ALBINVS. Caſtor & Pollux aſtris inſigniti haſtam manu tenent, & eorum equi bibunt ad fontem.

Aulus ille Albinus, qui nummum cudit, videtur eſſe frater natu major Sp. Albini, Paulluli cognominati, quem ob duos prænomine Spurios, præmiſimus. Is Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. 561/2. Ædilis Curulis fuit cum P. Cornelio Cethego an. 566/7. quo Ludos Romanos fecerunt ut narrat *Livius, lib.* 39. Præturam deinde Urbanam geſſit ex eodem autore, qui eum ordine ſecundum nominat an. 568/9. & denarius cum Apollinis capite, illum Apollinares Ludos celebraſſe denotat. In averſa cujus parte, ad antiquitatem generis ſui declarandam, Caſtorem & Pollucem exhibuit, in memoriam quod illi adfuiſſent prælio memorabili ad lacum Rhegillenſem, ab A. Poſtumio Dictatore, gentis ſuæ autore, contra Latinos commiſſo, an. 257/8. Pugnatum autem fuiſſe Idib. Quintil. teſtis eſt *Dionyſius*, eoque die, quotannis, poſtea in honorem Caſtoris & Pollucis, quod in hoc apparuiſſent Romanis, equites in Capitolium pompam ducere cœperunt. Caſtor & Pollux ad fontem viſi, equis aquam præbentes, primi de pugna nuntiaverunt.

VI.

Caput Dianæ, ſupra humerum lævum arcus & pharetra, in imo ROMA. ex averſa parte, A. ALBINVS. Tres equites ex fronte decurrentes, præeunte milite.

Quin ad eundem A. Albinum A. F. A. N. pertineat hic denarius non ſinit dubitare eadem epigraphe, quæ in ſuperiore; & ut illum

ad indicandum ſe Apollinares Ludos in Prætura Urbana ſua edidiſſe an. $^{568.}_{9}$ in denario Apollinis caput exaravit, quia illi huic deo erant dicati: ita in hoc Dianæ, Venatricis habitu, effigiem expreſſit, quod ei ut fratri Ludi iſti eſſent, ut ſæpe diximus, etiam conſecrati. In altera vero parte, ut Aulus originem ſuam ab A. Poſtumio Albino famoſo illo Dictatore anni $^{287.}_{8}$ prælium ad lacum Rhegillenſem exhibere voluit, dum militem pedeſtrem prodit, de quo loquitur *L. Piſo in Annalibus* quùm tradit Dictatorem primum auream ex præda dediſſe coronam, cujus maxime opera Latinorum caſtra fuerant expugnata; ſed ejus nomen ignoratur, ut refert *Plinius*, *lib.* 33. *cap.* 2. & tres equites decurrentes effuſis habenis, quùm Poſtumii Magiſter T. Æbutius Elua equitum equis frenos detrahi juſſiſſet, ut irrevocabili impetu ferrentur. Vide *Dionyſium*, *Livium*, *Plinium*, *Plutarchum* & *alios*.

VII.

Caput Libertatis: ex averſo latere A. ALBIN. A. F. A. N. Victoria gradiens, d. erecta coronam, ſ. palmam.

A. Poſtumius Albinus, poſt Præturam anno $^{568.}_{9}$ Conſulatum cum C. Calpurnio Piſone obtinuit an. $^{573.}_{4}$ Provincia Ligurum ambobus obtigit: ſed ante profectionem peſte Piſo extinctus eſt, & nova Comitia Q. Fulvium Flaccum in ejus locum crearunt. Albinus (eum appellat Luſcum *Livius*) prima & tertia legione Baliſtam ſuis montiumque montes obſedit, & præmuniendo præſidiis anguſtos ſaltus, eorum commeatus intercluſit, inopiaque rerum eos perdomuit: unde ejus Quæſtor, in victoriæ monimentum, exinde caput Libertatis Romanæ, & ex altera parte Victoriæ ſignum cum corona, Victoris præmio, & palma ejus inſigni, expreſſit.

VIII.

Caput Dianæ Venatricis, ſupra humerum lævum pharetra & arcus: in parte poſtica C. POSTVMI. in imo monogramma Canis venaticus currens, cum haſta in terra.

Temporis ratio, ut ab una Poſtumiorum Familia ad alteram modo tranſeamus, poſtulat. Duo fuere A. Poſtumii, alter L. nepos

&

& Quæſtor an. $^{502.}_{3}$ alter vero A. nepos, & Quæſtor an. $^{507.}_{8}$ cujus primum cum Neptuni capite denarium protulimus; Caii de quo nunc agimus, proavus fuit, avus extitit Lucius, cujus denarii nobis non ſuperſunt, & pater Spurius, cujus nummum cum Jano bifronte retulimus: Caius igitur Quæſturam Provincialem iniiſſe videtur an. $^{578.}_{9}$ Ædilis Curulis fuit an. $^{583.}_{4}$ Legatus in bello contra Perſen Macedoniæ Regem, an. $^{585.}_{6}$ Præturam Urbanam adeptus eſt an. $^{588.}_{9}$ quo denarius Ludos Apollinares celebraſſe nobis indicat: in cujus rei memoriam Dianam, Apollinis ſororem, quibus ſimul dicatos fuiſſe ſæpe diximus, exhibuit: ſicuti A. Albinus illam ſupra in denariis, ea de cauſa ſignavit. Canis venaticus, in altera parte expreſſus eſt, quia Diana venationibus præerat, unde à Græcis Ἀγροτέρα & Θηροφόνος ſeu Θηροκτόνος, imo & Κυνηγετάτη appellata eſt.

IX.

Caput Apollinis vitta redimitum, pone quod ſceptrum: ex averſo latere L. POST. S. F. L. N. ALBIN. Neptunus imberbis, pede proræ impoſito, d. acroſtolium, ſ. tridentem.

L. Poſtumius Spurii F. Lucii N. qui nummum cudit, frater fuit natu minor Caii Poſtumii, in ſuperiore denario nominati. Is Flamen Martialis inauguratus eſt an. $^{586.}_{7}$ ut *Livius* tradit, *Dec.* 5. *lib.* 5. Quæſturam Provincialem iniit an. $^{587.}_{8}$ Ædilitatem Curulem geſſit an. $^{592.}_{3}$ quo Ludos Magnos illum edidiſſe nos edocet pars denarii averſa, in qua Neptunus pede proræ impoſito ſtat, quod illi Ludi fuerint dicati, ſub nomine Conſi, unde Conſualia dicta; de quibus *Livius lib.* 1. Ludos, inquit, parat Neptuno equeſtri ſolennes, Conſualia vocant: ſed latus denarii anterius, in quo Apollinis caput exaratum eſt, L. Poſtumium Apollinares Ludos etiam celebraſſe nos edocet, quando Præturam Urbanam iniit an. $^{595.}_{6}$ quo denarium percuſſit, in Ludorum Magnorum à ſe in Ædilitate Curuli, & Apollinarium, in Prætura Urbana celebratorum, memoriam. Conſulatum denique cum Q. Opimio obtinuit an. $^{599.}_{600}$ ſed in Magiſtratu ab uxore veneno ſublatus eſt.

X.

Caput Herculis pelle leonina tectum: in averſa parte, SP. AL-BIN. MAG. in imo ROMA. Navis.

Ad priorem Poſtumiorum Albinorum ſtirpem redeamus, ut locum Spurio Albino locum demus. Hic Auli filius fuit, quem habuiſſe Spurium Paullulum, & Lucium fratres narratur. Magnus appellatus, ad differentiam patrui, Sp. Paulluli. Is Quæſtura mProvincialem accepit an. 591/2 quo ad Provinciæ impenſas aſſem hunc ex pondere percuſſit. Primus eſt, quem cum Herculis capite obſervavimus; nam caput ejus prius tantum in quadrantibus à ſecundo bello Punico, quo cœptum eſt in moneta videri. De illo ſæpiſſime, ut illuſtri in Italiam ex Hiſpania advena, diximus, qui Romanos colles habitavit; & de Nave Saturni, quod ille primus monetam ſignaverit.

Sp. Albinus è Quæſtura ad Ædilitatem Curulem acceſſit an. 596/7 Prætor Provincialis fuit an. 600. Conſul creatus eſt cum L. Calpurnio Piſone Cæſonino an 605/6 Gallia Albino obtigiſſe videtur.

XI.


ALBINVS. Caput Romæ galeatum, pone quod corona: in averſa parte, SP. POST. SP. F. Caſtor & Pollux aſtris ornati decurrentes cum haſtis, in imo ROMA.

Sp. Albinus Spurii filius in denario vocatus, & in *Faſtis Capitolinis* Spurii N. inſcriptus, ex temporis ſpatio videtur fuiſſe Sp. Paulluli nepos. Is Quæſturam Provincialem iniit an. 630/1 quo ad impenſas Provinciæ hunc percuſſit, cum ſolito Romæ capite, pone quod coronam ei adjecit, tanquam Victrici hoc anno, per Conſulem Q. Cæcilium Metellum, ex Balearibus. Ædilitatem Curulem adeptus eſt an. 635/6 Præturam Urbanam an. 638/9 Provincialem an. 639/40 quùm anno ſequente Proprætore obtinuit, & poſtea creatus eſt Conſul cum Q. Minucio Rufo an. 643/4

POSTVMIA



TAB. CXIX.


PROCILIA
PROCVLEIA
PVPIA
QVINCTIA
TAB. CXX.

XII.

Caput Romæ galeatum, pone quod apex: ex averſa parte L. POST. A. F. Mars galeatus in quadrigis.

L. Poſtumius Auli F. in denario appellatus, apicem Flaminis in anteriore illius parte exhibet, quem *Fulvius* exiſtimat fuiſſe L. Poſtumium Flaminem an. 585/6 teſte *Livio*, his verbis: Flamen „ Martialis inauguratus eſt eo anno L. Poſtumius. Sed hic noſtri „ avus eſt; nam erat ille Spurii F. & Lucii nepos, ut in Conſulatu renunciatur; noſter vero Auli filius eſt, & Lucii illius nepos. Illum ſuſpicamur eſſe, de quo *Cicero* loquitur, in *Bruto*, dum duos Albinos hujus temporis adfert, Aulum nempe, cui laus bene loquendi fuit, & alterum appellat Flaminem, ad differentiam prioris; nam ait, Flamen Albinus etiam in numero „ eſt habitus diſertorum. „

Is Quæſturam Provincialem iniit an. 655/6 quo denarium percuſſit cum inſigni Flaminis, ſcilicet apice, ad deſignandum Sacerdotium; & in altera parte quadrigati Martem Victorem exhibuit, ob aliquam victoriam Prætoris, cujus erat Quæſtor. Ædilitatem Curulem adeptus eſt an. 659/60 & ad Præturam Urbanam venit an. 661/2 Provincialem geſſit an. 662/3 poſtea in bello Marſico captus eſt & interemptus.

XIII.

A. ALB. S. F. L. METEL. Caput Honoris lauro coronati: ex averſa parte. C. MAL. Honos inſidens clypeis coronatur à Victoria pone ſtante, in imo ROMA.

Aulus ille Poſtumius Spurii filius appellatus videtur eſſe Sp. Poſtumii Conſulis anno 643/4 id temporis ratio poſtulat: nam ejuſmodi denarius in Cæcilia gente num 37. ob cognomen Metelli, ad quam ſpectat, & in Poblicia num. 1. ad quam pertinet Malleoli cognomen, jam prodiit. Illos tres in denario ſcriptos exiſtimamus fuiſſe Triumviros ſacris reficiendis ædibus, qui Honoris ædem reſtaurarunt; quùm hinc ejus caput, & illinc eundem clypeis inſidentem, quod per egregia belli facta ad Honorem quis perveniat, expreſſerint, unde illum Victoria coronat.

At quùm L. Cæcilius Metellus L. Metelli Diademati F. Quæſturam iniit an. $^{672.}_{3}$ & C. Poblicius Malleolus Cn. Dolabellæ Ciliciæ Prætoris Quæſtor occurrat an. $^{673.}_{4}$ oportet A. Poſtumium Sp. filium hoc tempore extitiſſe, unde probabilis eſt opinio noſtra, ut ille filius ſit Sp. Poſtumii Conſulis an. $^{643.}_{4}$

XIV.

Caput Dianæ cum pharetra & arcu ſupra lævum humerum : ex averſo latere, A. POST. A. F. S. N. ALBIN. Mons ſupra quem ſtat Sacerdos bovi coronam imponens, ara ignita intermedia.

A. Albinus Auli F. Spurii N. in denario vocatus, à *Fulvio* ad filium A. Albini Coſ. an. $^{654.}_{5}$ & antea Spurii fratris in Numidia Legatum revocatur, qui in Quæſtura in memoriam proavi ſui A. Albini Coſ. an. $^{573.}_{4}$ ejus Sacerdotium xvirale, quod ex *Livio*, obtinuit an $^{581.}_{2}$ renovare voluit : ideo in denario exhibuit Ludorum Sæcularium veluti typum, quibus præerat xvirorum Collegium, ut refert *Tacitus*, *lib.* 2. nam ex una parte Dianam expreſſit, cui erant hi Ludi dicati, apud *Zoſimum*; & ex altera Magiſter xvirorum aræ adſtat, ſupra montem, bovi coronam pro ſacrificio imponens; quod animal his Ludis Apollini & Dianæ, cujus templum erat in Aventino, ut mons denotat, pro ſacris immolari conſueverat. *Horatius*, *in Carmine Sæculari* docet:

Quique vos bobus veneratus albis &c.
Quæque Aventinum tenet, Algidumque
Quindecim Diana preces Virorum
Curet &c.

XV.

HISPAN. Caput Hiſpaniæ velatum: ex altera parte, A. POST. A. F. S. N. ALBIN. Prætor ſtans togatus inter aquilam legionariam, & faſces cum ſecuri, dextram attollit.

Ab eodem A. Poſtumio A. F. S. N. percuſſus eſt denarius proavi ſui fratris L. Albini de Hiſpanis Victoris memoriam revocante, ad antiquitatem originis ſuæ indicandam. Lucius ille Albinus de Luſitanis triumphaverat, ut *Faſti Capitolini* teſtantur.

L. POSTV-

L. POSTVMIVS A. F. A. N. ALBINVS PROPR. ANNO. DLXXV./DLXXVI. *Varr.* DE LVSITANEIS ET VACCEIS ... ...

Ideo ex una parte Hiſpaniæ imaginem expreſſit, & in altera ipſum Prætorem, à militibus jusjurandum accipientem ante ſigna terræ affixa: retro ſunt faſces, imperii inſignia. Quando autem ille Poſtumius Quæſturam ſuſceperit, ignoratur, & ſi ad alios pervenerit magiſtratus, incertum eſt, quùm nulla ejus ſit apud *Hiſtoriæ Scriptores* mentio.

XVI.

A. POSTVMIVS COS. Caput A. Poſtumii Regillenſis: ex altera parte, ALBINVS BRVTI F. in corona ſpicea.

A. Poſtumius Albinus, in denario appellatur Bruti filius, quod ex Junia Brutorum familia in Poſtumiam tranſierit; filius, ut remur, D. Bruti Conſulis an. 676/7. ab A. Poſtumio Albino adoptatus eſt; militavit ſub Cæſare in Gallia, quem ille deinde ad honores & imperia evexit, & ſecundum heredem ſcripſit, ex *Appiano.* Quæſtor Urbanus fuit an. 703/4. & ut antiquitatem Poſtumiæ gentis denotaret, ex anteriore denarii parte caput A. Poſtumii Albini Regillenſis Conſulis an. 257/8. ut Familiæ principis expreſſit, & coronam ſpiceam, quam meruit ob annonæ abundantiam, in Quæſtura procuratam.

Claſſi Præfectus à Cæſare factus eſt an. 704/5. Galliæ novæ Provinciæ, Cæſaris juſſu, præfuit an. 705/6. per tres annos, ut videtur, Romam redux, dominationis Cæſaris cum aliis pertæſus, contra eum conſpiravit. A Cæſare in annum ſecundum Conſul erat deſignatus, & Galliam Citeriorem acceperat Provinciam, quam Senatus ei, poſt Cæſaris cædem, confirmavit, & in illam abiit, reſque contra Inalpinos proſpere geſſit; unde Imperator à militibus appellatus, Proconſul an. 710/1. eam obtinuit, ſed à M. Antonio bello oppreſſus, quod fortiter ſuſtinuit, Mutina occupata, ſede urbis à Conſulibus ſublata, Antonius ad Lepidum fugit, ſed Albinus non gratus erat Cæſari ob patris cædem, reconciliatiſque Antonio & Lepido cum Senatu contra Albinum profecti ſunt, & licet 10. legiones haberet, ad Brutum in Macedoniam fugere ſtatuit, ſed à ſuis deſertus eſt, ob viarum difficultatem: tandem à Latro-

Latronibus captus & vinctus, à Camillo proditus eſt Antonio, qui eum videre non ſuſtinuit, ſed illi ut interficeret, mandavit. Hic finis fuit Albini.

XVII.

AVGVSTVS DIVI F. Caput Auguſti laureatum: ex averſo latere, M. POSTVM. ALBIN. L. PORC. CAPIT. II. VIR. Q. Cenſor ſtans, d. vas, ſ. oleæ ramum.

A *Patino* datus eſt hic nummus, etſi parum in nummorum Conſularium ſerie utilis: primo quod ſit ſecundæ formæ, & nihil aliud quam Familiæ nomen edoceat, quùm coloniarum Magiſtratuum res aut geſta declarare perquam ſit difficile, & quos hic prætermittere, & ad Coloniarum ſeriem transferre conſulimus, ut hunc in *noſtro Coloniarum libro* collocavimus.

Qui in Colonias è Romanis Familiis tranſmittebantur, ut plurimum, iis tenues erant opes, aut ex Libertinorum genere. M. vero Poſtumii Albini non occurrunt, niſi primis Urbis temporibus, unus ejus nominis inter Tribunos militum Conſulari poteſtate reperitur an. 327/8. Tantum nos docet nummus illum in Colonia Duumvirum Quinquennalem fuiſſe cum Porcio Capitone, qui Magiſtratus idem fuit ac Cenſor Romæ: ideo ejus imaginem in averſa parte expreſſit, vas tenet in quo luſtralis aqua, & ſiniſtra oleæ ramum, ex quo populum, peracto cenſu, in campo Martio luſtrabat.

XVIII.

Caput Auguſti radiatum, V. I. N. K. P. TVRVLL. II. VIR. QVIN. id eſt, *Victrix Julia nova Karthago, P. Turullio Duumviro Quinquennali*: ex averſo, M. POSTV. ALBINVS IIVIR. QVIN. ITER. V. I. N. K. Templum 4. columnarum, in cujus periſtylio AVGVSTO.

Quùm ad *Patini* nummi ſuperioris intelligentiam pertineat hic æreus primi formæ, oculis veſtris ſubjicitur; juſtæ magnitudinis eſt, ut cum denariis argenteis & aureis Familiarum aſſervetur: porro eum in *Coloniis* deſcripſimus; exhibet eundem M. Poſtumium Albinum, ſed iterum IIvirum Quinquennalem, quæ ſummi honoris erat dignitas, quem cum P. Turullio templum Divo Auguſto

guſto dedicaſſe nos edocet V.I.N.K. *Victrix Julia nova Karthago*, urbs Hiſpaniæ Citerioris maritima, ab Aſdrubale Pœnorum duce condita: ideo nova Carthago appellata, à Julio Cæſare Colonia facta, ut veterem cum Corintho deduxerat, eodem anno: aut ſi velis ab Auguſto, qui eam in ſcriniis patris deducendam invenerat; ideo Julia in aliis nummis nominata, & quidem Victrix, quùm Hiſpaniam bis domuerit ſub Petreio & Afranio, & deinde ſub Pompeiis fratribus.

XIX.

ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ. Caput Neronis laureatum: in averſa parte, ΓΑΙΟΣ ΠΟΣΤΥΜ. Β. ΛΑΟΔΙΚΕΙΑΣ. Jupiter Philalethes, d. aquilam, ſ. innixa ſcamno, illinc corona columellæ ſuperpoſita.

Ut Poſtumiorum gentem non eſſe ſub Nerone Principe extinctam palam fiat, hunc nummum producimus, & quidem in gratiam *Hiſtoriæ Romanæ* Studioſorum, qui nobis Aſiæ Proconſulem, nondum agnitum, è terræ viſceribus eruit. In Aſiam Pop. Romani Provinciam Proconſules mittebat Senatus, quorum nomine ejus urbes nummos ſignabant: Laodicea vero Phrygiæ civitas ſuos, ſub ejus Proconſulatus anno ſecundo, ut indicat littera Β. Neroni Imperatori percutit, & in averſa parte ſuum Jovem ΦΙΛΑΛΗΘΗΝ, id eſt, veritatis amicum, ut videre eſt in nummis Auguſti ΖΕΥΣ ΦΙΛΑΛΗΘΗΣ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ.

Quis fuerit ille Caius Poſtumius ſilent *Hiſtoriæ Scriptores*, ſed quantam lucem afferunt nummi antiqui ſuperſtites: C. Poſtumius Albinus ſupra prodiit Prætor an. 588. an ex illa ſtirpe?

Ad gentis Poſtumiæ nummorum ex Familia Albinorum intelligentiam, illorum ſtemma adjecimus à tempore, quo denarii cudi cœperunt, aſteriſcis notatis illis, qui illos ſignarunt.

STEMMA POSTUMIORUM ALBINORUM.

A. Postumius Albinus		L. Postumius Albinus.		
A. Postumius Albinus.		A. Postumius Albinus.		
* L. Postumius Albinus. Cos. an. 519.		* A. Postumius Albinus. Cos. an. 511. Fl. Martialis.		
L. Postumius Albinus.		A. Postumius Albinus.		
Sp. Postumius Albinus. Cos. an. 567.		* A. Post. Albinus. Cos. 573. Cenſor 579. xvir 581.	*Sp. Post. Paullulus. Cos. 578.	L. Post. Albin. Cos. 580.
* L. Postum. Albin. Cos. an. 599. Fl. Mart.	* C. Postum. Albin. Prætor. an. 588.	A. Postumius Albinus. Cos. an. 602.	* Sp. Post. Magnus. Cos. an. 605.	
A. Post. Albinus.	A. Post. Albinus. Qu. Pr. an. 531.	A. Postum. Albinus. Qu. Prov. an. 531.	* Sp. Post. Albinus. Cos. an. 643.	A. Postum. Albin. Legat. in Num. Cos. 654.
* L. Postum. Albinus. Præt. 661. Fl. Mart.		A. Postum. Albinus.	* A. Post. Albinus. Triumvir an. 672.	* A. Postum. Albin. Quæſtor.
L. Postum. Albinus. Propr. an. 702.	T. Postumius. Orator periit in bel. Civ. Pomp.	A. Postumius Albinus. Præt. Siciliæ 705.	Cn. Postumius. accuſ. Murænæ familiar. Ciceronis.	

XX.

MEGELLUS. Caput Jovis Anxuris, lanugine decori & faſcia : ex averſa parte, L. POSTUMI· L. F. Jupiter barbatus in bigis , d. fulmen , ſ. ſceptrum.

L. Poſtumius Megellus fuit filius L. Poſtumii Megelli Conſulis an. 491; Quæſturam iniit Provincialem an. 514; quo denarium cudit

cudit cum Jovis Anxuris capite, lanugine decoro, quaſi ἄνευ ξυροῦ, ſine novacula, quia barbam nunquam raſiſſet, forſan quod eſſet Quæſtori Præturæ Caleſinæ in Campania, in qua ſummus erat Jovis Anxuri cultus, ut innuit *Virgilius*, 8. *Æneid.*

Circæumque jugum, queis Jupiter Anxurus arvis
Præſidet.

In bigis Jupiter eſt fulminator, à fulmine quod gerit, dictus, ſceptrum tenet, ut imperii inſigne, teſte *Ovidio*, *lib.* 3. *Amor. Eleg.* 1.

Læva manu ſceptrum late regale tenebat.

Ex Quæſtura Ædilitatem Curulem adeptus eſt L. Megellus an. 589. 20 Præturam vero cum M. Otacilio Craſſo: nam tunc tantum duo Prætores erant, Urbanus nempe & Peregrinus. Poſt hunc Magiſtratum nulla de Poſtumiis Megellis mentio apud *Hiſtoriæ Scriptores.*

PROCILIA.

PROCILIAM gentem Plebeiam fuiſſe docet Tribunatus Plebis, quem geſſit L. Procilius, cujus denarium ſumus explanaturi. An familiæ nomen diminutivum eſt *Procilus*, à *Proco. Fulvius* Prociliam gentem è Lanuvio ortam eſſe auguratur, ex imagine Junonis denario impreſſæ, ſed nota S. C. ejus ſententiæ obſiſtere videtur, ut infra videbimus.

I.

Caput Jovis barbatum, & laurea coronatum, pone quod nota S. C. ex averſo latere, L. PROCILI. F. Juno Lanuvina, caprotina pelle ornata, d. haſtam vibratura, ſ. ſcutum, pro pedibus ſerpens in gyros.

L. Procilius, de quo loquitur *Cicero, ad Attic. lib. 4. Ep.* 15. Quæſturam Urbanam geſſiſſe videtur an. $\frac{692.}{3}$ quo denarium hunc cudit ex Senatuſconſulto, ut arguit nota S. C. in memoriam quod Conſules deſignati Magiſtratum ineuntes Jovi & Junoni Soſpitæ ſacra, ut moris erat, feciſſent; prima die Januarii frequenti populo comitati aſcendebant in Capitolium, & Jovi O. M. injuges juvencos mactabant, ut teſtatur *Ovidius:*

Veſtibus intactis Tarpeias itur in arces,
Et populus feſto concolor ipſe ſuo eſt.
Jamque novi præeunt faſces, nova purpura fulget,
Et nova conſpicuum pondera ſentit ebur.
Colla rudes operum præbent ferienda juvenci,
Quos aluit campis herba phaliſca ſuis.

Ideo Jovis caput in anteriore denarii parte expreſſum eſt cum S. C. & inde L. PROCILI. F. Juno Soſpita ſeu Lanuvina, de qua in ſequente denario.

II.

II.

Caput Junonis pelle caprina tectum, pone quod s. c. ex altera parte Juno eadem in bigis, pelle etiam caprina amicta, d. haſtam vibratura, ſ. ſcutum : ante bigas ſerpens in gyros circumvolutus.

Ut ſupra diximus, à L. Procilio in denariis ex Senatuſconſulto percuſſis, in memoriam quod Conſules Jovi ſacra feciſſent : ita & hunc in eam rem, quod etiam Junoni Soſpitæ ſacrificaſſent : nam erant ſummi dei, & à Jove principium, illa vero Juno, Soſpita dicebatur à σώζω, quod *ſervo* ſignificat ; ut Rempublicam ſervaret hæc dea. In primis Lanuvii magno honore colebatur, teſte *Livio*: quare apud eum ſæpe legitur, miſiſſe Romanos Lanuvium, qui ſacrificio facto, eam placarent ; ſed poſtquam data eſt civitas Lanuvinis, ædes Romæ factæ ſunt utrique communes in Foro Olitorio, & huic Conſules, Magiſtratum ineuntes, ſacrificare ſolebant; ut ait *Cicero, pro Muræna.* Hanc deam ille, *de Nat. deor.* (ut in denario viſitur) depingit, his verbis, ſimulacrum ejus finge- „ batur cum pelle caprina & haſta & ſcutulo, & cum calceolis „ repandis. Serpens eſt ille Lanuvinus in deæ tutela, de quo *Propertius, Elegia de Cynthia & dracone.*

L. Procilius poſt Quæſturam adeptus eſt Tribunatum an. 697.: quo Magiſtratum turbulenter egit, & de vi poſtea accuſatus eſt : de illo inquit *Cicero, ad Atticum, lib.* 4. *ep.* 15. De Procilio rumores non boni : ſed judicia noſti.

PROCVLEIA.

PROCVLEIAM gentem appellat *Dio, lib.* 51. Ejus nomen derivatur à Proculo, ut narrat *Car. Sigonius, de nom. Romanis lib. Proculeii*, à *Proculo*. Proculus cognomen plurimis gentibus familiare fuit, ut videre eſt apud *Glandorpium, Onom. Rom.* Is dicebatur Proculus, qui natus erat, patre peregrinante procul à patria.

I.

Caput Neptuni, prolixa barba decorum & coronatum, in averſa parte, C. PROCVLEI. L. F. Raia piſcis.

Duos nobis Proculeii nummos protulit *Patinus*, quos non legit integros: hi ſunt primæ formæ in *Theſauro Regio*. Prior hic dicitur C. Proculeius Lucii filius, & vere ad Proculeium (de quo loquitur *Plutarchus, in Antonio*, & quem *Dio lib.* 51. Caium appellat, ut conſtanter legitur in utroque nummo, ut putat *Patinus*,) ſpectat. Hic erat Eques Romanus, Auguſti amiciſſimus, qui pius ſic erga fratres ſuos, Scipionem & Murænam fuit, ut ſpoliatis bello civili patrimonium ſuum ex integro divideret, quod cum eis jam diviſerat: unde *Horatius, lib.* 2. *Carm. Od* 2.

Vivet extento Proculeius ævo
Notus in fratres animi paterni.

Caput Neptuni in nummo, urbem indicat maritimam fuiſſe, quæ illum percuſſit nomine C. Proculeii, ut videtur, Quæſtoris illius, qui Præturam forſan adminiſtrabat in Provincia, mari adjacente: quod confirmat Raia piſcis in averſa nummi parte, quo littus proximum abundabat, notiſſimus eſt, planus & cartilagineus, in tergo, cauda ſpinas habet.

II.

Caput Neptuni, ut ſupra, barbatum & laureatum: ex averſo latere, C. PROCVLEI. L. F. Bipennis.

Ad

Ad eundem C. Proculeium Lucii filium hunc nummum pertinere & epigraphe & Neptuni imago nobis demonſtrant. Ille eſt, cui Antonius moriens Cleopatræ ſuadet, ut præcipuè inter amicos Cæſaris fidem haberet apud *Plutarchum*; Vir enim erat ſingularis, ut ſupra diximus; de illo autem ſic ait *Juvenalis*, *Sat.* 7.

Quis tibi Mæcenas, quis nunc erit aut Proculeius,
Aut Fabius? quis Cotta iterum? quis Lentulus alter?

Verè Cleopatram admonuerat Antonius ut ſe Proculeio dederet, nam ipſe miſſus eſt poſt ejus mortem à Cæſare ad illam.

Bipennis in averſa numini parte expreſſa, genus armorum erat quo utebantur Amazones; & ſi nobis conjecturæ locus illa inſigne urbis erat, in qua cuſus eſt nummus, nempe in Aſia ubi regnarunt; & ſic in ea Provincia fuiſſe Quæſtorem C. Proculeium opinari quis poterit, quùm plurimæ urbes illius littorales aut mari proximæ Amazonibus paruerunt, ut Smyrna, Cumæ, Epheſus, & Thyatira, quæ ejuſmodi bipennem in nummo Auguſti exhibet, ut videre eſt in *noſtro libro de Nummis Græcis Imperatorum.*

C. Proculeium in maximo ſtomachi dolore, gypſo poto, mortem ſibi conſciviſſe ſcribit *Plinius*, *lib.* 36.

PVPIA.

PVPIAM gentem fuiſſe denotat Lex Pupia de Senatu habendo, cujus meminit *Cicero*, *Ep. lib.* 1. *ad P. Lentulum* 4. & *ad Q. fratrem*, *lib.* 2. *Ep.* 12. Cn. etiam Pupius recenſetur Tribunus Plebis an. 508; Nomen gentis à *Pupo*, id eſt, *puerulo*, derivatum videtur.

I.

Terminus ſeu Jupiter Terminalis, cum toga in truncum deſinens, Hermarum more, dextra ad pectus admota; hinc corona, inde ſimpulum: ex averſa parte, M. PISO M. F. FRVGI. Culter & patera, in laurea.

Hunc & ſequentem denarium *Urſinus* in Calpurnia gente repoſuit, nos in Pupia; quùm ille Piſo Frugi, à M. Pupio ſit adoptatus, & ideo prænomen Marci, & ſe Marci filium appellet, & in tertio ſe Pupium inſcribat. M. autem Pupius Cn. F. P. N. Prætorius in ſumma ſenectute Piſonem adoptavit, ut tradit *Cicero*, *in Oratione pro domo*; ejus tamen prænomen non refert. Piſo autem Calpurnianus ob adoptionem dictus eſt, ſed hoc agnomen in denariis non occurrit. Quæſtor fuit L. Scipionis Aſiatici an. 670; quem non ſequutus, quando in Campaniam contra Sullam profectus eſt, quia in his civilibus motibus ſe medium geſſit.

In Quæſtura vero denarios percuſſit, & ad arguendam ſuam originem; nam à Calpo Numæ filio, ut in Calpurnia diximus ex *Plutarcho*, illam trahebat; unde Terminum deum in anteriore eorum parte ſignavit in lapidem deſinentem; Numa enim, quùm publicum agrum P. Romani & privatum certis limitibus terminiſque definiviſſet, ſacellum erexiſſe Termino deo traditur in colle Tarpeio, „ qua de re *Dionyſius*, *lib.* 2. Statuit, inquit, Numa ut ſuo quiſque „ contentus eſſet, nec aliena appeteret: hinc de definitioni- „ bus poſſeſſionum conſtitutio. Juſſit enim unumquemque

fundos

fundos ſuos circumſcribere, ſacroſque finibus lapides apponere: lapides ipſos ſacravit Jovi Terminali, ſtatuitque eis ſacra quotannis omnes die ſtata & conſtituta facere ſuper locum ipſum coeuntes: feſto etiam die conſtituto valde honorifico Terminalium deorum: unde Romæ Terminalia VIII. Kal. Mart. De cultro, patera & corona in ſequente.

II.

Caput Juvenile Termini, vel Jovis Terminalis, hinc corona, inde ſimpulum: ex averſo latere M. PISO M. F. FRVGI. Culter & patera in corona.

Terminus, ſeu potius Jupiter Terminalis, faſcia ſeu vitta cinctus, hinc habet coronam, & alteram in parte averſa, ut innuere videtur Ovidius

Te duo diverſa Domini de parte coronant,
Binaque certa tibi, binaque dona ferunt.

Simpulum in anteriori latere, & culter cum patera ad Numam gentis & ſacrorum autorem referenda ſunt: nam ſacra & cæremonias omnemque cultum deorum immortalium ſuggerente, ut ipſe fingebat, Egeria Nympha, docuit, quibus diis, quibus diebus, quibus hoſtiis, ad quæ templa ſacra fierent: atque unde in eos ſumptus pecunia erogaretur.

III.

PISO FRVGI. Caput Neptuni barbatum & coronatum, ſub eo tridens: in averſa parte, M. PVPIVS M. F. Victoria in quadrigis decurrentibus, in imo prora Navis.

M. Pupius ex Quæſtura Tribunatum Plebis adeptus eſt anno 675./6 aliis, 676./7 Ædilitatem Plebis poſt repulſam paſſus, obtinuit an. 678./9. Prætor Provincialis Hiſpaniam ſortitus, in ea res bene geſſit, & ex illa triumphaſſe refert *Cicero, in Piſoniana, ibidemque Aſconius*: In Hiſpania denarios ad indicandam victoriam percuſſit, ſed caput Neptuni ex una parte, & prora Navis in altera, navalem fuiſſe arguere videtur. Victoria in quadrigis

cum flagro, ſolitum eſt denariorum, quos vocabant quadrigatos, ſymbolum.

Ex Prætura M. Pupius Conſulatum geſſit cum Valerio Meſſala Nigro an. $^{692.}_{3}$ Legatus antea fuerat Pompeii M. quem ad comitia ex Aſia præmiſerat, cujus gratia illum obtinuit; nam illum ſuis litteris commendaverat; Proconſul an. $^{693.}_{4}$ Illyricum ſortitus eſt.

IV.

ΑΥΛΟΣ ΠΟΥΠΙΟΣ. Caput Lyſimachi Regis diadematum, cum cornu arietino: ex averſa parte ΤΑΜΙΑΣ. Sella Curulis inter duas faſces cum ſecuribus, L. A. id eſt anno primo.

Tres ærei ſequentes nummi Aulum Pupium Rufum Bithyniæ Provinciæ Quæſtorem exhibent, nempe poſtquam Provinciæ ab Auguſto diviſæ ſunt cum Senatu an. $^{726.}_{7}$ apud *Dionem*, *lib.* 53. iter quos Βιθυνία μετὰ τοῦ προσκειμένου οἱ Πόντου. *Bithynia cum Ponto finitima*, ex eo numero fuit Senatui adſcripta: id vox ΝΙΚΑΙΕΩΝ in tertio nummo exarata nos edocet; nam Nicæa Bithyniæ erat urbs primaria, quæ monetam ſub Prætore P. Romani ſignabat, ut ſe ſub illius poteſtate eſſe demonſtraret.

Aulus vero Pupius Quæſtor, ut vox ΤΑΜΙΑΣ denotat, Sellam Curulem & faſces Prætoris ex una parte expreſſit, & ex anteriore caput Lyſimachi, ut conditoris, aut ſaltem Re-„ ſtauratoris. *Strabo*, inquit, *lib.* 12. Tunc Nicæa primaria „ Bithyniæ urbs ad Aſcaniam Paludem .... hanc Antigonus „ primum condidit, Philippi filius, & Antigoniam nomina-„ vit: deinde Lyſimachus, qui eam ab uxore Nicæam ap-„ pellavit: ea Antipatri fuit filia.

Lyſimachus hic ſpectatur diademate ornatus, cum arietinis cornibus, ut depingi ſolet in argenteis & aureis ejus nummis vulgaribus, ad inſtar Alexandri Magni: nam tranſiere ad ejus ſucceſſores, una cum Imperii dignitate, eadem quoque capitis inſignia. *Clemens Alexandrinus*, *in Protreptico. p.* 36. „ narrat Alexandrum ita cornutum depingi, tanquam eſſet Jovis Ammonis filius, his verbis, voluit autem & Alexander

Ammo-

„ Ammonis filius videri & CORNVTVS inſculpi à ſtatuariis. Quidni Lyſimachus Jovis Ammonis filius haberi etiam voluerit, quùm hic Nicææ conditor, ut infra dicemus, ille vero reſtaurator fuerit.

V.

ΚΤΙϹΤ. ΤΑΜΙΑϹ, id eſt, *Conditor Quæſtor.* Caput Jovis Ammonis, cum cornu arietino: ex altera parte, ΠΟΥΠΙΟϹ. ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Sella Curulis, ut ſupra, inter faſces cum ſecuri.

A. Pupium Quæſtorem ſub Bithyniæ Prætore fuiſſe haud dubie arguit vox ΝΙΚΑΙΕΩΝ, quùm illa ejus Provinciæ urbs fuerit primaria, ut ſupra diximus; quod confirmant Sella Curulis & faſces, Prætoris inſignia. Sed altera vox ΚΤΙϹΤης, ad Nicæenſes pertinens, Jovem Ammonem illius primum eſſe conditorem indicat; nam apud *Dionem Chryſoſtomum*, *lib.* de *Concord. Nicææ*, Bacchum & Herculem conditores ejus nominat. In nummis Græcis Impp. Bacchus ſæpe inſcribitur, ΔΙΟΝΥϹΟΥ ΚΤΙϹΤΟΥ ΝΙΚΑΙΕΙϹ. Sed ille filius erat Ammonis Libyæ Regis apud *Diodorum Siculum*; & in aliis frequens Jovis imago, ſed in hoc ſolo Ammonis effigies conſpicitur. Sed quid tum? Nonne nobis quotidie nova proferunt nummi è terræ viſceribus eruti? Iſteque confirmare videtur Lyſimachum Nicææ Reſtauratorem ex *Strabone* ſupra laudato, ad inſtar Jovis Ammonis, illius urbis conditoris, cornua gerere arietina voluerit, ut alter hujus dei filius videretur, qui Nicæam reparaverit, & ei uxoris nomen impoſuerit.

VI.

ΠΟΥΠΙΟϹ. L. B. id eſt an. 2. Aries ex averſa parte, ΡΟΥΦΟϹ ΤΑΜΙΑϹ. Duo fulmenta ligni, pro igne, cum clathro ferreo tranſverſo.

Hic nummulus nobis Pupii cognomen, nempe *Rufi*, profert, ut ex primo prænomen Auli habuimus, & ut ille primum ejus Quæſturæ annum deſignat, hic ſecundum computat. Aries pro Jove Ammone exaratur; *Hyginus*, *lib. Fabul.* Liberum refert in

" Indiam proficiſcentem, quùm ſiti laboraret ex arena arietem
" emerſum conſpexiſſe, quo duce aquam invenit. *Herodotus, lib.* 2.
" tradit, amputato arietis capite Jovem ſe ita Herculi oſtendiſſe,
" atque inde factum, ut Ægyptii arietina illum facie confingerent.
Duo fulmenta cum clathro ferreo, victimas Jovi Ammoni ſuper ea cremari denotant, quæ A. Pupius exhibuit, ad denotanda ſacra à Prætore huic deo, antiquo civium more, fuiſſe quotannis perpetrata: ut indicare videtur annus ſecundus in nummulo ſignatus.

QVINCTIA.

QUINCTIAM gentem Patriciam fuiſſe teſtatur *Livius, lib.* 1. nam Alba diruta à Tullo Rege, Albanorum principes, inter quos fuere Quinctii, Romam traductos in Patriciorum numerum cooptatos fuiſſe refert. Nomen gentis à Quincto derivatum eſt. Cognomina illius nobis ſuperſunt *Criſpinus* & *Flamininus*. Criſpinus quidem à criſpis capillis dictus, Flamininus vero à Flamine. Caius autem Quinctius fuit Flamen Dialis, cui hoc cum toga prætexta & Sella Curuli datum, & ut Senatum ingredi poſſet conceſſum, quem cognominis Flaminini autorem in gente Quinctia cum *Glandorpio* exiſtimamus.

I.

Caput Romæ galeatum, pone quod apex, ex averſo latere, T. Q. Caſtor & Pollux decurrentes cum haſtis in equis, clypeus ſub imum.

Litteræ initiales T. Q. cum forma denarii, nos ut T. Quinctio patri illius, qui Philippum regem devicit, eum tribuamus, ſollicitant: nam in nummis hic Titi filius inſcribitur, & ratio temporis poſtulat; Hac autem ætate nullus T. Quinctius denarios argenteos cuderat. Ille autem Quæſturam Provincialem iniit in qua nummum ſignavit, in anteriore cujus parte apicem, Flaminis inſigne, ad indicandam ſuam originem exhibuit: in averſa vero Caſtorem & Pollucem decurrentes, ſolitum monetæ argenteæ typum, quem ad concordiam fratrum denotandam ſæpe expreſſum diximus. Nullos alios T. hujus Quinctii Magiſtratus in *Hiſtoria Romana* reperimus.

II.

Caput Romæ galeatum: ex altera parte, SX. Q. in imo ROMA. Caſtor & Pollux, aſtris inſigniti, decurrentes in equis, cum haſtis.

Eadem conſtricta sx. pro *Sextus*, ſcribendi formula, ut illum denarium eodem fere tempore, quo ſuperior eſt cuſus, ſignatum fuiſſe putemus, impellunt, & ſic Sextum Quinctium T. Quinctii ſuperioris fratrem eſſe auguramur. Idem Caſtoris & Pollucis typus fratrum concordiam in utroque nummo ſignatus denotans, id confirmare videtur; & ut Fratris Titi Magiſtratus ignorantur, ſic Sex. Quinctii geſta apud *Hiſtoriæ Scriptores* pariter ſepulta occurrunt.

III.

Caput Romæ galeatum: ex averſo latere, T. FLAMI. T. F. L. N. Victoria in bigis, d. flagrum, ſ. habenas, in imo ROMA.

T. Flamininus T. filius L. nepos appellatur in denario. Quinctius ille qui de Philippo Rege triumphavit, Tribunus militum fuit ſub M. Marcello, deinde Quæſturam Provincialem iniiſſe videtur an. $\frac{545}{6}$ quo hunc bigatum, ſolitum argenteæ monetæ typum, percuſſit Romæ, ut moris erat Quæſtorum, antequam in Provinciam abirent. T. Quinctius Proprætor an. $\frac{547}{8}$ Tarentum & Salentinos ſortitus eſt, quos prorogato imperio obtinuit an. ſequente, ex *Livio*.

IV.

AED. CVR. Caput Cereris corona ſpicea ornatum: ex averſa parte, T. FLAMIN. T. F. L. FLAC. P. F. EX. S. C. Duo Ædiles inter duas ſpicas ſedentes.

Tandem T. Flamininus cum L. Valerio Flacco factus eſt Ædilis Curulis an. $\frac{553}{4}$ & denarium hunc ſignavit, quem mirè Livius *Dec.* 4. *l.* 1. vel denarius *Livium* illuſtrat. Ille enim in-„ quit, Ludi Romani Scenici eo anno magnifice apparateque „ facti ab Ædilibus Curulibus, L. Valerio Flacco & T. Quinctio „ Flaminino, biduum inſtaurati ſunt, frumentique vim ingen-„ tem, quod ex Africa Proconſul Scipio miſerat, quaterni æris „ Populo cum ſumma fide & gratia diviſerunt. In cujus memoriam monetam hanc percuſſerunt, ex Senatuſconſulto; in qua illi ſedentes viſuntur, hinc & inde ſpica eminet; in anteriore parte, depicta eſt Ceres, quæ fruges ſerere docuit, ideo ſpicea corona erat ornata, ut in 4. *Faſt.* canit *Ovidius*.

Impo-

Impoſuitque ſuæ ſpicea ſerta comæ.

Conſulatum geſſit T. Flamininus cum Sex. Ælio Pæto Cato an. 555. 6. Quinctio Macedonia ſorte obtigit, Philippum Macedoniæ Regem, Epiri clauſtra occupantem, ad fluvium Aonem acie ſuperavit, fugientemque in Theſſaliam inſequutus eſt. Conſuli in Macedonia prorogatum eſt imperium an. 556. 7. Regem ad Cynocephalas devicit, & caſtris exuit. Philippus in Macedoniam trepidus ſe recepit, & inducias Demetrio filio cum aliis obſidibus datis impetravit, ut Legatos de pace Romam mittere poſſet. Prorogata in alterum annum Quinctio Provincia 557. 8. pacem decem Legatorum Conſilio Regi conceſſit, & libertatem Græcis, cum in Europa tum in Aſia degentibus, reddidit. An. 558. 9. Græciam obtinuit cum vetere exercitu & Claſſe Provinciam, Nabidem Spartanorum tyrannum aggreſſus expulit, & omnes Græcos in libertatem vindicavit. Romam redux an. 559. 60. triumphum egit ut *Capitolina Marmora* teſtantur.

T. QVINCTIVS. T. F. L. N. ANNO. DLIX. DLX. *Varr.*
PRO. COS. EX. MACEDONIA. DE. REGE. PHILIPPO.
PER. TRIDVVM ... ...

Ad omnes tandem Magiſtratus evectus, cum Claudio Marcello Cenſor creatus anno 564. ut ferunt *Faſti Capitolini.*

CENS. T. QVINCTIVS T. F. L. N. FLAMININVS.
M. CLAVDIVS. M. F. M. N. MARCELLVS.
L. F. XXXXVIII.

V.

S. C. Caput Dianæ Venatricis, in cujus fronte Luna bicornis, ſuper humerum arcus & pharetra: ex averſo latere T. FLAMIN. Ipſa dea in bigis cervorum, d. ſagittam, ſ. arcum tenſum, in imo ROMA. & in area Luna creſcens.

T. Flamininus in hoc denario inſcriptus videtur fuiſſe filius T. Quinctii Flaminini Cenſoris, quem ut Quæſtor Urbanus an. 591. 2. ex Senatuſconſulto percuſſit ad impendia ſacrorum Dianæ. In Aventino monte ejus erat templum à Latinis olim ſub Servio Reg-

commu-

communi ſumptu extructum, quo civitates quotannis privatim & publice ſacra facerent, exercerentque forum rerum venalium certis temporibus: & *Dionyſius* uſque ad ſua tempora in templo columnam æream fuiſſe narrat; in qua ritus celebrandi feſti atque fori legebantur. In horum ſacrorum hoc anno celebratorum memoriam, expreſſa eſt in anteriore denarii parte Dianæ imago, cum nota S.C. & in averſa ejus parte ipſa in curru cervorum, ſagittam ex arcu vibratura, quod illa venationis dea haberetur, & cervi in ejus eſſent tutela, & huic litabatur cerva.

Ex Quæſtura ad Ædilitatem Curulem tranſiit T. Flamininus an. 596/7. Præturam Provincialem ſortitus eſt an. 599/600. & Conſulatum cum M. Acilio Balbo obtinuit an. 603/4. Sed de eorum Provinciis ac rebus bello geſtis nihil reperitur.

VI.

CRISPINVS. Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA. ex averſa parte, L. QVINCTI. Victoria in bigis, d. habenas equorum, ſ. palmam gerit.

L. Quinctius ex altera Quinctiorum Familia genitus appellatur Criſpinus: in *Faſtis* vero *Capitolinis* T. filius recenſetur, qui patrem habuit Conſulem cum Claudio Marcello an. 545/6. Is Quæſturam Provincialem iniit an. 560/1. Proquæſtore fuit anno ſequente 561/2. Ædilis Curulis an. 565/6. Prætor Provincialis Hiſpaniam Citeriorem ſortitus eſt an. 567/8. ſero veniens in Provinciam exercitum in hiberna deduxit. Prorogatum eſt illi imperium an. 568/9. junctis vero copiis cum Calpurnio Piſone Hiſpaniæ Ulterioris Prætore ad Tagum fluvium, ingenti prælio fuderunt, ita ut triginta hoſtium millia cæſa fuerint, de quo vide *Livium, lib.* 39. Itaque anno ſequente Romam reverſus triumphum obtinuit, ut declarant *Marmora Capitolina*.

L. QVINCTIVS T. F. N. CRISPINVS PROPR. A. DLXIX./DLXX. *Varr.*
DE LVSITANEIS. ET. CELTIBEREIS. ... ...

Ut autem Lucius milites eum in triumpho comitantes, ex more remuneraret, bigatos denarios ſignavit, & ad victoriam de Hiſpanis indicandam Victoriæ pro flagro ſolito palmam appoſuit.

VII.

VII.

OB CIVIS SERVATOS, corona ex lauro, (in altero ex quercu) inter duos lauri ramos: ex averſa parte S. C. & in ambitu, T. QVINCTIVS CRISPIN. SVLPIC. III. VIR. A. A. A. F. F.

Quin ille T. Quinctius Criſpinus ex illa ſit Criſpinorum Familia cum ſuperiore Lucio Quinctio, vix dubitandi locus eſt; ſed agnomen Sulpiciani illum è Sulpicia gente in ipſam adoptione tranſiiſſe denotat. Sulpicia quidem ut & Quinctia erat Patricia, quando autem facta eſt hæc adoptio ignoratur. Titus ergo Quinctius Sulpicianus, Triumvir Monetalis Senatus, ſub Auguſto hunc nummum tertiæ magnitudinis, cum titulo huic Principi conceſſo, apud *Dionem*, *lib.* 53. nimirum, inquit, quod perpetuus hoſtium, ac civium eſſet ſervator.

VIII.

AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. in corona querceâ: ex averſo latere S. C. in area T. CRISPINVS SVLPICIANVS III. VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum.

T. Quinctius, in hoc denario, retento gentis nomine per cognomen Criſpini, & adoptionis agnomen Sulpiciani inſcribitur, & pro Auguſti imagine nomen ejus tantum, cum titulo Tribuniciæ poteſtatis: noluit enim Auguſtus Tribunus Plebis fieri in quinquennium, ut intercedere iis, quæ ab aliis contra ipſorum placitum moverentur, poſſet; ſed tantum ejus poteſtatem accepit, ut ſacroſanctus eſſet, ita ut minimo, non dicam facto, ſed verbo ab aliquo læſum exiſtimaverit, eum indicta cauſa, tanquam qui ſe piaculo obſtrinxerit, necaret.

IX.

AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. in corona ex lauro: in averſa parte S. C. circa vero ambitum, T. QVINCTIVS CRISPINVS A. A. A. F. F.

X.

Idem Typus: in averſo latere S. C. circa vero ambitum, T. QVINCTIVS CRISPINVS III VIR. A. A. A. F. F.

Uterque nummus, cum titulo AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST.

inſcribitur; ſed inter lauream, quùm in ſuperiore exaratus ſit in corona quercea. A Triumviris monetalibus modo hæc, modo illa ſignabatur: nam Auguſto quotannis utraque proferebatur, ut ſupra diximus, laurea ut ſemper victori; quercea vero, ut civium ſervatori. In horum priore nummo non ineſt IIIVIR, quod in altero apponitur, & id ad libitum Scalptoris, ut opinamur.

XI.

AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. in quercea: ex averſo latere, T. CRISPINVS. A. A. A. F. F. circa ambitum. S. C. in area.

Iterum prodit corona quercea, cum titulo AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. à Quinctio Sulpiciano Triumviro Monetali percuſſa: ſed cum prænomine Titi tantum, & antiquo Criſpini cognomine, quem omnes tunc temporis noverant. At quum uſus invaluerat ut moneta ad Auguſti effigiem, aut cum ejus nomine, & Monetalium appellatione, tantum cuderetur, factum eſt ut nulli alii Magiſtratus denarios aut nummos ſignare poſſent, & ita plurima Romanorum nomina ſunt deperdita: nam alios T. Criſpini Sulpiciani Magiſtratus ignoramus, præterquam ejus Conſulatum an. 740. quem *Dio*, *lib.* 55. his verbis nobis ſuppeditat, anno inſequenti Druſo & T. Quinctio Criſpino Conſulibus, ſigna Druſo non læta acciderunt.

XII.

AVGVSTVS DIVI. F. Caput Auguſti nudum: ex averſa parte, T. CRISP. VALERIANO. L. CÆSON. M. SERVIL. II. VIR. Bos

Alter æreus ſecundæ magnitudinis capite Auguſti percuſſus alterum nobis T. Criſpinum nomine Quinctium, & adoptione Valerianum exhibet: Valeria gens fuit, ut & Quinctia, è Patriciorum numero: hic vero Criſpinus Valerianus Duumvir deducendæ Coloniæ cum L. Cæſonino & M. Servilio à Cæſare miſſus fuit: quare nummus urbis nomen reticet, ne Coloniæ illius Duumviri Conſulum loco videantur. Si nobis integra Auguſti ſupereſſet hiſtoria, quænam eſſet illa Colonia nobis innoteſceret. *Suetonius in ejus vita* duodetriginta Colonias in Italiam deduxiſſe refert; & ipſe *Auguſtus*, *in Ancyrano Lapide*, de ſe ita ſcribit. Unus & ſolus omnium, qui deduxe-

deduxerunt militum Coloniam in Provincias, ad memoriam ætatis meæ. Bos Coloniæ ſymbolum eſt, & typus. *Onuphrius Panvinius* ſuffectum Conſulem fuiſſe T. Quinctium Criſpinum Valerianum an. $^{749}_{50}$ ex *antiqua Inſcriptione* opinatur, ob tribunitiam poteſtatem trigeſimam Auguſti in ea notatam.

IMP. CAESAR. DIVI F. AVGVSTVS
PONT. MAX. TRIB. POT. XXX.
IMP. XV. COS. XIII. PATER PATR.
P. LENTVLVS. CN. F. SCIPIO
T. QVINTIVS. CRISPINVS. VALERIANVS COSS.
EX S. C. FACIVNDVM. COERAVER.
EIDEMQVE. PROBAVER.

Quanta lux *Hiſtoriæ* ex nummis & lapidibus affulget!

QVINCTILIA.

QVINCTILIAM gentem Patriciam & antiquam fuiſſe conſtat; ſi quidem Sex. Quinctilius Varus mortuus peſte in Conſulatu an. [300.] quùm Plebeii nondum hunc Magiſtratum adepti fuerant. Nomen à Quinctiis derivatum eſt, ut refert *Car. Sigonius* his verbis, Quinctilii à Quinctiis. Cognomen *Varus* unicum fuit, unde ſuſtulimus nummum, cui cognomen *Rufus* à *Patino* huic genti attributum, ad Varium Plebeium ſpectans, ſic ille legendus C. VAR. RVF. id eſt Caius Varius Rufus. *Varus* autem dicitur qui obtortis plantis eſt.

I.


OB CIVIS SERVATOS. Corona quercea, inter duas lauros: in poſtico latere, P. QVINCTILI. SEX. F. VARVS III. VIR. A. A. F. F. Circa ambitum, S. C. in area.


P. Quinctilius Varus Sexti filius in nummo appellatur, nempe qui patrem habuit Quæſtorem, initio belli Civilis, à Cæſare captum an. [704.] Corfinii, & dimiſſum, ex *ejus Comm.* 1. Is poſt cladem Philippenſem liberti manu ſe jubente concidit, ex *Velleio, lib.* 2. Filius ergo Triumvir Monetalis à Senatu factus hunc tertiæ magnitudinis, cum ſolito Auguſti elogio OB CIVES SERVATOS, nummum ſignavit, cujus ſymbolum corona eſt quercea, quia primi hominum è terra nati quercu veſcebantur, ut narrat *Plutarchus, Qu. Rom.*

II.

CAESAR AVGVSTVS TRIB. POT. IX. COS. XI. Caput Auguſti nudum: ex averſa, P. QVIN. VARO. M. TITIO. L. COR. BALBO. II. VIR Bos.

Hic nummus ſecundæ formæ nos docet P. Quinctilium Varum, quem ſupra vidimus Triumvirum Monetalem Senatus, ab Auguſto Duumvirum cum M. Titio & L. Cornelio Balbo deducendæ Coloniæ fuiſſe: in cujus memoriam illum percuſſerunt, ſub Tribunicia


QVINCTIA
ROMA
CRISPINVS
L·QVINCTI·
OB
SERVATOS
S·C
AVGVSTVS
TRIBVNIC
POTEST
T·CRISPINVS
DIVI·F·
QVINCTILIA
CAESAR
IIVIR
L·COR·BABO
TAB. CXXI.


QVINCTILIA
RABIRIA
RENIA
C·RENI
ROMA
ROSCIA
RVBELLIA
L·ROSCI
FABATI
SC
RVBRIA
L·RVBRI·
DOSSEN·
L·RVB
DOSSEN·
L·RVBRI·
TAB. CXXII.

bunicia poteſtate nona illius principis, anno $^{739.}_{40}$ reſpondente: nam ille eam accepit, poſt diem 14. Junii an. $^{731.}_{2}$ Redux autem è Colonia P. Varus factus eſt Conſul cum Ti. Claudio Nerone an. $^{740.}_{1}$ ut refert *Dio*, *lib*. 40. quo anno etiam L. Cornelius Balbus ejus Collega in ea deducenda, theatrum dedicavit, & Ludos, quos Senatus ob Auguſti in Galliam profectionem voverat, fecere P. Quinctilius Varus & Tib. Nero Conſules, ut teſtatur *Lapis* à *Pighio* relatus:

P. QVINCTILIVS. SEX. F. VARVS.
PONTIFEX. COS.
LVDOS. VOTIVOS. PRO. REDITV.
IMP. CAES. DIVI. F. AVGVSTI.
IOVI OPTIMO MAXIMO. FECIT
TI. CLAVDIO. TI. F. NERONE. CONLEGA.
EX. S. C.

III.

Caput Jovis barbatum & laureatum: ex altera parte, ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, in area ΕΚ. id eſt, an. 26. Mulier turrita, inſidens ſcopulis, d palmam; pro pedibus fluvius emergens, d. extenſa, natantis effigie.

Poſt quinque annos à Conſulatu, ut ſtatuerat Auguſtus, ne in Provinciam abirent Conſulares, P. Varus obtinuit Syriam, ſucceſſor Saturnino datus, ex *Joſepho*, an. Varroniano $^{748.}_{9}$ ut ex Epocha in hoc Antiochenſium nummo annum 25. ſignante colligitur. Hæc ab illis deſumpta eſt poſt Actiacam pugnam, in qua M. Antonius, qui Syriæ dominus erat, ab Auguſto devictus eſt cum Cleopatra, die 23. Septembris an. $^{722.}_{3}$ decurrente, ad ſimilem ejus menſis diem, anni 723. Itaque ſimul juncti anni, 723. & 25. efficient an. 748. qui primus fuit P. Vari in Syria adminiſtrationis, ut infra oſtendetur, quo anno Hieroſolymis Antipatrum ab Herode patre, veneficii accuſatum, interrogavit. Caput Jovis, eſt Philii, id eſt, amici, ut prodit *Card. Noriſius*, *Diſſ*. 3. *de Ep. Syro-Mac*. Figura turrita ſedens, Urbis Antiochiæ imago eſt; ad cujus pedes depictus eſt Orontes fluvius, ejus muros alluens, natantis effigie.

IV.

Caput idem Jovis, & in averſa eadem epigraphe: ſed litteris numeralibus diverſis, nempe ZK. id eſt an. 27. eadem Antiochiæ imago ſedens, & fluvius emergens.

Inſignis eſt hic P. Vari nummus, qui illum Syriæ per tres annos præfuiſſe nos edocet; nam eundem typum ne toties exhiberemus, annum 26. ejus Æræ Antiochenæ prætermiſimus, quo natus eſt Jeſus Chriſtus noſter Redemptor; nam *Joſephus* latiſſime narrat, *lib. Antiquit.* 17. illum poſt mortem Herodis, rebellantes ſubegiſſe, præſidiumque, ſub Sabino Præfecto Hieroſolymis obſeſſum, liberaſſe tradit *idem autor*; quod anno ejus tertio evenit & poſtea Romam rediit. De illius Provinciæ adminiſtratione teſtimonium hoc „ affert *Paterculus*, *lib.* 2. Pecuniæ vero non contemptor, Syria, „ cui præfuerat, declaravit; quam pauper divitem ingreſſus, dives pauperem reliquit.

P. Varus Legatus Auguſti Proconſule in Germaniam miſſus eſt an. $\frac{757}{8}$. ubi poſt triennium, Arminii dolo, circumventus eſt; tres legiones, totidem alæ, ſex cohortes ad internecionem deletæ ſunt; nec poſt Craſſi cladem apud Parthos majus damnum accepere Romani, ſe ipſum cæſis legionibus patris, avique exemplo ſua ipſius manu pugione ſe confodit: & tota Quinctiliorum Familia tandem, Commodi juſſu, extincta eſt, ſi *Dioni credimus*, *lib.* 72.

RABI-

RABIRIA.

RABIRIA gens Plebeia, ſi quidem ex ea C. Rabirius Tribunus Plebis fuit an. 667/8. ejus nomen an à verbo *Rabere*, quod ex *rabie* derivatur, deſumptum eſt?

I.

Sphinx ſedens in partes poſteriores cum uvæ racemo ante illam: in averſa Amphora duas anſas habens, ΡΑΒΙΡΙΟΣ: ex adverſo ΧΙΟΣ.

Ne te moveat nomen gentis Romanæ, in Græcis nummis ſcriptum; in ſuperiore Quintilium Varum Syriæ Præſidem, ſub ſola ΟΥΑΡΟΥ appellatione legiſti: hic vero Rabirius, ſi augurari liceat, Quæſtor fuit Aſiæ Proconſulis, cujus nummi in Provincia cudebantur, ad illius impenſas. Poſtquam enim facta fuit Provinciarum inter Auguſtum & Senatum diviſio, ut ſæpius ex *Dione* protulimus, non amplius moneta Romæ à Quæſtoribus Provinciarum ſignabatur, ſed in illis quæ Senatui parebant, ut in Urbe pars cum effigie Cæſaris, & pars cum nomine Quæſtoris cudebatur. Chius, Ionum Colonia, ex Ioniæ conventu Aſiæ Proconſulatus erat.

Urbs Chius ſolet in nummis ſuis, Sphingem exprimere cujus rationem tribuit *Ill. Spanhemius, Diſſ.* 3. *de Præſt. & Uſu Num.* his verbis, vel ad fortitudinis ac induſtriæ, vel ad ænigmaticæ cujuſdam „ & Oraculis allegoriiſque involutæ ſapientiæ ſtudium indican- „ dum, familiare in eam rem, & ſibi haud male conveniens Sphin- „ gis ſymbolum, Chios olim opportune uſurpaſſe: Ut autem Ger- „ githia Sibylla dicta eſt Trojana, & Helleſpontia Gergithii: ideo Sibyllam ex una parte, & Sphingem ex altera in nummis apponebant: ita forſan Sibylla, quæ Erythræa appellatur, ex Chio Inſula erat oriunda: ut hæ urbes vicinæ ac ſociæ erant, in ejus rei memoriam Sphingem exhibuerunt, quod quæ proferebant, tot erant ænigmata: has duas tantum & non decem extitiſſe vult *Martianus Capella*.

Vas

Vas diotum, in nummis Chiis depictum, erat fictile, in quo vinum Arviſium præſtantiſſimum, quod hæc Inſula ferebat, reponebatur: moris autem erat hæc vina celebrata in diotis aſſervari, ut *Horatius* meminit, *Od.* 9. *lib.* 1.

Deprime quadrimum Sabina
O Taliarche, merum diota.

Uvæ racemus ante Sphingem, illius excellentiam & abundantiam in Inſula Chio arguit.

R E N I A.

RENIA gens an Plebeia vel Patricia incertum eſt. Nomen à *Renis* ſimilibus Hircis, traxiſſe videtur, ut plurima nomina ab utroque pecore apud *Varronem*.

I.

Caput Romæ galeatum: in poſtica C. RENI· Figura virilis in bigis, à Renis tractis, d. eorum habenas, ſ. virgam, in imo ROMA·

Reniæ gentis, inquit *Fulvius*, nulla apud *Scriptores*, quos ipſi legerimus, mentio reperitur. Neque vero Renius ipſe qui denarium percuſſit, ab *aliquo veterum Hiſtoricorum* nominatur, unde quis fuerit, ſcire poſſumus. Sed quot Familias, aliunde obſcuras, nobis ſuppeditant nummi earum antiqui, quas prope intermortuas feliciter renovat id genus antiquitatis ſuppellex. C. vero Renius in Quæſtura, ad gentis ſuæ nominis originem denotandam, currum à duobus Renis tractum exhibuit. Hi ſunt Hirco perſimiles, & iis adhuc utuntur in Finlandia ſupra nivem, ad trahendos currus, quod illi ſint veloces. *Plutarchus in Poplicola* ita inquit: Quia „ pecudibus omnia bona conſtabant, idcirco filiis ſuis ejuſmodi „ nomina impoſuerunt, ut Porcios, à porcis; & *Varro, de re ruſt. lib.* 2· inquit, nomina multa habemus ab utroque pecore, à minore, Porcius, Ovinius, Caprilius; à majore, Equitius. Eadem etiam ratione Aſinios & Suillios adjungit *Car. Sigonius*, & nos ita Renios, quæ vox à Græcis fluxiſſe videtur, nam Ῥηνὰς appellant oves, imo & capras, ἀπὸ τῶν ῥηνῶν. *Renones* veſtimenti genus ex pellibus ovium ſeu caprarum conficitur, quo utuntur Germani & Suevi.

ROSCIA.

ROSCIAM gentem fuiſſe Plebeiam ex eo conſtat, quod L. Roſcius Otho Tribunus Plebis Legem tulit an. $^{686.}_{7}$ ut Equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi aſſignarentur, ex *Liv. Epit.* 99. *de qua Horatius*:

Roſcia, dic ſodes, melior lex, an puerorum
Nænia, quæ rectè regnum facientibus offert?

Plurimæ fuerunt illius Familiæ, ſed quæ nobis ex denariis ſuperſtes è Lanuvio oriunda, & cognomen *Fabatus* à *faba.*

I.

L. ROSCI. Caput Junonis Lanuvinæ, pelle caprina amictum: in poſtica FABATI. Virgo eſcam præbens ſerpenti ſeſe in gyros erigenti.

L. Roſcius Fabatus, C. Cæſaris in Gallia Tranſalpina Quæſtor, an. $^{698.}_{9}$ & Proquæſtore an. ſequente hunc denarium percuſſit. Inter Legatos poſtea legionis XIII. hibernis apud Eſſuos à *Cæſare* memoratur, *Comm. bel. Gall. lib.* 5. at ut originem è Lanuvino oppido denotaret, ex una parte caput Junonis Soſpitæ, ibi ſingulari honore cultæ, ut tradit *Livius*, expreſſit, & in altera parte Virginem Lanuvinam Serpenti in antro eſcam præbentem. *Propertius* enim puellam quotannis in illud demitti narrat, *Eleg. de Cinthia & Dracone.*

Quod autem L. Roſcius fuerit Lanuvinus, ſatis indicant ea, quæ apud *Ciceronem*, *de Divinatione* de illo leguntur. Quid, inquit, „ amores ac deliciæ tuæ Roſcius? num aut ipſe, aut pro eo Lanuvinum totum mentiebatur, qui quùm eſſet in cunabulis, „ educareturque in Selonio (qui eſt campus agri Lanuvini) noctis „ lumine appoſito, experrecta nutrix, animadvertit puerum dormientem complicatum ſerpentis amplexu, quo aſpectu exterrita „ clamo-

clamorem ſuſtulit. Pater autem Roſcii ad Aruſpices, qui reſpon- „
derunt, nihil illo puero clarius, nihil nobilius fore. „

L. Roſcium Tribunatum Plebis adeptum fuiſſe veriſimile eſt, an. $^{701.}_{2}$ vel $^{702.}_{3}$ nam Prætor Urbanus factus eſt an. $^{704.}_{5}$ ſtudio quidem & favore C. Cæſaris, cujus fuerat in Gallia Quæſtor, ut ſupra diximus. Cum L. Piſone Cenſore ſe iturum ad Cæſarem, qui de Senatus voluntate eum docerent, quùm de illius armis atque Provinciis agitaretur, variis Tribunorum Plebis interceſſionibus, promiſit: ſed poſtquam ſupra rem nihil decerneret, ad Cæſarem cum L. Cæſare adoleſcente Ariminum, etſi fruſtra, profectus eſt, vi- *Dionem*, de *lib.* 41.

RVBELLIA.

RUBELLIA gens Equeſtris ex Tiburtino oppido oriunda, apud *Tacitum Ann. lib.* 6. Ejus nomen à Rubello colore diminutivum rubri. Cognomen ei *Blandus*, à morum ſuavitate.

I.

III. VIR. A. A. A. F. F. Incus: ex averſa C. RVBELLIVS BLANDVS circa ambitum, S. C. in area.

C. Rubellius Blandus, qui Triumvir Monetalis in hoc nummulo inſcribitur, filius eſt C. Rubellii, cujus avus Tiburtinus Eques Romanus à *Tacito* nominatur, *Ann. lib.* 6. Is minores Magiſtratuum gradus per IIIvirum Monetalem Senatus ſuſcepit, ut ipſa moneta erat parva, nomen tantum Triumviri aderat, aliquando duo, ut apud *Goltzium* IVNIVS. SVLVIVS. IIIVIR. aliquando tria uti MESSALA. GALLVS. APRONIVS. nulla Auguſti, ut in majoribus facta mentione. In anteriori parte incus expreſſa eſt, ad denotanda monetæ inſtrumenta, ut in aliis malleus & forceps; in averſa, S. C. ut ex Senatus autoritate percuſſam eſſe demonſtraret.

Tacitus C. Rubellium Blandum ad Conſulatus dignitatem perveniſſe (qui forſan ſuffectus fuit) nobis demonſtrat *Ann. lib.* 3. dum ejus ſententiam in Lutorium Priſcum refert ſub Tiberio Imp. an 772. „ Solus Lepido Rubellius Blandus è Conſularibus adſenſit, ceteri „ ſententiam Agrippæ ſequuti, ductuſque in carcerem Priſcus ac „ ſtatim exanimatus eſt. Ejus filius C. Rubellius nupſit Juliæ, Druſi ex Livia filiæ, quæ prius Neronis Caligulæ fratris uxor fuerat. C. Rubellius Blandus ex hoc matrimonio natus ob celebre nomen Neroni ſuſpectus interficitur, tantum quod pari gradu Auguſtum contingeret, *Tacitus Hiſt.* 14. *Suetonius, in Nerone*, de quo *Juvenalis, Sat.* 8.

——Tecum eſt mihi ſermo, Rubelli
Blande, tumes alto Druſorum ſanguine, tanquam
Feceris ipſe aliquid, propter quod nobilis eſſes, &c.

RVBRIAM

RVBRIA.

RVBRIAM gentem fuiſſe Plebeiam ex eo conſtat, quod Rubria Lex fuerit lata an. 631. ut Carthago, à P. Scipione everſa, reſtitueretur. Ex *Plutarcho* ejus nomen à *rubro* colore. Cognomen *Doſſenus*, idem ac *Dorſenus*; doſſum enim antiqui dicebant, pro *Dorſum*.

I.

Caput Jani bifrontis cum cippo: ex averſa L. RVBRI. DOSSENI. Navis.

Quis fuerit Lucius ille Rubrius Doſſenus, altum eſt apud *Hiſtoriæ Scriptores* ſilentium. *Fulvius* eum L. Rubrio, qui cum Domitio Corfinii captus eſt & dimiſſus, adjudicat. Rubrium *Cæſar. lib. de Bel. Civ.* inter Senatorios nominat, his verbis: Eanrt Senatorii „ ordinis L. Domitius & P. Lentulus Spinther, L. Vibullius Rufus, „ Sex. Quinctilius Varus Quæſtor, L. Rubrius. Is dum Quæſturam Provincialem iniit, hunc aſſem uncialem cum Jani bifrontis capite percuſſit. Porro uncialis as Rubrium eſſe antiquiorem arguere poſſet: in averſa parte ſolitus eſt Navis typus.

II.

Caput Herculis pelle leonina tectum, ante quod clava; & Mercurii, cum pileo alis ornato, conjunctum; ante quod caduceus: in averſa L. RVBRI DOSSE. Templum diſtylum, in quo ſerpens ſuper aram, & dimidia Navis.

Hercules aut Mercurius ad libitum, in minuta moneta à Quæſtoribus exprimebatur; ſed in hoc aſſe conjuncta eorum capita à L. Rubrio exhibentur,. cum ſolita Navi in parte averſa. Sed ad revocandam patris vel cujuſdam ex majoribus memoriam, qui ſalutis ædem in Ædilitate reſtituiſſet, illius proſpectum cum dimidia Navis parte revocavit. Serpens ſalutis ſymbolum eſt; nam illi quotannis pellem deponunt. Ara ob ſacra, ipſi deæ fieri ſolita.

III.

DOSSEN. Caput Neptuni, pone quod tridens : in poſtica, L. RVBR. Victoria, d. extenſa ſ. humero palmam, ante quam ſerpens aræ impoſitus.

Salutis aram cum ſerpente deſuper expreſſam, iterum in hoc denario profert L. Rubrius, in patris aut cujuſdam ex majoribus memoriam, qui etiam aliquam victoriam retulerit maritimam, ex capite Neptuni in anteriore parte percuſſo: ſed quùm pauca de Rubriæ gentis nobis ſuperſunt, quis ille fuerit in antiquitatis oblivione ſepultum eſt. De Neptuno, & ejus in mari imperio, cujus tridens inſigne, toties à nobis dictum eſt, ut hic repetere ſupervacuum reamur.

IV.

DOSSEN. Caput idem Neptuni, cum tridente : in averſa L. RVBRI. Thenſæ à quatuor equis tractæ, ex quibus Victoria exilit, coronam geſtans.

Iterum prodit Neptuni caput, in memoriam navalis victoriæ, à quodam Rubrio relatæ. Sed ad quid reſpiciunt thenſæ à quadrigis vectæ? *Fulvius*, cunctis thenſarum ſignificationibus allatis, Pontificum thenſas ſacerdotium alicujus Rubrii indicare poſſe exiſtimat. Erant & Ædilium qui ad hunc Magiſtratum à Rubrio initum, & tandem ſpectare ad thenſam Cæſari decretam, apud „ *Suetonium, cap.* 76. Sed & ampliora etiam humano faſtigio de- „ cerni ſibi paſſus eſt, ſedem auream in Curia & pro tribunali. Thenſam & ferculum Circenſi pompa &c. Veriſimile addit *Fulvius*, Rubrium, Corfinio capto, incolumem à Cæſare dimiſſum, ac illi poſtea amicum factum thenſæ honorem hujuſmodi in denariis ſuis celebraſſe. Victoria quidem ex thenſis coronam geſtans *Fulvio* favet, nam propter inſignes Cæſaris victorias, quod diis tantum & heroibus licebat, tandem illi à Senatu decretum.

VII.

V.

DOS. Caput Junonis Reginæ, pone quod ſceptrum : ex averſa parte, L. RVBRI. Thenſæ cum Victoria deſuper ex iis exiliente.

Tot & varii & præcipuè Ludorum Circenſium pompam revocantes denarii L. Rubrium Ædilem fuiſſe indicare poſſunt : ſed quo anno ignoratur. Thenſæ illæ erant vehicula ſacra, in quibus deorum ſimulacra Ludis Circenſibus geſtabantur ; Thenſa autem, ut *Grammatici* volunt, vehiculum erat ſacrum ; Ferculum vero vehiculi pulpitum, cui ſimulacra imponebantur : unde apud *Suetonium* dicitur, *thenſam & ferculum Circenſi pompa.* Rubrius, ut Circenſes ſibi ſorte eveniſſe, & eos edidiſſe demonſtraret, majorem deorum dearumque partem in pompa deferri ſolitam, in denariis ſignavit. En Juno Regina, quam ſceptrum, ut illius inſigne, demonſtrat, ſic à Latinis cognominata, quod & conjux Jovis deorum atque hominum Regis eſſet : non ea ſupra thenſam expreſſa eſt, ſed in anteriore denarii parte, quia vix noſci poſſet. Victoria in averſa ad thenſam Cæſari à Senatu decretam ſpectare videtur, ut ſupra dictum eſt.

VI.

DOS. Caput Junonis Reginæ, pone quod ſceptrum: in parte poſtica L. RVBRI. in imo, Idem thenſæ typus, circa cujus ambitum, IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST.

Plurimi occurrunt denarii Familiarum Romanarum, à Trajano Imperatore reſtituti ; an propter inſignia earum nomina, Rubriorum geſta non videntur fuiſſe plurimum illuſtria ? an vero propter aliquod antiquitatis in iis expreſſum ad deorum cultum monumentum videant, quod partim in aliis, modo in ceteris ſpectaſſe videtur, in hoc vero per deorum dearumque ſimulacra ante Circenſium Ludorum celebrationem, illuſtrem eorum pompam ab antiquis celebratam reſtituere voluit ? ut nihil dicamus de thenſa à Senatu, ob tot inſignes Cæſaris victorias decreta ; cujus gloriæ plurimum ſtudebat Trajanus : ſed ille omnes denarios Conſulares reſtituiſſe videtur.

VII.

VII.

DOS. Caput Virtutis galeatum: in averſa parte L. RVBRI. Thenſæ ut ſupra.

Hic denarius, in Ludorum Circenſium pompa, non modo majores deos, ſed etiam minores, imo & deas, circumferri in thenſis, demonſtrat: nam Virtus facta eſt dea ex humanis actionibus, ut & aliæ, de quibus *Juvenalis:*

Ut colitur Pax atque Fides, Concordia, Virtus, &c.

Virtutem deam fecere Romani, ut ſcribit *D. Auguſtinus*, cui primus ædem poſuit Scipio Numantinus; deinde M. Marcellus Virtuti & Honori templum, quod illius filius ad portam Capenam dedicavit: ſed duplex erat, quod non recte una æde duos deos includi dicerent Pontifices, & ita conſtructum, ut per Virtutis fanum ingreſſus eſſet ad ædem Honoris, quo oſtendebatur, non patere aditum ad verum honorem conſequendum, niſi per virtutem ipſam: ideo galeata depingitur, & ſic in Veſpaſiani nummis ſtans, d. parazonium, ſ. haſtam gerens, ita ut Bellica Virtus iſta eſſe intelligatur.

VIII.

DOS. Caput Virtutis galeatum: ex altero latere, L. RVBRI. Thenſæ, ut ſupra, circa ambitum, IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST.

Cur etiam à Trajano reſtitutus ſit hic L. Rubrii denarius cum Virtutis Bellicæ imagine? non quod tantum illa dea in Circenſi pompa fuerit geſtata, ut aliæ, ſed quod maxime Cæſari, ob thenſam à Senatu decretam, propter bellicam ejus virtutem, conveniat. Nam illi aptari recte poteſt, quod ſcribit *Cicero, lib.* 10. *Epiſt. ad Plancum.* Omnia conſecutus es, Virtute duce, comite Fortuna. Sic Trajanus hunc denarium reſtituendo, ſe Cæſaris maxime ſtudioſus eſſe videri haud dubie voluit.

IX.

IX.

Caput Romæ: ex averſa C. F. L. R. Q. M. Victoria in quadrigis, d. extenſa coronam, ſ. habenas equorum, in imo ROMA.

Fulvius, dum hunc denarium L. Rubrii nummis addit, ob litteras L. R. quæ explicari poſſunt L. RVBRIVS, cognoſcit illum L. etiam Roſcio tribui poſſe, de quo ſupra dictum eſt in ejus gente, ita ut hic denarius inter incertos ablegari potius debuiſſet, ideo illum non excudi curavimus: nam C. F. Caius Fabius, in qua Familia eundem etiam protulit, de illo ne γρῦ quidem dixit. Q. M. Quintus Metellus, ad Cæciliam gentem pertineret; ſed hæc incerta; hos tamen Triumviros Monetales fuiſſe ſuſpicari poteſt aliquis, & quandam victoriam denotare ob palmam quam in quadrigis gerit Victoria.

RVPILIA.

RVPILIA gens Plebeia, ſed Conſularis: ejus cognomen *Lupus*; ſed in denariis non occurrit.

I.

P. RVPILIVS. Caput Romæ galeatum: ex averſa parte Quadrigæ triumphales, in quibus Jupiter nudus cum ſtrophio, d. habenas equorum, ſ. ſceptrum. Victoria ſupervolitans ei coronam porrigit, in imo ROMA.

P. Rupilius in *Columnis Triumphalibus* P. filius P. nepos appellatus: Pauper & obſcurus in Sicilia vixit, ſed P. Scipionis amicitia & virtute ad Conſulatum pervenit, & ipſis Siculis Leges dedit, quæ Rupiliæ ſunt nominatæ, ex *Val. Maximo, lib. 6. cap. 9.* ubi perperam Rutilius ſcribitur.

Is Quæſturam Provincialem iniit an. 605/6. Tribunatum Plebis an. 610/1. Ædilis Plebis factus eſt an. 613/4. Præturam Urbanam ſortitus eſt an. 616/7. Provincialem obtinuit an. 617/8. Conſul creatus eſt cum P. Popillio Lænate an. 621/2. Rupilio Sicilia obvenit, & quùm in eam perveniſſet, fugitivos ſervos vicit, & Ennam eorum præſidia vi cepit, ubi amplius quam viginti millia trucidavit, belloque tandem cruentiſſimo finem impoſuit, teſte *Oroſio, lib. 5. cap. 9.* Provincia prorogata eſt Rupilio anno 622/3. uſque in adventum ſucceſſoris, illeque ex decem Legatorum ſententia ordinata, Romam rediit ad Ovationem, qua „ contentus eſt, ut *Florus, lib. 3. cap. 19.* inquit, Fuitque de ſervis „ Ovatione contentus, ne dignitatem triumphi ſervili inſcriptione violaret. Sic teſtantur *Marmora Capitolina*

P. RVPILIVS P. F. P. NEPOS. PROCOS. ANN. DCXXII. / DCXXIII. *Varr.*
OVANS DE SERVEIS FVGITIVEIS. EX SICILIA.

P. Rupilius, in rei memoriam denarium hunc percuſſit, cum Romæ capite; at quùm Ovatione fuerat contentus, Jovem in quadrigis triumphalibus exhibuit, quaſi ipſe triumphaſſet, cujus ope & auxilio victoriam retuliſſe fatebatur: ideo Victoriam per aera volitantem, ipſi coronam porrigentem, expreſſit. Jupiter nudus eſt ſtrophio tantum decoratus, & ſceptrum, divinitatis inſigne, gerit.

II.

II.

P. RVPILI. P. F. EX. S. C. Caput Libertatis: ex averſa, Q. METEL. Q. F. Q. N. Metellus dextram porrigit Regi cuidam barbaro nudo, ſola chlamyde ſupra dorſum appenſa, ſ. haſtam, pone eum prora Navis, cum temone & ancora inverſis.

Jam prodiit hic denarius in gente Cæcilia, num. 10. quem Q. Metello, Macedonici Q. filio, Q. nepoti, qui Conſul cognomen Balearici, meruit, tribuimus: at quùm P. Rupilius eum cuderit, de illo iterum nobis agendum eſt. Rupilius ille, Publii filius, ad diſtinctionem patris denariorum, de quo ſupra indigitatur. Is videtur fuiſſe Quæſtor Urbanus, dum Q. Metellus Proconſul, domitis Balearicis cum eorum Regulo pacem iniit an. $^{631.}_{2}$ quod ſatis rationi temporis convenit; ergo ex Senatuſconſulto in ejus pacis memoriam percuſſit. Ab anteriore parte Libertas expreſſa eſt, ad denotandam libertatem inter utrumque populum intercedere; nam hac pace ſancitum fuit, ut in Inſulas Coloniæ mitterentur, innuentibus *Strabone*, *lib.* 4. & *Oroſio*, *lib.* 5. quibus ſuffragatur *Plinius*, *lib.* 3. *cap.* 5. Regulus dextram cum Proconſule ideo jungit, ſed nudus eſt, ut *Livius Epit. lib.* 9. inquit, illas Græci Gymnaſias „ appellant, quia æſtatem nudi exigunt. Prora adeſt, cum temone „ & ancora inverſis, ad denotandum ſe Piraticæ omnino renunciaſſe.

RVSTIA.

RVSTIAM gentem nec valde eſſe antiquam, pauca ejus apud *Hiſtoricos* mentio, nec multum numeroſam, nulla ejus in denariis cognomina demonſtrant. Ejus nomen an à *ruſto*, ex *rubus* ..... inter *Feſti Fragmenta.*

I.


Caput Martis galeatum, cum aſtro ſub ejus mento, & pone nota S. C. ex averſa parte L. RVSTI. Aries.


Si nobis conjicere liceat ex verbis à *Fulvio* relatis', Ruſtiam gentem ex Colonia Sutrina Romam migraſſe ſuſpicabimur, nam inter ejus Coloniæ Pontifices ex *Tabula Sutrina* L. Ruſtius, alterius L. Ruſtii filius recenſetur, unde L. Ruſtius, qui denarium cudit, originem traxiſſe videtur; poteſt fuiſſe ille, quem ſub Craſſo contra Parthos militaſſe, ait *Appianus, de libris Ariſtidis, Mileſiaca inſcriptis,* ,, loquens. Fuerant enim in Ruſtii impedimentis reperti. Is Quæſtor Urbanus an. 708. & temporis ratio ſatis congruit, ob annum à Cæſare emendatum ex Senatuſconſulto, quod denotat vox S. C. in rei memoriam percuſſa, & id omnino ſuadet caput Martis, ante quod aſtrum, quod annus à menſe Martio, qui nomen ab hoc deo accepit, inchoare creditur; & in poſtica parte, Aries qui Marti aſſignatur, ut teſtatur *Macrobius, lib.* 1. Sic Antiochenſes, ob beneficia à Julio Cæſare relata, in nummis ſuis Arietem, cum aſtro & Luna bicorni, in eam rem obſignabant.

II.

Q. RVSTIVS. FORTVNÆ ANTIAT. Duæ figuræ medio corpore, ſupra ferculum: ex averſo latere, CAESARI AVGVSTO EX S. C. Ara, ſupra quam FOR. RE.

Q. Ruſtius, an fuerit L. Ruſtii filius, an alius ex hac Familia, videant *Eruditi.* Is Triumvir Monetalis Auguſti, non autem Senatus, licet adſcripta ſit nota S. C. ſed quod ex Senatuſconſulto ara Fortunæ reduci, decreta ſit Cæſari Auguſto, ut narrat *Dio, lib.* 54. his


RVBRIA.
DOS
FARI
L·RVBRI·
IMP·CAES·TRAIAN·AVGGER·DAC·P·P·REST
RVPILIA
P·RVPILIVS
GARI
ROM
EX·S·C
P·RVTILI·F·
Q·METELQ·F·
RVSTIA
S·C
L·RVSTI·
Q·RVSTIVS
FORTVNAE
ANTIAT
CAESARI AVGVSTO
FORRE
EX·S·C·
RVTILIA
FLAC·
L·RVTILI·
C·NORBANVS·COS·
GAV·I·
P·RVTILIVS LVPVS
EX·S·C
AED·CVR
SALVIA
C·CAESAR·III·VIR·R·P·C·
Q·SALVIVS
IMP·COS·DESIG
S·C
M·SALVIVS·OTHO·III·VIR·A·A·A·F·F·
TAB. CXXII.


SANQVINIA.
DIVI F. AVGVSTVS
FÆ.I.
M.SANQVINIVS III VIR.
FÆ.I.
AVGVST. DIVI F. LVDOS SAE
OB CIVIS SERVATOS
FÆ.3
M.SANQVINIVS Q.F. III.VIR. A.A.A.F.F.
S·C
AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST.
FÆ.2
SATRIENA
FÆ.I.
ROMA
P.SATRIENVS
SAVFEIA
FÆ.2
C.SAF.
ROMA
FÆ.I.
L.SAVF.
ROMA
FÆ.3
L.SAVF.
SCRIBONIA
FÆ.I.
C.SCR.
ROMA
VÆ.I.
C.SCRIB.
ROMA
TAB. CXXIV.

his verbis, ob reditum ejus (nempe ex Aſia an. 734.) ac propter „ ea, quæ abſens egiſſet, multa, ac varia in honorem ejus decreta „ ſunt, quorum ille nihil accepit, niſi quod Fortunæ reduci Aram „ conſecrari, diemque ſui reditus referri, ac Auguſtalia dici paſſus „ eſt. Hæ feriæ IV. Idus Octobr. erant, cujus reditus dies fuiſſe videtur, iiſque Ludi etiam peragebantur, qui dicebantur LVDI AVGVSTALES, quorum ipſe *Tacitus* meminit, *Annal. lib.* 1.

Aræ Reducis icon ad rei memoriam exhibetur in averſa, ſed cur in anteriore parte Fortunæ Antiatinæ, ſane quod Auguſtus ante profectionem in Aſiam miſerit, ad ſcrutanda earum reſponſa: de quibus *Macrobius, lib.* 1. Ut videmus apud Antium promo- „ veri ſimulacra Fortunarum ad danda reſponſa, & ante illum „ *Suetonius*, *in Caligula num.* 56. Monuerunt & Sortes Antiatinæ „ ut à Caſſio caveret. Acron *Horatii interpres* ſcribit, apud Antium Fortunæ templum eſſe famoſiſſimum, multorum etiam Principum donis ornatum.

RVTILIA.

RVTILIÆ gentis Plebeiæ nobis tantum ſuperſunt denarii, cujus nomen à *rutilo* colore deſumptum eſt , teſte *Sigonio.* Cognomina illi ſunt *Flaccus;* ita dictus qui aures latas habet, & ob magnitudinem reflexas; & *Lupus*, an à morum ferocitate?

I.

FLAC. Caput Romæ galeatum, L. RVTILI. Victoria in bigis, d. extenſa coronam præfert, ſ. equorum habenas tenet.

L. Rutilius Flaccus Quæſturam Provincialem iniit an. $\frac{589.}{90}$ & ſub Prætore; qui aliquam retulerat victoriam , hunc denarium percuſſit in Provincia. Primum arguit Victoria in bigis , quæ pro flagro , bigatorum denariorum ſymbolo , coronam dextra extenſa gerit; alterum confirmat, quod denarius Romæ, ubi Quæſtorum moneta ad uſum cudi ſolet, nomen non habet. L. Rutilius ex Prætura Provinciali ad Tribunatum Plebis aſcendit an. $\frac{594.}{5}$ Ædilis Plebis factus eſt an. $\frac{597.}{8}$ Præturam Provincialem ſortitus obtinuit an. $\frac{600.}{1}$ reliquit filium P. Rutilium, qui Præturam Urbanam geſſit, an. $\frac{641.}{2}$

II.

C. NORBANVS COS. Caput Apollinis, laurea ornatum: ex averſa P. RVTILIVS RVFVS AED. CVR. Sella Curulis inter duas ſpicas, in area EX S. C.

Denarius aureus ille eximiæ raritatis eſt , qui nobis Conſulis Norbani nomen, & caput Apollinis ex una parte exhibet, ad indicandum Ludos Apollinares hoc anno , dum Romæ moraretur, Prætoris loco, ut moris erat, celebraſſe, uti diximus in Norbana gente, num. 6. Nunc nobis de Rutilio agendum.

L. Rutilius Lupus Quæſturam Provincialem iniiſſe videtur circa an. $\frac{660.}{1}$ ad Tribunatum Plebis acceſſit an. $\frac{667.}{8}$ Ædiliſque factus eſt Curulis anno $\frac{670.}{1}$ quo Conſulatum gerebat C. Norbanus cum L. Corne-

nelio Scipione Aſiatico. Id confirmat Sella Curulis, Ædilium inſigne; ſed duæ ſpicæ, ad ejus latera, illum Annonam hoc anno procuraſſe arguunt, in cujus memoriam hunc denarium percuſſit ex Senatuſconſulto, ſeu etiam quod frumentum undique collegerit, præſertim quùm timeretur Sulla ex Oriente de Mithridate victor rediens, contra quem infeliciter ad Canuſium pugnavit.

S A L V I A.

SALVIA gens Plebeia eſt; ſed qui ex ea nobis ſuperſunt denarii, non ejuſdem ſunt Familiæ. Primus nobis exhibet Q. Salvium, ex obſcuris parentibus, cognomine Rufum, qui in eo tamen non occurrit. Alii ſunt ex Salvia gente, quam Ferentino oppido, atque ex Principibus Etruriæ oriundam narrat *Suetonius*, cognomine *Otho*; an à voce Græca ὠθῶ, id eſt, *pello?* ſic enim ΩΘΩΝ Imperator ſcribitur.

I.

C. CAESAR. III. VIR. R. P. C. Caput Cæſaris Triumviri: ex averſa parte, Q. SALVIVS IMP. COS. DESIG. Fulmen alatum.

Quin ad Q. Salvium, quem *Velleius*, *Suetonius*, & *Dio* appellant Salvidienum Rufum, hic ſpectet denarius, dubitari non poteſt. Caput Cæſaris Triumviri juvenile, & tituli Imperatoris & Conſulis deſignati, id penitus argunt; ſed cur Salvius in denariis & apud *Hiſtoricos* Salvidienus? Optime *Fulvius* notavit Salvidieni vocem non eſſe adoptionis nomen, ut *quidam* volunt illum fuiſſe per adoptionem ita nominatum, ſed nomen eſt diminutivum: nam à Salvio, Salvidius, & à Salvidio, Salvidienus, quod ita per jocum, quùm eſſet ex obſcura Familia natus, vulgus appellabat; ſed in actis & titulis Salvius inſcribebatur.

Is à juventute cum Cæſare amicitia conjunctus fuiſſe videtur; nam quùm hic Apolloniæ de cæde avunculi noviſſet, & ex vicinis legionibus Centuriones ſuam, ſuorumque militum operam ei pollicerentur, inquit *Velleius*, *lib.* 2. neque eam ſpernendam Salvidienus & Agrippa dicerent, ille in Urbem venire feſtinavit. Poſtquam ad rerum ſummam pervenit Cæſar, plurimas ei dignitates contulit, & ex Equeſtri ordine narrat idem *Velleius*, *Dio*, antequam Senator eſſet, illum deſignaſſe Conſulem, ut præfert denarius, & in bello Peruſino, quùm Cæſar Sentinum, Umbriæ oppidum, obſediſſet, & L. Antonius Romam eſſet ingreſſus, relicta mox Sentinatium obſidione Q. Salvio, in Urbem properavit, quem dum C. Furnius

Furnius, qui oppido præerat, longius inſequutus eſt, Salvius ex improviſo illud aggreſſus, cepit, diripuit, incenditque: unde à militibus Imperator appellatus eſt, & hunc denarium percuſſit cum Cæſaris capite, & in averſa parte Fulmen, ad denotandum Cæſaris imperium; nam ejus eſt ſymbolum.

Conſulatum geſſiſſe *Livius*, *Suetonius*, *Velleius*, & *Appianus* teſtantur. *Dionis* interpres vocem ἀποδειχθῆναι, interpretatus eſt, hoc loco, deſignaretur, quæ debuit verti, crearetur, nam ἀποδείκνυμι ſignificat *deſigno* & *creo*, ut de hoc apud *Plutarchum*, *in Cæſare* ὕπατον δὲ ἀναδείξας ἑαυτὸν ϗ Σερβίλιον Ἰσαυρικὸν, *Conſulem ſe creavit & Servilium Iſauricum.* Conſul deſignatus eſt an. 712/3. quo Sentinum cepit & Conſulatum geſſiſſe videtur anno 713/4. nam hoc anno illum præfecerat exercitui Narbonenſi: ſed ingratus deficere meditabatur ad Antonium, qui Brunduſium, defuncta Sicyone Fulvia uxore obſidebat, ut narrat Appianus, *lib.* 5. *Civil.* Salvidienum vero „
Narbonenſis exercitus ducem apud Cæſarem detulit, voluiſſe ad „
Antonium deficere, & ſuper ea re miſiſſe nuntium obſidenti Brun- „
duſium.... Cæſar continuo Salvidienum ad ſe properare juſſit, „
quaſi opus haberet ejus præſentia, remiſſurus mox ad exercitum: „
quem ubi venit, coargutum occidit, exercitum ejus ut ſuſpe- „
ctum, pace inita cum Antonio, illi dedit.

II.

CAESAR AVGVST. PONT. MAX. TRIBVNIC. POT. Caput Auguſti nudum: ex averſa parte, M. SALVIVS OTHO IIIVIR. A. A. A. F. F. circa ambitum. S. C. in area.

M. Salvius Otho, qui nummum cudit, filius fuiſſe videtur Salvii Tribuni Plebis an. 710/1. quem Ciceronis ſententiæ de M. Antonio hoſte judicando interceſſiſſe tradit *Appianus*, *lib.* 3. ideo poſtea proſcriptum, & in convivio ejus domi occiſum. Is ad Magiſtratus per Triumviratum Monetalem Senatus aſcendit, & hunc ſecundæ magnitudinis nummum ex S. C. cum Auguſti effigie percuſſit, ut ex monetæ inter hunc Imperatorem & Senatum diviſione an. 726/7. cum Provinciis ſæpe diximus. Dignitas autem Pontificis Maximi in nummo ſignata, illum 740. ſignatum arguit, quam Auguſtus mortuo Lepido, hoc anno accepit.

SANQVINIA.

SANQVINIA gens an Patricia, vel Plebeia incertum? Solus *Tacitus* ejus meminit, *in Fragmento lib. 6*. An ejus nomen deſumptum à *ſanguine*, pro vi ac vigore accepto?

I.

AVGVSTVS DIVI F. Caput Auguſti nudum: in averſa M. SANQVINIVS. Caput Caſtoris cum corona, ac ſtella deſuper.

M. Sanquinius perhibetur Triumvir Monetalis, & quùm monetam ille percuſſit argenteam, Triumvir Auguſti extitit. Illam diximus, inter ipſum & Senatum diviſam fuiſſe, quando Provincias partiti ſunt; nam moneta ſupremæ dominationis jus & inſigne eſt. Sed quis ille eſt in averſa parte ſignatus cum corona & ſtella? Caſtorem nemo neſcit ea ſemper fuiſſe ornatum; at quùm anno quo Sanquinius fuit Triumvir, Auguſtus Ludos Sæculares quintùm celebravit an. $\frac{736.}{7}$ ut in ſequente denario videbimus, Caſtori & Polluci Circenſes eſſe dicatos ſcribit *Iſidorus*, *de Ludis Circenſ. cap.* 27. Itaque, inquit, & Caſtori & Polluci deputantur hæ ſpecies: quibus equos à Mercurio diſtributos Hiſtoriæ docent: ſic denarius ille inter omnes generis Ludos quos ſe vidiſſe Ludis Sæcularibus narrat *Herodianus*, *lib.* 1. Circenſes etiam peragi arguit, ut innuit *Suetonius in Domitiano*, *num.* 4. Fecit & Ludos Sæculares ... In his Circenſium die &c. Stella ei data eſt à Jove, quando cum Polluce fratre illi immortalitatem communicavit. Sunt qui coronam, ut & pileum eorum vinctum foliis arundineis fuiſſe ſcribunt apud *Lilium Giraldum*.

II.

M. SANQVINIVS III. VIR. Caput idem Caſtoris, ſtella & corona inſigne: in poſtica AVGVST. DIVI. F. LVDOS SAE. Fecialis apice ornatus ſtans, d. caduceum, ſ. clypeum rotundum.

Quin Ludi Sæculares ab Auguſto celebrati ſint, non ſinunt dubi-

tare M. Sanquinii & L. Meſcinii Rufi Triumvirorum Monetalium denarii, quos C. Furnio C. Silano Coſſ. editos narrat *Dio*, *lib.* 54. his verbis. *Sæculares Ludos quintò perfecit.* Caput Caſtoris Circenſes Ludos in iis peractos indicare ſupra diximus, quod iis præeſſe Caſtorem & Pollucem ſcribat *Iſidorus* : in altera vero parte Salium eſſe exiſtimat *P. Raius aut Remus in diſſertatione quam edidit Gallice*, DES IEUX SECULAIRES AN. 1684. quem ex hoc & ex aliis fere ſimilibus Domitiani nummis, in hac Ludorum celebratione ſaltaſſe credidit. Sed nos Fecialem eſſe auguramur; pileum habet ut ſacerdos ſed diſſimilem apici quem gerebant Salii, ut videre eſt inter Ancilia nummi P. Stolonis in Licinia gente : nam eorum Collegium Saliorum à Numa etiam conſtitutum eſt, ut teſtatur *Dionyſius*,
„ *lib.* 2. Hi ſunt ſelecti è præſtantiſſimis Familiis, funguntur que per
„ omnem vitam eo ſacerdotio primo Numa hujus Magiſtratus
„ autore. Fecialis caduceum tenet, quia per eos pax fiebat, & læva clypeum rotundum & non oblongum Saliorum more, quia bellum indicabant. Ad denotandos Sæculares Ludos exhibetur in denario tanquam Præco; ut notat *Suetonius in Claudio*, *num.* 20. Fe-
„ cit & Sæculares quaſi anticipatos ab Auguſto.... Quare vox
„ Præconis irriſa eſt, invitantis more ſollenni ad Ludos, quos nec
„ ſpectaſſet quiſpiam, nec ſpectaturus eſſet, quùm ſupereſſent adhuc qui ſpectaverant. Feciales autem ut pacem, ſic Ludos annunciabant.

III.

OB CIVIS SERVATOS. Corona quercea, inter duos lauri ramos: ex averſa M. SANQVINIVS. Q. F. III. VIR. A. A. A. F. F. Circa ambitum S. C. in area.

M. Sanquinius Q. Filius in hoc nummo dictus idem eſt ac ſuperior, ut videtur, ſed non eodem tempore Triumvir Auguſti & Senatus, quùm diverſi eſſent Magiſtratus, ſed hi nummi ab uno ad alterum tranſiiſſe, ut minores erant, ita qui in Provinciis Prætores erant Senatus, & in aliis Legati Proprætore Cæſaris, eas dignitates obtinere poterant. De corona quercea, quæ Auguſto quotannis proferebatur, ex *Dione*, quod ille civium eſſet Servator, & lauri apponerentur ante Palatii fores, ſæpe diximus, ut illud repetere ſupervacuum videatur.

IV.

IV.

AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. in laurea, ex averſa parte, M. SANQVINIVS Q. F. III. VIR. circa ambitum. S. C. in area.

Hic ſecundæ formæ nummus à M. Sanquinio etiam percuſſus, non modo coronam querceam, ſed etiam ex lauro, quod eſſet perpetuus hoſtium victor, proferri nos edocet: quos Magiſtratus alios geſſerit M. Sanquinius, *Hiſtoria* non prodit. Solus *Onuphrius* illum ex Kal. Juliis ſuffectum Conſulem cum Q. Pomponio ſecundo profert, illumque cognomine Maximum an. 781., non eſſe ipſum, ſed ejus filium ex temporis ſpatio exiſtimat; porro Q. filius in *Faſtis* perhibetur.

SATRIENA.

SATRIENÆ gentis in uno tantum denario extat mentio, alibi SATRIÆ Quemadmodum vero ab *Allio Allienus*, à *Naſidio Naſidienus*, & à *Salvidio Salvidienus*, ita à *Satrio Satrienus* nomen deductum eſt.

I.

Caput Martis galeatum: in averſa parte, P. SATRIENVS. in vertice ROMA. Lupus.

Satrienus apud *Hiſtoriæ Scriptores* nullatenus occurrit, nec in *Veteribus Monumentis* mentio hujus nominis extat; an qui Satrius dicitur legatus C. Trebonii, apud *Ciceronem in Epiſt. 6. ad Brutum*, in nummo Satrienus appellari non potuit? an alter apud *Tullium* pro *A. Cluentio*. qui P. Saturius corrupto nomine, vir bonus & judex incorruptus laudatur? utpote qui Præturam geſſiſſet. Ut ut ſit P. Satrienus qui denarium cudit, Martem expreſſit ad denotandum ſe eſſe Flaminem Martialem, atque ex Patriciis creabatur, Marti, qui Romuli pater eſſe putabatur, eique ſacra fecit, quod clarè docet *Varro*, *lib.* 4. Flamines, inquit, dicti. Horum ſinguli cognomina ab eo deo, cui ſacra faciunt; ſed partim ſunt aperta, partim obſcura. Aperta ut Martialis, Volcanalis.

Martialem Flaminem fuiſſe P. Satrienum penitus confirmat Lupus in averſa ejus denarii ſignatus, quia erat illi peculiariter dicatus, ut picus avis. De Lupo *Albricus*, *de deor. imaginibus*, „Ante Martem, inquit, lupus ovem portans pingebatur, quia illud „ſcilicet animal ab antiquis gentilibus ipſi Marti ſpecialiter conſe- „cratum erat. Marti antiquitas lupum dicavit, unde à *Virgilio* & *Poetis*, Martius eſt lupus cognominatus. Hinc jocus eſt *Plauti in* „*Truculento*, de ovibus patris divenditis, Fuit, ait, Ædepol Mars „meo iratus patri, nam oves illius non longè abſunt à lupis.

SAV-

SAVFEIA.

SAVFEIA gens Plebeia; ſiquidem Saufeiam Legem per diſceptationem Mithridatis & Nicomedis Regum latam diſſuaſit C. Gracchus apud *A. Gellium lib.* 11.*cap.* 10. Nomen aliqui deſumptum à voce σαφὴς, id eſt, *verus*, & certus, apud *Euripidem*, autumant.

I.

Caput Palladis, ſupra quod quatuor globuli: in averſa C. SAVF. in imo ROMA. ad latus quatuor globuli. Navis.

C. Saufeius, qui in hoc denario ſignatus eſt, recte, ut arbitramur, à *Patino* tribuitur illi, quem Quæſtorem Urbanum Marius Coſſ. „ VI. an 653. ex mandato Senatus ob C. Memmii Conſulatus pe- „ titoris cædem, armis proſequutus eſt, & in Capitolium com- „ pulſum, inciſis fiſtulis aquarum, cum Glaucia Prætore & Apul. Sa- „ turnino factionis principe, deditionem facere coegit, ſub con- „ ditione, ut ſalvi dimitterentur. Hos tamen omnes Marius contra „ fidem necavit. Ut eſt apud *Appianum:* quod contigit verſus anni finem. Itaque C. Saufeius hunc trientem, ut declarant quatuor globuli, quatuor uncias, tertiam nempe aſſis partem arguentes, in Quæſtura percuſſerat, ad uſum monetæ. De Trientibus hoc anno loquitur *Lex Sempronia*, nempe. uti. ſemiſſes. atque. Trientes. pro. fru- „ menti. modiis. ſingulis. ærario. Populi. Rom. ſolvendi. remitte- „ rentur. populoque. frumentum. menſtruum. gratis. divideretur.

II.

Caput Romæ galeatum: in averſa parte, L. SAVF. Victoria in bigis, d. flagrum, ſ. equorum habenas, in imo ROMA.

L. Saufeius in denario nominatus poteſt eſſe is, qui Ciceroni & Attico familiaris fuit, ut colligitur ex *Ciceronis ad Atticum Ep.* 1. *lib.* 7. Dederam, inquit, L. Saufeio litteras, & dederam ad te unam, „ quod quùm mihi non eſſet temporis ad ſcribendum ſatis, tamen „ hominem tibi tam familiarem, ſine meis litteris ad te venire no- „

lebam.

lebam. Quæſturam Urbanam iniit an. $695/6$ in qua hunc bigatum monetæ argenteæ ſolitum typum percuſſit. De aliis illius Magiſtratibus nihil legimus: quùm eſſet Philoſophus, & Epicuri ſectam ſequeretur, forſan eos paulum curavit. Proſcriptus fuit : ſed vitam & patrimonium Attici opera recuperavit, ut *Nepos* refert, *in vita Attici.*

III.

Caput Jani bifrontis: in poſtica L. SAVF. Navis, deſuper luna bicornis.

Fulvius, de hujus nummi tertiæ magnitudinis explicatione, „ Horum, inquit, alter L. Saufeii hujus, qui in tabellæ nummis „ deſcriptus eſt, pater fuiſſe credi poteſt; ſed ex forma & pondere nummi, nempe Sextantarii, ad antiquiorem L. Saufeium revocari debet, nempe qui Quæſtor fuerit à tempore belli primi Punici, quo, ex *Plinio*, *lib.* 3. ob impenſas Reipublicæ as libralis ad ſextantarium, id eſt, uncias duas reductus eſt : nam idem *Auctor*, ſecundo bello Punico, narrat ſub Dictatore Fabio Maximo ſextantarium aſſem ad uncialem fuiſſe reductum : uti ſparſim monuimus. Luna bicornis, Monetarii nota fuiſſe videtur. De Jano aſſium ſymbolo, & de Navi Saturni in omni fere ærea Romana moneta percuſſa, diximus abunde.

SCRI-

SCRIBONIA.

SCRIBONIAM gentem Plebeiam fuiſſe inter *Veteres Scriptores*, ſatis conſtat. *Silius Italicus* è Piceno oriundos ſignat. Ejus nomen à *Scribone*, id eſt, ſatellite deſumptum autumant. Cognomina duo in nummis reperiuntur. *Curio*, ex conjectura *Glandorpii*, à macro corporis habitu, ex *Plauto*, quod qui ſic primus appellatus eſt, inſigniter macilentus fuit. Apud *Sigonium*, quod, qui id cognomen primus tulit, Curio, id eſt, Sacerdos Maximus fuerit. Alterum cognomen *Libo*, forſan à *Libo* placentæ genere.

I.

Caput Romæ galeatum: ex averſa C. SCR. infra ROMA. Caſtor & Pollux aſtris inſigniti, decurrentes cum equis & haſtis.

C. Scribonius primus fuit cognominatus Curio; an fuerit filius ejus Scribonii quem *Silius Italicus* ad Cannas ſiſtendo fugam exercitus periiſſe canit? Quæſturam iniit Provincialem an. $^{549.}_{50}$ quo hunc denarium, cum Caſtoris & Pollucis typo percuſſit: nam his temporibus Quæſtores in moneta ſolita argentea bigas vel quadrigas, aut Caſtores in averſa parte ſignare ſolebant; & hos tantum in quinariis & ſeſtertiis, illorum capita pileolis ex unius ovi teſta diſciſſa factis tecta, geminæ ſtellæ Zodiaci illuſtrant. Cauſæ cur in hunc modum formentur, patent ex fabulis quas ſæpe recitavimus.

II.

Caput Romæ, galeatum cum quatuor globulis: in poſtica C. SCRIB. in imo ROMA. ad latus quatuor globuli. Navis.

Forma nummi, ſic ut longior ejus à ſuperiore ſcriptura, ut illum C. Curioni, de quo diximus, filio vel potius nepoti adjudicemus impellunt. Hic apud *Ciceronem*, *in Bruto*, fuit Orator

ſatis illuſtris; & *Plinius*, *lib.* 7. *cap.* 12. inter rara felicitatis ponit exempla, quod in una Curiorum Familia tres continua ſerie Oratores extiterint, quorum hic primus fuit, qui Quæſturam Provincialem iniit an. $^{620.}_{1}$ quo hunc trientem cum ſolita Romæ imagine & Navi ſolita percuſſit. Quatuor autem globuli ex utraque parte ſignati, nummi pretium, nempe tertiam illius partem deſignant.

C. Curio ex Quæſtura ad Tribunatum Plebis aſcendit an. $^{625.}_{6}$ Ædilis Plebis factus eſt an. $^{628.}_{9}$ Prætor Urbanus Quæſtionem publicam ſortitus eſt an. $^{631.}_{2}$ Provincialem an. $^{632.}_{3}$ Provincia ei prorogata eſt anno ſequente. *Cicero*, *in Bruto*, mirari ſe dicit quùm & vita illi ſuppeditaverit, & ſplendor non defuerit, Conſulem ipſum non fuiſſe; ſed reliquit filium, qui illam dignitatem adeptus eſt.

III.

PROCOS. EX S. C. Caput Jovis Capitolini barbatum & laureatum: ex averſa, C. SCRIBONI. CVRIO.

C. Scribonius Curio, qui Proconſul in denario appellatur, filius fuit C. Scribonii Curionis ſuperioris Prætorii. Omnibus illis prænomen fuit Caius, hic habitus eſt, ut pater, in Oratorum illuſtrium numero. Illum litterarum ignarum, ſed uſu domeſtico Oratorem fuiſſe, indicat *Cicero*. Is Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. $^{657.}_{8}$ Tribunatum Plebis an. $^{663.}_{4}$ at quùm ad bellum Mithridaticum cum Sylla abiviſſet tardius pervenit ad Ædilitatem; & factus eſt Prætor Urbanus an. $^{673.}_{4}$ quo primum octo creati ſunt, & anno $^{677.}_{8}$ creatus eſt Conſul cum Cn. Octavio. Illi Macedonia Provincia decreta eſt anno $^{678.}_{9}$ ipſi prorogata eſt, & de illo Sextus Rufus ſcribit, Dardanos & Mœſios Curio Proconſul ſubegit, & primus Romanorum Ducum ad Danubium pervenit. Hic denarius & *Marmora* illum de illis populis triumphaſſe denotant:

C. SCRIBONIVS C. F. ... N. CVRIO. PRO. COS.
DE. THRACIBVS. ET. DARDANEIS. EX. MACEDONIA.
. . . .

In victoriarum memoriam C. Scribonius denarios, in quibus trophæum

phæum erexit, ubi illam de iis gentibus retulit, & captivos quos ad triumphum Romam adduxit, de quibus triumphavit ex Senatuſconſulto, ut indicat nota EX S. C. Jupiter Capitolinus in anteriore denarii parte percuſſus eſt, ad denotanda huic deo ſacra in hanc rem perpetrata.

IV.

Caput Jani bifrontis: ex averſa L. SCR. ad latus I. nota aſſis. Navis.

Forma nummi & pondus ſextantarii, nos impellit, ut illum ad L. Scribonium Libonem revocemus, qui Quæſtor Provincialis an. $\frac{533.}{4}$ fuit, poſtquam as libralis ad duas uncias reductus eſt, ex *Plinio*, *lib.* 33. primo bello Punico: nam propter impenſas Reipublicæ uncialis poſtea factus ſub Q. Fabio Maximo Dictatore: ex Quæſtura L. Scribonius Libo Tribunus Plebis factus eſt an. $\frac{537.}{8}$ & captus ab Hannibale in pugna Cannenſi miſſus eſt Legatus cum duobus aliis de redimendis captivis, ille igitur retulit, quos autem non redimendos cenſuit Senatus, Annibal crudeliter occidit. L. Libo peregrinam Provinciam deinde ſortitus an. $\frac{549.}{50}$ Galliam tenuit.

V.

CONCORDIA. PAVLLVS LEPIDVS. Caput Concordiæ velatum: ex averſa LIBO. PVTEAL. SCRIBON. Tectum quo puteus operitur, vel potius ara ornata encarpis, ſupra quam malleus inſculptus.

Duo diverſæ gentis, nempe Æmiliæ, cujus cognomen eſt Lepidus, & Scriboniæ cujus alterum eſt Libo, nomina in eodem denario exarata, unum & eundem Magiſtratum, ſub quo ſignatus ſit, indicare ſolent, præſertim quùm iiſdem nominibus diverſi Magiſtratus non ſunt adſcripti. Itaque Paullum Lepidum & Scribonium Libonem eodem anno Quæſtores Urbanos fuiſſe opinamur; quo prior, ut erat M. Lepidi Triumviri frater adoptivus, ad denotandam ſuam cum eo Concordiam ipſam deam percuſſit. Libo autem, ut antiquitatem

nominis indicaret, Puteal Libonis in ejus memoriam exhibuit: noſtram confirmare videtur conjecturam quod illi erant coëtanei; ſiquidem *Faſti* anno $^{719.}_{20}$ eoſdem recenſent Conſules, Libonem nempe ordinarium cum M. Antonio II. & Paullum Kal. Juliis ſuffectum cum C. Memmio. De Paullo Lepido vide in Æmilia: de Scribonio & Puteali in ſequente.

VI.

BON. EVENT. LIBO. Caput Boni Eventus cum faſcia: in poſtica PVTEAL. SCRIBON. Tectum quo puteus operitur, ornatum encarpis.

L. Scribonius Libo L. Libonis filius Prætorii, poſt Quæſturam Tribunatum Plebis adeptus eſt, deinde factus eſt Ædilis an. $^{690.}_{1}$ quo videtur templum Boni Eventus reſtauraſſe, quod *P. Victor, in regione 9.* Circo Flaminio locat, *De regione Urbis*: ideo illius in antica denarii parte caput expreſſit. Is deus inter Conſentes divos agricolarum recenſetur. Præterire Lepidam *Glandorpii* interpretationem hujus denarii, *Onom. pag.* 771. nequimus. Hujus, ait, ,, opinor eſſe numiſma vulgatum, in cujus altera parte ſcriptum legitur LIBO BONE VENI. Capite ipſius expreſſo: in altera PVTEAL SCRIBONII. Tribunalis ſimulacro adjecto.

Præturam Libo ſortitus eſt Urbanam an. $^{693.}_{4}$ Proprætore obtinuit Etruriam an. $^{704.}_{5}$ teſte *Floro*, ex qua pulſus à Cæſare, ad Pompeium confugit, à quo Claſſi Liburnicæ præpoſitus, & poſt ejus mortem totius oræ maritimæ Præfectus eſt factus, Bruto & Caſſio victis, filiam Sex. Pompeio in uxorem dedit, Cæſar Triumvir Libonis ſororem Scriboniam duxit ex qua Juliam filiam genuit. Adhæſit genero Pompeio, cujus rebus perditis ad M. Antonium confugit, & reductus in gratiam Conſulatum obtinuit an. $^{719.}_{20}$

Nunc de Puteali. In Comitio locum fuiſſe aiunt in gradibus ipſis ad lævam Curiæ, ubi olim Accii Nævii Auguris poſita fuit ſtatua, quod in eo loco is cotem novacula diceretur diſcidiſſe, ſub cujus ſtatua, locus erat ſubterraneus, quem puteum appellabant, aram habens, & Accii novaculam ibidem defoſſam, ſupra autem umbella impoſita erat, ſive Petaſus, puteum tegens, unde & locus nomen accepit. At quùm locus corruiſſet,

Lege

Lege Scribonii reſtauratum fuit, unde Puteal Scribonii, ut nummus indicat, & non Puteal Libonis. Structura quæ viſitur in denario, ara eſſe videtur, quippe encarpis ornata eſt. In ſuperiore nummo martellus à Scribonio reſtauratum docet; in hoc vero ſimpulum, ſacra ſupra aram forſan quotannis peragenda deſignat.

SEMPRONIA.

SEMPRONIA gens, Patricia primum fuit, poſtea ad Plebem traducta, Plebeia facta. Ejus nomen ſuſpicatur *Amicus* deſumptum à vocibus Græcis σεμνὸς καὶ σπρόνος, *venerabilis* & *prudens* ſimul compactis, quod confirmare contendit cognomen illius σοφὸς, id eſt, *Sapiens*. Cognomina gentis diverſa. *Atratinus*, quod Patriciis fuit, ab *atrato*, atratus autem ab atro; cetera Plebeiis. *Blæſus*, dicitur qui linguam habet impeditam, aut qui inter pronuntiandum aliquam litteram aut excludit, aut male profert. *Graccus*, à *Graculo* ave, à ſono oris vocatus, vel à geſtando, nempe in utero, ut alii volunt. *Longus*, à corporis habitu. Pitio, unde Pitillus *Turnebo*, id eſt, parvulus. *Sophus* Græcè, *Sapiens*. *Tuditanus*, qui caput tuditi vel malleo ſimile habet.

I.

Caput Romæ galeatum : in averſa parte. ATR. Caſtor & Pollux, aſtris inſigniti, in equis decurrentes cum haſtis, in imo ROMA.

Initialis & conſtricta hujus denarii Scriptura antiquitatem redolens & longum intervallum, quo Semproniorum Atratinorum Patricia ſtirps, à primo bello Punico latuit uſque ad Dictatorem Cæſarem, nos impellunt, ut illum ad A. Sempronium Atratinum revocemus, qui Quæſtor Provincialis renunciatur an. $\frac{486}{7}$ duobus annis poſtquam argentum Romæ ſignari cœpit, ex *Plinio*. Is frater erat L. Atratini Ædilitii Curulis an. $\frac{484}{5}$ patremque habuit L. Atratinum Quæſtorem Militarem verſus an $\frac{447}{8}$ originemque trahebant ab A. Sempronio Atratino bis Conſule an. $\frac{256}{7}$ & $\frac{262}{3}$ Caſtor & Pollux in denariis Romanis ſignari cœperunt à primis monetæ argenteæ percuſſæ temporibus, præſertim ab iis qui fratres haberent, ad denotandam inter eos concordiam.

II.

ATRATINI.

II.

Caput Jani bifrontis barbatum : in poſtica ATRA. Navis, in imo ROMA.

Ut eidem A. Atratino qui ſuperiorem denarium cudit, non tribuamus hunc tertiæ magnitudinis nummum, ſed potius ejus fratri minori C. Sempronio Atratino, qui Quæſtor Provincialis recenſetur an. $^{492.}_{3}$ duæ res nos ſollicitant. Prima, diverſa & longior ad fratris differentiam ſcriptura, altera vero pondus ſextantarii, ad quod *Plinius* aſſem libralem, primo bello Punico, reductum eſſe ſcribit, hoc tantum anno ſignatum. Nam poſtea ejuſmodi ponderis as non eſt percuſſus, ſed uncialis factus eſt ſecundo bello Punico. De Jano aſſis Romani perpetuo ſymbolo ſatis dictum eſt, ut de Navi Saturni.

III.

ATRATINVS. Caput Libertatis: ex altera parte, L.SEMPRONI. L. F. N. VALERI. M F. MESSALA. Sella Curulis, ſupra quam corona.

L. Sempronius Atratinus, cujus Familia longo tempore latuit, Quæſturam adeptus eſt Provincialem an. $^{694.}_{5}$ & Ædilitatem Curulem iniit an. $^{698.}_{9}$ cum Numerio Valerio M. Meſſalæ Conſulis filio, ut indicat denarius, qui ſimul eos conjungit. In hocque Sellam Curulem, Magiſtratus ſui inſigne, in rei memoriam ſignarunt. Corona ſuper eam, illa eſt quæ ante ſuſceptum Magiſtratum Jovi in ſacris peragendis offerebatur. De N. Meſſala in gente Valeria dicemus. L. Sempronius poſt Ædilitatem ad Præturam pervenire cupiens, eam anno ſequente poſtulavit, ſed ambitus accuſatus eſt à M. Cælio, quem ejus filius adoleſcens 17. annos natus, ut ſcribit *Euſebius*, veneficii viciſſim reum faceret, accuſavit.

IV.

M. ANT. IMP. TER COS. DES. TER. Capita M. Antonii & Cleopatræ adverſa : ex poſtico latere L. ATRATINVS PRAEF. CLAS. F. Antonius & Cleopatra ſupra currum à quatuor equis marinis tractum.

Ex

Ex Prætura ad Conſulatum venit L. Atratinus, per M. Antonii amicitiam, nam quùm ex lege fœderis à Triumviris cum Sex. Pompeio ſanciti, Antonius & Libo Pompeii ſocer an. $\frac{719.}{20}$ illum inire deberent, Antonius in Oriente bellum gerens Kal. Jan. abdicavit & in locum ejus ſuffectus eſt Sempronius uſque ad Kal. Julias. Inde ad Antonium in Ægyptum ſe contulit, & ab eo præfectus eſt Claſſi, ut fert epigraphe nummi, quem in honorem M. Antonii cudit, & ut illi placeret, Cleopatram Reginam adjunxit ſociam, poſtquam, Armenia capta, Imperatoris tertio titulum accepiſſet; & ut triumphaverat Alexandriæ Triumvir, ſic Reginæ adulans, in poſteriore nummi parte, eam cum illo in curru, à quatuor equis marinis tracto, comitem exhibuit; quaſi ad Armeniam occupandam, navibus ſuis plurimum contuliſſet, ſive penes eos maris imperium eſſet, ob globum ſub curru, propter tot naves, quas ſimul ſuppeditare poſſent.

V.

M. ANT. IMP. TER. Capita Antonii & Cleopatræ adverſa, pone Antonium lituus: ex altera parte L. ATRATINVS. AVGVR. COS. DESIG. TERT. Navis velo expanſo, ſub qua B.

Ad eundem L. Sempronium Atratinum pertinet hic nummus, ut nos Antonii & Cleopatræ capita, ex anteriore illius parte, & illius nomen ex altera edocent. Lituus ad Antonii Sarcerdotium, nempe Auguratum, cujus erat inſigne, ſpectat. Navis velo expanſo L. Atratinum Claſſis Triumviri eſſe Præfectum, licet ut in nummo ſuperiore non ſcriptus ſit, denotat; ſed littera B. ſub Navi exarata magni videtur momenti; ſiquidem Sempronium biennio Claſſi præfuiſſe arguit.

VI.

Caput Neptuni laureatum, ſub quo tridens, ex averſa parte L. SEMP. ATRATIN. Victoria in bigis decurrentibus, d. coronam, ſ. habenas, in imo prora Navis.

Quo modo & quare Antonium deſeruerit L. Atratinus apud *Hiſtoricos* non legimus. Si *Pighio* fides, quinquennio poſt Conſulatum, anno ſcilicet $\frac{724.}{5}$ quo Auguſtus de Ægypto triumphavit,

Africam obtinuiſſe & L. Autronio, ad triumphum decedenti, ſucceſſiſſe ſuſpicatur; ſane L. Atratinum de Africa triumphaſſe docent *Capitolina Marmora*.

L. SEMPRONIVS L. F. L. N. ATRATINVS. A. DCCXXXII. DCCXXXIII. *Varr.*
PROCOS. EX. AFRICA. IV. IDVS. OCT.

Res Africæ per hæc tempora plerumque in motu fuiſſe arguunt triumphi, in *Capitolinis Fragmentis* extantes, quos diverſi Procoſ. ex ea Provincia duxerunt. Id confimat L. Atratini denarius, in hanc rem cuſus, qui nobis eum, ob rem in mari proſpere in Africa geſtam, per caput Neptuni, in ejus anteriore parte, & Navis proram in altera, indicat. Victoria in bigis, pro flagro lauream gerens, illius victoriæ teſtis eſt, & ejuſmodi nummi pro Ducum & militum mercede, ipſum in triumpho comitantium, ſignati videntur. L. Atratinus pervenit ad extremam ſenectutem, ac morborum tædio, in balneo volens exanimatus, heredem reliquit Auguſtum; uti refert *Euſebius*.

VII.

Caput Apollinis ΤΟΙϹ..... ex altera parte ΑΤΡΑΤΙΝΟϹ ΠΥΘΙΑ. Tripus, cui ſerpens involutus.

Patini nummum paulo reſarcimus, & quùm vox ΑΤΡΑΤΙΝΟϹ ad Semproniam gentem pertineat, eum illi inſeruit, & ſi vera eſt noſtra ex nummi forma & modulo conjectura, ad L. Atratini filium ſpectat, qui quùm Procoſ. in Achaia eſſet, quædam ejus celebris civitas, ut indicare videtur exeſa epigraphe ΤΟΙϹ populos memorans, certamina Pythia celebravit, in quorum memoriam illius nomen ΑΤΡΑΤΙΝΟϹ, honoris cauſa percuſſit. A. Sempronius Atratinus memoratur Conſul ſub Domitiano anno 840. Pythia erant Ludi in Apollinis honorem, omni quinquennio, ob cædem Pythonis, dum puer adhuc eſſet, ab eo interempti, celebrati; de quibus vide in *noſtro Coloniarum libro*. Tripus erat huic deo ſacer, ut & draco vaticiniorum ſymbola.

BLÆSI.

VIII.

Caput Romæ galeatum, in vertice ROMA: ex averſa C. SEMP.

BLAESVS. Conſul in quadrigis triumphalibus, d. ſcipionem eburneum, ſ. habenas equorum. Victoria per aera volitans ei coronam porrigit.

Ab Atratinis Patriciis ad Sempronios Blæſos Plebeios accedimus, non hiſtorico ordine ſed alphabetico; quia unius ſtirpis Familiæ nummos deſcribendo, temporum rationem ſequi non poſſumus. Nemo nobis indixit quo modo Sempronius aliquis Atratinus ad Plebem ſe traduxit, & ejus ſtirps facta eſt Plebeia. Si ex tantis antiquitatis tenebris aliquid eruere poſſumus, nobis videtur C. Sempronium Atratinum, A. Atratini bis Conſulis gentis autoris nepotem, qui eſſet Conſul anno 330/1. temerè ad Verruginem contra Volſcos pugnaſſe, & quùm ob id à Tribunis in judicium eſſet actus, & xv. millibus æris ſuffragio Populi multatus, ob id iratus ſe ad Plebem traduxit; nam & C. Sempronius ejus filius, cognominatus Longus, fuit Tribunus Plebis an. 387/8. & iter. 389/90. qui tres habuit filios C. Sempronium Longum, P. Sempronium Sophum & Ti. Sempronium Blæſum avum ejus qui hunc nummum percuſſit.

C. Sempronius T. F. Ti. N. Blæſus Ti. Blæſi frater minor, Quæſtor fuit Militaris an. 487/8. Tribunus Plebis an. 492/3. Ædilis Plebis an. 495/6. Prætor Urbanus an. 498/9. quo nondum Provinciales erant; & tandem Conſul cum Cn. Servilio Cæpione an. 500/1. Conſulum Provinciæ fuere Sicilia atque Africa, cujus maritimam oram depopulatus cum Claſſe Romana, & ob res proſpere geſtas triumphum obtinuit, ut teſtantur illius denarii & *Marmora Capitolina*.

C. SEMPRONIVS. TI. F. TI. N. BLAESVS. COS. AN. D. DL. *Varr.*
DE. POENEIS. K. APRIL.

In rei memoriam C. Blæſus denarios, ad remunerandos milites, qui illum in triumpho comitabantur, ſignari curavit, in averſa quorum parte ipſe vehitur in quadrigis triumphalibus, lento paſſu gradientibus, ſcipionem eburneum, Conſulum inſigne, gerens; Victoria per aerem volitante ei coronam porrigente. Hunc denarium olim apud Em. *Card. Maximum* obſervavimus.

IX.

L. ATRATINVS AVGVR. Caput Jani biſrontis imberbe : ex averſa parte ANTONIVS IMP. Navis.

Hic nummus primi moduli æreus à L. Sempronio Atratino, Augurali Sacerdotio prædito, & M. Antonii Triumviri Legato percuſſus eſt, pro aſſe ſolito, ad formam illorum, quos Sex. Pompeius in Sicilia cum hac epigraphe MAG. PIVS. IMP. ſignavit. Uterque monetam Reipublicæ, licet labentis, quodammodo ſervare denotans, quaſi veterem ejus ſtatum revocare in animo haberet. Saltem Sextus, ut patris ſui, acerrimi libertatis aſſertoris, memoriam recoleret, Antonius forſan, ut illam, Cæſaris junioris exemplo, non opprimere velle ſignificaret. Caput Jani ſymbolum aſſis eſt. Navis frequens ejus nota.

G R A C C H I.

X.

Caput Jovis Capitolini barbatum & laureatum, ſub quo fulmen: in poſtico latere TI. SEMP. TI. F. TI. N. GRACCHVS ad latera EX. S. C. Proconſul ſedens ante trophæum, d. laurum, coronatur à Victoria, pone eum ſtante.

Stirps Gracchorum è Sempronia gente ex Tiberio Blæſo originem accipere videtur, ex prænomine Tiberii quo hæc ſola uſa eſt. Primus ejus cognominis Caius perhibetur in *Faſtis*, hujus proavus illius Familiæ autor, qui ſic Graccus dictus eſt apud *Varronem, ex Terentio Scauro, Hadriani tempore Grammatico*, à gerendo, quod mater duodecim menſes eum in utero geſſerit.

Ti. Sempronius Gracchus, Ti. Sempronii Gracchi Conſulis an. 525. filius, Quæſturam Militarem adeptus eſt an. 529/30. Tribunatum Plebis 534/5. Ædilis factus Curulis an. 537/8. Ludos Magnos per triduum inſtauratos, cum C. Lætorio Mergo fecit, eodem anno à Junio Pera Dictatore Magiſter, equitum Rei gerendæ cauſa nominatus. Conſulatum anno ſequente 538/9. cum Q. Fabio Maximo III. geſſit, Cumanos repreſſit, & Luceriam Procoſ prorogato imperio obtinuit an. 539/40. juſſit ab Luceria Beneventum copias movere, urbem occupavit, deinde, propoſita libertate Volonibus, quorum duas legiones habebat, contra Hannonem Pœnorum Du-

cem profectus, illumque ingenti prælio ſuperavit, ita ut vix duo millia ex octodecim millibus cum Pœno effugerint.

In ejus rei memoriam Ti. Gracchus hunc denarium percuſſit. In anteriore cujus parte Jovem, cujus ope victoriam reportaſſe exiſtimaret, exhibuit: in poſtica ipſe ſedet tanquam Volonibus libertatem ex S. conſulto, ut teſtatur ipſius nota, pronuntians, ante trophæum, quod erectum in loco, ubi pugna eſt commiſſa. Laurum gerit, victoris inſigne, Victoria pone eum ſtans coronam, quam in hoc prælio meruit, illi imponit. Vide *Livium* diffuſe de his loquentem *Dec.* 3. *lib.* 4.

Ti. Gracchus anno ſequente 540/1 iterum Conſul creatus eſt cum Q. Fabio Maximo Dictatoris filio; bellum undecumque cum Annibale Conſulibus mandatum: Sempronius in Lucania multa, ſed parva fecit, aliquot Lucanorum oppida expugnavit, ex *Livio*, ut ſupra: ab hoſpite Lucano proditus, à Pœnis per inſidias occiſus eſt.

XI.


I. S. M. R. id eſt, *Juno Soſpita Magna Regina.* Caput Junonis pelle caprina amictum: in averſa TI. SEMP. P. F. GRAC. in vertice M. LEPID. M. F. Sella Curulis. S. C.

Ad Ti. Sempronium P. filium pertinere hunc denarium prodit epigraphe: quis autem fuerit indagandum. Pater ejus P. Sempronius erat filius Ti. Sempronii Conſulis an. 515/6 & frater Ti. Sempronii ſuperioris bis Conſulis; ſed ille non admodum clarus, quippe nulli ejus Magiſtratus occurrunt. Duos reliquit filios, Publium nempe, qui Tribunatum Plebis adeptus eſt an. 564/5 & Tiberium, de quo agimus, Tribunum etiam Plebis an. 566/7 quo, prætermiſſis cum Scipionibus inimicitiis, decretum in eorum gratiam ſumma moderatione tulit. Is Ædilitatem poſtea Curulem geſſit an. 571/2 de quo *Livius*; decreverat, inquit, id Senatus pro-
„ pter effuſos ſumptus factos in Ludis Ti. Sempronii Ædilis, qui
„ graves non modo Italiæ, ac Sociis Latini nominis, ſed etiam Pro-
„ vinciis externis fuerant.

Nummus Ti. Sempronii, per caput Junonis Soſpitæ Magnæ Reginæ appellatæ, illum Megaleſios hoc anno edidiſſe, quos huic deæ dicatos nemo neſcit, denotat, & quidem ex S. conſulto


SCRIBONIA
SEMPRONIA.
TAB. CXXV.

SEMPRONIA.



TAB. CXXVI.

ſulto, ut ejus nota arguit. Sella Curulis, ejus Collegæ M. Lepido M. filio communis, exhibetur, & ejus nomen denario inſcriptum, quantam *Hiſtoriæ* lucem affert! Quùm *Livius*, qui in hujus anni hiſtoria de Ti. Gracchi Ædilitate nihil prodidit, illius denarium Ædilitatis ejus teſtem, & M. Lepidum ipſius Collegam profert; non illum M. Lepidum Conſulem an. $^{566.}_{7}$ quod fieri non poteſt, ſed eum qui inter viros Mutinam & Parmam Colonias an. præcedente $^{570.}_{1}$ deducentes à *Livio, lib.* 30. *in fine* recenſetur, quique patrem habuit M. Lepidum Prætorem an. $^{535.}_{6}$ repulſam Conſulatus anno ſequente paſſum, ut diximus in Æmilia gente; ubi deſcriptus eſt pariter hic denarius.

XII.

Caput Apollinis radiatum: in averſa parte TI. SEMP. P. F. GRACC. Luna bicornis, inter ſeptem triones.

Eadem in hoc denario epigraphe, quæ in ſuperiore, ad eundem Ti. Sempronium P. filium pertinere hunc nummum argenteum indicat: at ut ille memoriam Ludorum Megalenſium, quos in Ædilitate Curuli celebraverat, per Junonis Magnæ Reginæ, cui illi erant dicati, caput, ad poſteros commendare voluit, ſic ſe Apollinares Ludos egiſſe in Prætura Urbana an. $^{573.}_{4}$ demonſtravit, per Caput Apollinis in hoc denario expreſſum, ipſi enim erant dicati, ut Dianæ ejus ſorori; quare in averſa parte ejus ſymbolum Lunam ſignavit: imo & ipſa dea Luna apud Veteres appellabatur. Frequens ille typus in hoc opere occurrit ad deſignandos Apollinares Ludos à Prætoribus editos. Denarius quidem Ti. Gracchum, antequam in Hiſpaniam Citeriorem, quam ſortitus erat, abiret, Apollinares Ludos peregiſſe nos edocet: illam prorogato imperio obtinuit, & Celtiberos præliis attritos ſuperavit, teſtibus *Oroſio* & *Floro*, quapropter illi decretus eſt triumphus, quem iniit an. $^{575.}_{6}$ ut teſtantur *Marmora Capitolina*.

TI. SEMPRONIVS. P. F. TI. N. GRACCHVS. ANNO. $^{\text{DLXXV.}}_{\text{DLXXVI.}}$ *Varr.*
PROPR. DE. CELTIBEREIS. ......

Anno ſequente $^{576.}_{7}$ Conſulatum cum Claudio Pulchro geſſit: Graccho Sardinia obtigit.

XIII.

GRACCHVS. Caput Romæ galeatum: ex averſa parte TI. SEMP. P. F. in imo ROMA. Victoria in quadrigis decurrentibus, d. extenſa coronam, ſ. equorum habenas.

Ad victorias Ti. Gracchi hic quadrigatus denarius ſpectat; Victoria vero, coronam dextra gerens, in quadrigis decurrentibus, id apertè demonſtrat; ſed an ob Celtiberos, de quibus triumphavit, aut de Sardis, de quibus etiam triumphum egit, incertum eſt: nam prorogata Graccho Sardinia an. $\frac{577}{8}$ in ea res proſpere geſſit, Sardos perdomuit, Coloniaſque plurimas in ea Inſula conſtituit, & anno $\frac{578}{9}$ Romam ad triumphum venit, ut teſtantur *Lapides Capitolini.*

TI. SEMPRONIVS P. F. TI. N. GRACCHVS. ANN. DLXXIIX. / DLXXIX. *Varr.*
... PROCOS. DE. SARDEIS. ... ...

Cenſuram iniit an. $\frac{584}{5}$ cum C. Claudio Pulchro ejus Collega in Conſulatu, & luſtrum fecerunt 52. Conſulatumque iterum adeptus eſt cum M. Juventio Thalna an. $\frac{590}{1}$ Gallia & Ligures Graccho obvenere.

XIV.

Duo capita juvenilia jugata: in poſtica TI. SEMP. Victoria in bigis.

Liceat nobis Ti. Sempronio Graccho, Ti. Sempronii ſuperioris bis Conſulis, & Cenſoris ex Cornelia filio, hunc denarium adjudicare. Is vir generoſiſſimæ indolis, eloquentia imprimis admirabilis, Quæſtor fuit C. Mancini Conſulis, contra Numantinos in Hiſpania bellum gerentis an. $\frac{616}{7}$ & ob patris memoriam, qui Leges iis dederat, Numantinis carus, ab iis vocatus eſt, ut fœderis conditiones cum Conſule, quem tenebant obſeſſum, tractaret. Tunc videtur bigatos, ad uſum exercitus, quùm caſtra prædæ loco hoſtibus relicta fuiſſent, cudiſſe, in quibus ſimplex nomen ſcripſit TI. SEMP. & in parte anteriore videtur Caſtoris & Pollucis capita exhibuiſſe, ad denotandam ſuam cum fratre Caio concordiam: ſententiamque noſtram confirmare videtur, quod

quod illi Romæ non ſint cuſi, quùm in iis vox Roma deſit.

Ti. Gracchus Tribunatum Plebis adeptus an. 620./1. popularis auræ nimium avidus, relictis optimatibus, ſe totum ad Plebem contulit. Legem Agrariam, perpetuam ſeditionum fomitem, in lucem reduxit, eamque promulgavit, qua ditiorum hominum, Liciniam Legem defraudantium, avaritiæ conatus eſt occurrere. Nobilitas contra eum conſpiravit, & quùm ad Comitia in Capitolium veniſſet, à P. Scipione Naſica Pontifice Maximo cum conjuratis occiſus eſt, de quo *Cicero, Orat.* 1. *in Catilinam* P. Scipio Pontifex Maximus Ti. Gracchum mediocriter labefactantem ſtatum Reip. privatus interfecit. Vide *Plutarchum*. „ „ „

XV.

DIVI IVLI. F. Caput Cæſaris nudum: ex averſa parte TI. SEMPRON. GRACCVS. IIII VIR. Q. D. id eſt *Quæſtor deſignatus*. Fortuna ſeminuda ſtans, d. temonem, ſ. cornucopiæ.

Ti. Sempronius Graccus, qui denarium cudit, nepos, vel potius abnepos Ti. Sempronii in Tribunatu Plebis occiſi fuiſſe videtur, ex temporum ratione: nam centum anni à morte ſuperioris ad hunc effluxere, quùm ille ſit interfectus an. 626./7. & hic Quæſtor deſignatus pronunciatur an. 724./5. poſtquam Cæſar, defuncto M. Antonio, de Ægypto triumphaſſet, ſolus Imperium tenere videbatur, de quo, inquit *Dio*, *lib.* 51. Hoc autem anno verè iterum penes „ unum hominem ſumma totius Reipublicæ eſſe cœpit: quare videtur Ti. Sempronius Gracchus, Quatuorvir Monetalis & Quæſtor deſignatus, in ejus denariis Fortunam, quam vocabant Conſervatricem, expreſſiſſe. In Cubiculo Imperatoris ejus ſimulacrum aſſervabatur, ad inſtar illius, quod Tullius quondam Romanorum Rex tenuerat. Hæc effingebatur cum cornucopiæ & gubernaculo, tanquam opes tribuere, & humanum regimen obtinere putaretur, teſte *Lactantio*, *lib.* 3. In hoc denario obſervanda hæc ſunt, primum, quod in eo Cæſar non amplius III VIR. Reip. conſtituendæ nominetur, nempe poſt M. Antonium defunctum, & tunc DIVI F. & DIVI IVLI. F. in nummis appellatus eſt, donec Auguſti nomen adſcivit. Secundum, quod Ti. Sempronius Quatuorvir adhuc inſcribitur, qui Monetariorum nume-

rus

rus uſque ad monetæ inter Auguſtum & Senatum diviſionem manſit, quo tempore Triumviri Auguſti & Triumviri Senatus Monetales facti ſunt, ut nos docent nummi. Tertium, quod minorem hunc Magiſtratum geſſit ante Quæſturam, quam ante 27. annum petere non licebat. Quartum, quod vox GRACCVS non amplius GRACCHVS ſcribatur, de quo ita *Quinctilianus lib.* 1 *cap.* 9. „ Diu deinde obſervatum, ne conſonantibus aſpiraretur, ut in Graccis & Triumpis.

XVI.

DIVI IVLI. F. Caput Cæſaris nudum : in poſtica TI. SEMPRONIVS GRACCVS IIII. VIR. Q. DESIG. Signum cohortis, aquila legionaria, aratrum, & decempeda.

Ab eodem Ti. Sempronio Graccho IIII viro Monetali, & Quæſtore deſignato, percuſſus eſt hic denarius, in Cæſaris Divi Julii filii honorem, cum ejus capite in anteriore illius parte: ſed in averſa omnia deductæ Coloniæ ſymbola expreſſit, & quæ fuerit illa hoc anno 724. nos edocet *Dio*, *lib.* 53. his verbis : Carthaginem „ quoque denuo Coloniam deduxit, quia Lepidus quùm par„ tem ejus habitatoribus orbaſſet, jus Coloniæ ſuſtuliſſe videba„ tur. Ti. autem Gracchus hanc ejus memoriam potius, quam aliam ſignare maluit, quùm proavus Ti. Gracchus Tribunus Plebis Agrariam tuliſſet, & ipſe cum fratre Caio & Appio Claudio ſocero, ad Carthaginem ipſam deducendam creatus fuiſſet Duumvir. Sed C. Gracchus ejus frater poſtea an. 631. Princeps legationis in Africa deſignatus eſt.

XVII.

S. C. Caput Julii Cæſaris laureatum : ex averſa TI. SEMPRONIVS GRACCVS Q. DESIG. Signum cohortis, Aquila legionaria, aratrum & decempeda, ut ſupra, in area S. C.

Quin ab eodem Sempronio Gracco percuſſus ſit hic denarius, dubitare non ſinit idem Magiſtratus Quæſtoris deſignati nomen ac in ſuperiore; ergo, vivente Dictatore non ſignatus eſt, & ut ejus effigiem in denariis exhiberet, opus habuiſſe Senatuſconſulto putat, ex ejus nota S. C. verſus illius caput expreſſa. Sed eadem

Coloniæ

Coloniæ ſymbola in averſa parte exhibuiſſe videtur, ad denotandum quod ille primus Carthaginem ex Senatuſconſulto deduxiſſet Coloniam an. $^{708}_{\;\;9}$ de qua *Dio*, *lib.* 43. *in Julio.* Addidit etiam ſuis præclaris factis, quod Carthaginem Corinthumque inſtauravit.... Corinthum vero Carthaginemque, urbes antiquas, ſplendidas, illuſtres, quæ jam perierant, Colonias Romanorum deduxit. Ti. Graccus hocce typo etiam à majoribus ſuis hanc urbem deductam fuiſſe gloriatur, quam Junoniam primùm ob ejus deæ in hac olim urbe cultum appellarunt, ſed à Julio Cæſare dicta eſt Julia.

XVIII.

AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. in laurea: ex averſa TI. SEMPRONIVS GRACCVS IIIVIR. A. A. A. F. F. circa ambitum. S. C. in area.

Qui hunc nummum & ſequentes Ti. Sempronio Gracco Quatuorviro Monetali ſuperiori adjudicant, non forſan Magiſtratum illum minorem bis geſſiſſe non potuiſſe animadverterunt, & ſic ad ejus filium, ejuſdem nempe Tiberii prænomine ornatum, pertinere, ut Familia illa Semproniorum gaudere ſolebat. Adde ætatem prioris, ut qui ſi Juliæ Auguſti filiæ adulter fuiſſet, annum 70. ſaltem habuiſſet, quo tempore Julia fame, & ipſe gladio occubuerunt an. $^{766}_{\;\;7}$ Coætanei potius Julia & Graccus filius fuiſſe videntur, & hic forſan junior, illa nata erat an. $^{714}_{\;\;5}$ & habebat $^{51}_{\;2}$ quùm mortua eſt.

Quando Ti. Graccus Triumvir Monetalis Senatus factus fuit, pronunciare nemo poteſt; quia ab eo tempore, quo moneta Romana cudenda cum Provinciis inter Auguſtum & Senatum fuit diviſa, omnes Triumviri, uſque ad mortem Imperatoris, ſemper eundem cum nomine ſuo typum percuſſerunt; nempe coronam ex lauro compoſitam, quæ illi quotannis ob perpetuum hoſtium victorem proferebatur.

XIX.

OB CIVIS SERVATOS in laurea inter duos lauri ramos: ex averſa, TI. SEMPRONIVS. GRACCVS III VIR A. A. A. F. F. circa ambitum, S. C. in area.

Hic nummus, tertiæ magnitudinis, ob eodem Ti. Sempronio Gracco, qui ſuperiorem ſecundæ formæ cudit, percuſſus eſt, & nomen Auguſti in illo ſignatum, longe poſt denarios à Ti. Sempronio Gracco Quatuorviro cælatos, cuſum demonſtrat. Obſervavimus quidem aliquos Auguſti & poſtea Senatus poſt monetæ diviſionem, Triumviros Monetales fuiſſe, ſed nullos Senatus bis extitiſſe, quùm minorem Magiſtratum, poſt ampliorem, Romani gerere non ſolebant. Obſervandum eſt, licet pro civibus ſervatis corona quercea daretur, in his Triumvirorum Monetalium nummis, modo lauream, modo querceam, ſine diſcrimine exhiberi; quia eodem die quotannis, illæ Auguſto porrigerentur.

XX.

AVGVST. TR. POT. XIIII. COS. XI. IMP. XIII. P. P. Caput Auguſti laureatum: ex averſa parte TI. SEMPRONI. TI. F. GRACCVS LEG. PRO. COS. Strobilus, ceu nux pinea.

Quin ad ſuperiorem Ti. Sempronium Graccum pertineat hic aureus, inſignis raritatis, denarius, non ſinunt dubitare ejus epigraphe, & annus quo cuſus, nempe Tr. poteſtate Auguſti XIIII. quam 14. Junii $^{730.}_{1}$ accepit, & toto deinceps vitæ curriculo continuavit, unde anni rectè poſſunt numerari, hæc à menſe Junii $^{744.}_{5}$ uſque ad ſimilem diem an. $^{745.}_{6}$ quo Conſul erat XI. & appellatus Imp. XIII. ob Cattos & Cheruſcos, à Druſo devictos. Hoc igitur anno Ti. Sempronius Graccus ab Auguſto factus Legatus Proconſule in Germania Superiore, nummum hunc aureum percuſſit, ut ipſi gratularetur, ob titulum Imperatoris XIII. Qua vero in civitate ſignatus eſt, illum nobis indicat *M. Veſſerus, illud illuſtre Germaniæ lumen, lib. 6.* nempe *Auguſtæ Vindelicorum* hodie *Augsbourg*: in illo tomo Strobilum illius Coloniæ inſigne fuiſſe plurimis argumentis demonſtrat, exemplo P. Cariſii Auguſti Legati in Hiſpania Superiore, qui in nummis ſuis Pontem Coloniæ Emeritæ, ad denotandam urbem, in qua erant cælati: & aliorum: quem autorem conſule.

XXI.

IMP. CAESAR AVGVST. PONT. MAX. TR. P. XVI. COS. XI. IMP. XIIII.

XIIII. Caput Auguſti laureatum: in poſtica TI. SEMP. TI. F. GRACCVS. in imo COL. IVL. AVGVST. EX. S. C. deſuper II. VIR. ITER. Colonus velato capite, agens boves, d. ſtivam, ſ. flagrum.

En alter aureus ſub Ti. Sempronio Gracco, nempe Auguſti Legato Proconſule, denarius percuſſus, duobus annis ſerius ut indicat Trib. poteſtas illius Imperator. XVI. inchoans à 14. Junii $^{746}_{7}$ quo appellatus eſt Imperator XIV. ob Cantabros in Hiſpania, & reliquos Germanos à Tiberio domitos, uſque ad ſimilem diem. Hic autem denarius, ut aureus eſt, in eadem Colonia Julia Auguſta urbe Vindelicorum, ut inſigne illius ſtrobilus nobis demonſtrat, videtur cuſus. Et in hoc Colonus agens boves, ſolitum Coloniæ ſymbolum, ut videre eſt in *noſtro Coloniarum libro*, illud confirmat: ut oſtendit ſupra laudatus, *M. Velſerus*. Voces EX S. C. Coloniam, etſi ſub Auguſto, tamen ex Senatuſconſulto deductam fuiſſe penitus arguunt. Nomina non adſunt Duumvirorum, quorum juſſu percuſſus eſt nummus: nam ob reverentiam Proconſulis ſatis erant illi tunc cogniti ſub appellatione II. VIR. ITER.

Denarius hic Ti. Gracchum per duos hoſce annos nempe $^{745}_{6}$ & $^{746}_{7}$ Germaniam Superiorem, adminiſtraſſe nos edocet: hæc cum Inferiore inter Provincias Auguſti recenſetur à *Dione*, *lib.* 53. Effecerunt, inquit, ut ea Germania vocaretur: Superior quidem, „
quæ à Rheni fontibus propior eſt, quæ ab hac uſque ad Ocea- „
num Britannicum ſe extendit. Julia autem Auguſti filia, apud eundem *Dionem*, *lib.* 55. relegata eſt in Pandatariam Inſulam, anno Catoniano 747. quo rediiſſe ex Provincia videtur Sempronius Graccus, ſi ipſi *autori* fides: nam ait, Itaque Julia in Pandatariam „
(quæ eſt ſita ad Campaniam Inſula) relegata eſt, ultrò cum ea „
Scribonia matre abeunte. Qui vero cum ea rem habuiſſent, Julius „
Antonius, quaſi ſpe Imperii occupandi id feciſſet, cum aliis non- „
nullis multatus eſt, reliqui in Inſulas exulatum miſſi. Sed hiſto- „
rice videtur hoc narrare *Dio*, nam quatuordecim annos tantum exilii Sempronii numerat *Tacitus*, & ſic anno tantum $^{752}_{3}$ in Cercinam Inſulam tranſportatus eſt; hæc ſunt illius *Autoris* verba, de Tiberio loquens. Par cauſa ſævitiæ in Sempronium Graccum, „
qui Familia nobili, ſolers ingenio, & pravè facundus, eandem Ju- „
liam in matrimonio Agrippæ temeraverat: nec is libidini finis, „
traditam Tiberio, pervicax adulter contumacia & odiis in mari- „
tum accendebat, litteræque, quas filia patri Auguſto, cum inſecta- „

„ tione Tiberii, ſcripſit, à Gracco compoſitæ credebantur. Igitur
„ amotus Cercinam, Africi maris Inſulam, quatuordecim annis
„ exilium toleravit.... cervicem percuſſoribus obtulit, conſtantiâ
„ mortis non indignus Sempronio, nomine, vitâ, degeneraverat.

LONGI.

XXII.


CONCORDIA. Caput Concordiæ velatum: in altero latere, TI. SEMP. C. F. LONGVS. Tripus ſupra quem corona inter lituum & ſeceſpitam.

Sempronios, cognomine Graccos, ordine alphabetico ſequuntur *Longi*, apud *Plinium*, *lib.* 33. dicti etiam *Sophi.* Ex iis autem nobis tantum ſupereſt denarius Ti. Sempronii Caii filii appellati, ut fert illius epigraphe. Is ſerie continua, à C. Sempronio Longo Trib. Plebis an. 385/6. originem ducit, quem filium eſſe ſuſpicati ſumus C. Sempronii Atratini Conſulis an. 330/1. qui primus ad Plebem ſe traduxit. Tiberius autem Sempronius Quæſturam Provincialem iniit an. 520/1. Tribunatum Plebis an. 525/6. & iterum an. 527/8. Ædilis Plebis factus eſt an. 529/30. & tandem Conſul cum P. Cornelio Scipione an. 535/6. quo ſecunduꝺ bellum Punicum cœpit. Cornelio aſſignata Hiſpania, Sempronio Sicilia, ſed revocati, Annibalis tranſitu per Alpes in Italiam, qui Mutinæ tres viros agris dandis obſederat. Manlius autem Prætor Galliæ occurrit ad obſidionem levandam, & ob ſeditionem militum Concordiæ ædem vovit & Cornelio exercitum, Conſulibus quorum alter Scipio inter Padum & Ticinum equeſtri prælio, Sempronius ad Trebiam profligati ſunt. Anno ſequente 536/7. Flaminius Conſul ad Thraſymenum gravi prælio victus & occiſus, an. 537/8. data fuit Cannenſis pugna tam Romanis funeſta. Ti. Sempronius Longus Procoſ. Lucanos Provinciam obtinet extra ordinem an. 538/9. & in Lucanis ad Grumentum, Ti. Sempronius cui Longo cognomen erat, cum Annone Pœno proſpere pugnavit, de quo *Livius*, *Dec.* 3. *lib.* 3. & hoc anno hunc denarium in Lucania percuſſiſſe videtur, quod inquirendum.


Denarius Romæ non eſt percuſſus, quùm vox ROMA, in eo deſit. Ti. vero Longus Concordiæ imaginem, cui templum, ob ſeditionem militum in Gallia Citeriore, dum Conſul eſſet Manlius

Vulſo,

SEMPRONIA.



TAB CXXVII.


SENTIA
SEPVLLIA
TAB. CXXVIII.

Vulſo, voverat, & nuper in fine anni ſuperioris, dedicatum erat, ut narrat *Livius*, *loco laudato*, his verbis: & Duumviri creati „ M. & C. Attilii, ædem Concordiæ, quam L. Manlius Pr. voverat „ dedicaverunt: at quum exercitus, cui præerat, in Lucania, ob bonam inter ſe concordiam, contra Hannonem ſe geſſerat, & ſupra duo millia hominum occiderat, & ſigna militaria ad 41. cepiſſet, Concordiam deam expreſſit, ita indicare volens, ſe ob militum diſcordiam fuiſſe cum exercitu profligatum ad Trebiam.

Tripus cum corona, inter lituum & ſeceſpitam, Sacerdotii, ac Sibyllinorum Oraculorum, quibus Decemviri præerant, inſignia ſunt: *Livius* vero, *Dec.* 3. *lib.* 7. Ti. Sempronium Gracchum Caii filium Decemvirum mortuum eſſe denotat an. $^{543.}_{4}$ nam ita corrigen- „ dus ex *Faſtis* & ex hoc denario. Decemvir item ſacris faciundis „ in locum Ti. Sempronii C. F. Longi Ti. Sempronius Ti. F. Longus ſuffectus.

PITIONES.

XXIII.

PITIO. Caput Romæ galeatum: ex averſa L. SEMP. in imo ROMA. Caſtor & Pollux, aſtris inſigniti, decurrentes in equis cum haſtis.

Quis fuerit Sempronius Pitio, altum eſt apud *Hiſtoricos* ſilentium. Et quùm deperdita ſit *ſecunda Decas Livii*, quæ tractat de primo bello Punico, tertiaque à ſecundo tantum incipiat, quo tempore, ob impenſas Reipublicæ in primo illo bello, *Plinius* aſſem libralem ad ſextantarium fuiſſe reductum, ſcribit, liceat inter mortuos hujus ætatis illum inveſtigare. Gentis Romanæ Familiæ dum ſe propagabant, ſeſe ab invicem prænominibus ut cognominibus diſtinguere ſolebant. Itaque in Sempronia Atratini ut primi, Auli præſertim & Lucii prænomina uſurparunt; Blæſi & Gracchi prænomina Tiberii, Longi vero, ſæpe Tiberii, & Publii; Sophi fere ſemper Publii, & Tuditani tandem, Caii & Marci. At quùm Lucii prænomen in Atratinis occurrat, illum ſuſpicamur fuiſſe filium L. Atratini, quem Ædilem Curulem an. $^{486.}_{7}$ profert *Pighius*, *Annal. lib.* 6. *pag.* 54. hic profecto potuit Quæſturam Provincialem inire ante annum Cladis Cannenſis an. $^{537.}_{8}$ quo hunc denarium

cum Caſtoribus, ſolito hujuſce temporis denariorum ſymbolo, percuſſit: ſed ad ſequentem illius nummum tranſeamus.

XXIV.

Caput Jani bifrontis: in poſtica L. SEMP. PITIO. infra ROMA. Navis.

Fulvius hunc nummum protulit, cum epigraphe tantum L. SEMP. forſan mutila, quam ex *Theſauro Regio* integriore & ampliore reſarcimus: iſque ſextantarius eſt, & primo Punico bello, aut uſque ad pugnam Cannenſem, poſtquam as libralis ex ſextantario ad uncialem, apud *Plinium* reductus eſt, haud dubie ſignatus: quod noſtram penitus de L. Sempronio Pitione, hac ætate Quæſtore Provinciali, ſententiam confirmat, in qua ſuperiorem nummum argenteum, & hunc æreum, ad uſum Provinciæ percuſſiſſe videtur. Ejus cognomen Pitio, in Semproniæ gentis exordio, ex *Adriani Turnebi* explicatione, *Pitillus*, id eſt, parvulus; ita conjecimus *Pitio* pro parvo forſan cognomen inditum: nam quanta ſunt obſoleta verba & nomina.

XXV.

Caput Jovis laureatum & barbatum: ex averſa L. SEMP. in imo ROMA. ad latera, S. id eſt ſemis.

Quin ad ſuperiorem L. Sempronium, (etiamſi cognomen Pitio ſcriptum non ſit) hic nummus ſecundæ formæ pertineat non ſinit dubitare illius unciale pondus, quod aſſis ſextantarii tunc temporis dimidium erat, & pro ſemilibra habebatur, ut indicat nota S. Adde quod Jovis caput in iis, quando as libralis ad ſextantarium reductus eſt, ſignari tunc cœpit, & quod L. Sempronius cognomen non adjecit, ut plerumque ſolet in moneta, minuta quia hoc tempore ſolus erat è Sempronia gente, qui Lucii prænomen haberet.

SOPHVS.

XXVI.

SOPVS. Caput Sophiæ: ex averſa, P. SEMPRON. infra ROMA. Victoria in bigis, d. flagrum, ſ. equorum habenas.

Vox antiqua SOPVS, ſine ſpiritus nota, ut hunc P. Sopho P. Sophi, qui

qui de Æquis triumphavit, filio denarium tribuamus, nos adducit. Tres prænomine Publii reperiuntur Sempronii, à C. Sempronio Longo oriundi; pater nempe, cujus nummi ex argento haud ſignati ſunt, quùm ex eo metallo nondum cudebantur. Filius, de quo agimus, in cujus Quæſtura Militari an. 472/3 non adhuc etiam ex argento conflabatur, moneta argentea: de nepote poſtea. P. Sempronius fuit Tribunus Plebis an. 477/8 Ædilis Plebis an. 480/1 ſed Conſulatum an. 485/6 adeptus eſt cum Ap. Claudio Craſſo, cujus auſpiciis, ut & Collegæ, viſuntur denarii cuſi: & hic ex anteriore parte Sophiam, id eſt Sapientiam, ſub deæ effigie: nam ut illa diademate ornatur, ad deſignandam cognominis imo & nominis originem; uti Sempronius, & Sapiens idem eſſe videatur. In averſa, Victoria in bigis, à quibus illi denarii dicti ſunt bigati. *Capitolina Marmora* eum de Peicentibus triumphaſſe teſtantur, anno Conſulatus:

P. SEMPRONIVS. P. F. P. N. SOPHVS. COS. AN. CDXXCV. CDXXCVI. *Varr.*
DE. PEICENTIBVS. . . . .

Cenſuram tandem egit cum M. Valerio Meſſala an. 501/2 & luſtrum fecerunt 37.

XXVII.

Caput Jovis Capitolini barbatum & laureatum: ex averſa P. SEMP. P. F. SOPHVS. Sella Curulis, ſupra quam corona.

Epigraphe hujus P. Sempronii denarii à ſuperiore diverſa, non ad Patrem ſed ad ejus filium ſpectare indicat. Is autem Sophus dicitur cum littera aſpera H, utpote recentiore. Quæſturam Provincialem adeptus eſt an. 504/5 Tribunatum Plebis an. 509/10 Ædilis Curulis factus eſt an. 512/3 nec Lectorem moveat Plebeium dici Ædilem Curulem, quùm Tribuni Plebis cum Senatu conveniſſent, ut alternis annis ex Plebe fierent Curules, poſtea promiſcuum fuit, quo anno denarius nobis eum Ludos Magnos celebraſſe denotat, per Jovis Capitolini, cui erant dicati, effigiem in anteriore parte expreſſam, ut ſæpius diximus. Hi vero Ludi erant antiquiſſimi, quippe ſub Regibus inſtituti, quos illi edebant, poſt illos Conſules, poſt hos Ædiles Plebis, & tandem Curules, poſtquam facti ſunt. Eorum inſigne Sella Curulis, in poſteriore latere ad declarandum P. Sophi Magiſtratum, cælata: corona vero, illa erat, quæ ab Ædilibus in ſacris Jovi ante ludos proferebatur.

TVDI-

T V D I T A N I.

XXVIII.

TVDITANVS. Caput Romæ galeatum : ex averſa parte, M. SEMPR. infra ROMA. Caſtor & Pollux decurrentes in equis, cum haſtis.

Tandem ventum eſt ad ultimos Sempronios cognomine Tuditanos, qui à Sophis originem ducere videntur, nam *Livius* eum modo Tuditanum, modo Sophum, appellat. Is Marcus Sempronius tantum Tuditanus appellatur, ut ſolus, qui hoc Marci prænomine vocaretur, à tempore quo moneta argentea ſignabatur. Is nepos erat M. Sempronii, qui primus Tuditani cognomen tulit, Tribunus fuerat iterum an. 449/50. & duos reliquit filios, Marcum, patrem hujus, & Caium, alterius ſtirpis autorem. Ille Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. 458/9. quo hunc denarium ſignaſſe videtur, cum ſolito Romæ galeatæ capite, & ſolemni denariorum Romanorum in parte averſa typo, cum Caſtore & Polluce ; de quibus toties dictum eſt. M. Tuditanus Tribunatum Plebis geſſit an. 504/5.

XXIX.

Caput Jovis barbatum & laureatum : ex averſo latere, M. SEMPRONI. C. F. TVDITAN. Templum quatuor columnarum, in quo Sella Curulis, ad lævum latus fulmen.

In ſuperiore denario diximus M. Sempronium Tuditanum, hujus ſtirpis autorem, duos reliquiſſe filios, Marcum nempe, ex quo ſuperior Sempronius originem traxit, & alterum prænomine Caium, hujus patrem, uti ex epigraphe docemur ; ſed ille fratrem habebat majorem Caium, patris prænomen, ut primogenitus erat, ferentem. Is Quæſturam Provincialem adeptus eſt an. 501/2. Tribunatum Plebis an. 506/7. Ædilis Curulis factus eſt an. 509/10. quo denarius templum Jovis reſtauraſſe nos edocet caput ipſius dei, in anteriore illius parte expreſſum, & quia plurimæ erant in Urbe Jovis Ædes & Templa, illius iconem exhibuit in averſa, cum fulmine, illius ſymbolo, ad latus ; & in æternam rei memoriam

Sellam

Sellam Curulem , in ejus aditu, ad denotandum Magiſtratum, expreſſit.

Ad Præturam Urbanam evectus eſt M. Sempronius C. F. an. 511/2 quo duo primum creati ſunt , alter nempe pro Peregrinis; poſtea Conſulatum obtinuit , cum C. Claudio Centhone an. 513/4 quo pax facta eſt cum Pœnis, primo bello Punico.

XXX.

Caput Jani bifrontis : ex averſo latere P. SEMP. C. F. TVDITAN. ROMA. Navis.

P. Sempronius Tuditanus patruum Marcum in ſuperiore denario deſcriptum ſequitur. Is Caii Tribuni Plebis iter. an. 507/8 fuit filius, & ipſe Quæſtor Provincialis an. 531/2 quo hunc nummum tertiæ magnitudinis percuſſit. Sextantarius eſt, quùm ſuperioribus annis propter impenſas Reipublicæ primo bello Punico factas, as libralis, apud *Plinium, lib.* 33. reductus eſſet. Publius vir fuit eximiæ fortitudinis ac virtutis, qui ad majores deinde pervenit Magiſtratus, Tribunatum Plebis geſſit an. 536/7 & in pugna Cennenſi an. 537/8 Tribunus militum fuit, & poſt cladem fortitudinis exemplum dedit, quod legere eſt apud *Livium.*

XXXI.

Caput Fidei laureatum : in poſtica P. SEMP. C. F. TVDITAN. Duæ dextræ tenentes caduceum alatum.

Poſt Cannenſem pugnam , Ædilitatem petiit P. Sempronius & Curulem obtinuit an. 539/40 cum Cn. Fulvio Centumalo, & Ludos Scenicos per quatriduum fecerunt, ut *Livius* narrat, *Dec.* 3. *lib.* 4. Sed Publii denarius illum Fidei ædem quæ erat in Capitolio , teſte *Cicerone* , *de Officiis* , *lib.* 3. ut Ædilium Curulium munus erat Ædes ſacras reficere, nos docet reſtauraſſe. In cujus memoriam hunc denarium cum Fidei imagine, uti expreſſa eſt in nummis Gentis Cæciliæ num. 11. exhibuit, & in averſa ejus parte, dextras junctas, illius nempe ſymbolum, ut innuit *Diodorus Siculus*, in hiſtoria Philippi: Dimiſſo, inquit, Theſſalioni dextram porrigit, „ quæ res apud Perſas pro firmiſſima fide habetur. De quo etiam „ *Statius*, *Theb.* 1.

Jam pariter coeunt animorum in pignora dextræ.

Unde populis concordia, & per caduceum, pax.

P. Sempronius & Fulvius Centumalus, quùm eſſent adhuc Ædiles, deſignati ſunt Prætores an. $^{540.}_{1}$ Sempronius Ariminum & Galliam obtinuit, & illi prorogata eſt Provincia an. $^{541.}_{2}$, ut anno $^{542.}_{3}$ & antequam Conſulatum iniiſſet, Cenſor creatus eſt cum M. Cornelio Cethego an. $^{544.}_{5}$ luſtrumque fecerunt 44. Pro Conſule Græciæ oram maritimam prorogato in annum imperio obtinuit an. $^{548.}_{9}$ Ætolis Sociis ſubſidio miſſus, licet fruſtra, tamen pacis autor fuit cum Philippo Rege; unde ad Conſulatum Romam rediit, quem geſſit anno $^{549.}_{50}$ cum Cn. Cornelio Cethego, ejus ante in Cenſura Collega. Brutii pro Provincia Sempronio obtigerunt, ubi primum parum proſperè, deinde feliciter contra Annibalem pugnavit. Procoſ. prorogato in annum imperio Brutios obtinuit an. $^{550.}_{1}$

XXXII.

TVDITAN, Caput Concordiæ velatum, pone quod corona: in averſa, C. SEMPRONI. C. F. C. N. Jupiter in quadrigis triumphalibus, d. fulmen, ſ. ſceptrum & habenas equorum.

Caius ille Sempronius Tutidanus, eſt pronepos M. Tuditani, cujus denarium deſcripſimus cum Jovis capite & ejus templo in averſa. Avum habuit C. Tuditanum Prætorem in Hiſpania Citeriore occiſum an. $^{556.}_{7}$ Patrem C. Tuditanum Prætorem Provincialem an. $^{603.}_{4}$ Ipſe vero Quæſtor Provincialis fuit an. $^{608.}_{9}$ Tribunus Plebis an. $^{613.}_{4}$ Ædilis Curulis an. $^{615.}_{6}$ Prætor Urbanus an. $^{621.}_{2}$ ut ex *Cicerone* videtur: Provincialis vero an. $^{622.}_{3}$ & tandem creatus eſt Conſul cum M. Aquilio an. $^{624.}_{5}$ Sempronio Illyricum Provinciam obtinuit ut Japydum exortam rebellionem compeſceret: de ſucceſſu belli parum ad nos pervenit. *Livius, in fine Epit. lib. 9.* „ C. inquit Sempronius Coſ. contra „ Japydas, primo rem male geſſit, mox victoria cladem acceptam „ emendavit, virtute C. Junii Bruti, ejus qui Luſitaniam ſubegerat. *Marmora*, & denarii ejus de his Populis triumphum memorant.

C. SEMPRONIVS. C. F. C. N. TVDITAN. A. $^{DCXXIV.}_{DCXXV.}$ *Varr.*
COS. DE IAPYDIBVS. K. OCT.

Dena-

Denarius exhibet quidem in antica parte Concordiæ velatæ imaginem, ad eam in Senatu populoque Romano revocandam; nam Rempublicam hoc anno Agrariarum litium invidia & difficultates turbarunt, ut refert *Appianus, Bel. Civ. lib.* 1. quarum judicia Senatus à IIIviris ad Conſules transferre volebat: in averſa parte Triumphi memoriam expreſſit, nempe Jovem pro eo in quadrigis triumphalibus, ut illius ope & auxilio ſe victoriam reportaſſe indicaret, cujus teſtis eſt laurea pone Concordiæ caput, quam Victores & Triumphales Jovi Capitolino poſt triumphum proferebant.

SENTIA.

SENTIA gens Plebeia, ſiquidem C. Sentius Tribunus Plebis recenſetur an. $^{657}_{8}$ hic gentis autor ex Atinati Præfectura Romæ Magiſtratus obtinuit. Cognomen *Saturninus*, diminutivum à *Saturnio*, & *Saturnius* ſeu *Saturnus* à *Satu*, ex *Feſto*.

I.

Caput Romæ galeatum ARG. PVB. ex averſa L. SENTI. C. F. Jupiter in quadrigis decurrentibus d. ſceptrum, ſ. fulmen & habenas equorum.

Quis fuerit L. Sentius apud *Hiſtoricos* altum eſt ſilentium; ſed quùm in denario C. filius appellatur, eum C. Sentii gentis autoris filium quidem natu minorem ſuſpicamur. Is Prætor Macedoniæ an. $^{671}_{2}$ videtur habuiſſe tres filios, Caium nempe majorem, cujus filius fuit Conſul, Cneium, de quo loquimur in Planciana, & tertium minorem, ut videtur ex epigraphe ARG. PVB. Triumvirum Monetalem fuiſſe ſuſpicamur.

C. Marius Gratidianus, quùm Præturam Urbanam gereret an. $^{667}_{8}$ Legem nummariam de probandis denariis tulit, cujus meminit *Plinius*, *lib.* 33. *cap.* 9. ubi de denariis. Alii, inquit, è pon-
,, dere ſubtrahunt, quùm ſit juſtum octoginta, quatuor è libris
,, ſignari. Igitur ars facta denarios probare, tam jucunda Lege
,, Plebi, ut Mario Gratidiano vicatim totas ſtatuas dicarit. Videntur hoc tempore creati Triumviri Monetales, de quibus loquitur *Cicero*, & L. Sentius C. filius unus ex iis, cui temporis ratio ſatis convenit. Jupiter in quadrigis, ut & victoria in illis, nomen dederunt denariis, qui exinde dicti ſunt quadrigati.

II.

Caput Romæ galeatum. L. SATVRN. Figura nuda cum ſtrophio, in quadrigis decurrentibus, d. erecta lituum, ſ. habenas equorum.

Ad

Ad eundem L. Sentium ſpectare denarium indicat hæc epigraphe L. SATVRN*inus*, dum Quæſturam poſt Triumviratum Monetalem adeptus eſt; & ſi nobis conjicere liceat, an. 690. Cicerone & C. Antonio Coſſ. Primò, quod figura nuda, cum ſtrophio lituum gerens, in quadrigato denario exhibeatur. Illa autem forte eſt Romulus ſeminudus, ut deus habitus, d. lituum ferens, ut qui Augurum Collegium, ex *Dionyſio*, inſtituiſſet, & in denario expreſſus, quod hoc anno, ex Lege lata per Atium Labienum Tribunum Plebis, de Sacerdotiis, ut jus Augurum creandorum ad eorum Collegium à Sulla reſtitutum, ad Populum iterum Domitia Lege reverteretur, forſan quia ille L. Saturninus eſſet Augur: in rei memoriam Romulum, cum lituo, in quadrigis expreſſit. Secundo, quod ultimus L. Sentii denarius idem, ut ſuo loco dicemus, id indicare videatur.

III.

L. SAT. id eſt, *Lucius Saturninus*; Caput Romæ galeatum: ex altera parte, idem caput Romæ galeatum.

IV.

L. SATVRN. Figura nuda in quadrigis decurrentibus, d. lituum, ſ. habenas equorum: ex altera parte ROMA. idem typus.

Fulvius nobis attulit duo Romæ capita, partes anteriores duorum denariorum exhibentia, Monetariorum errore in uno denario cælata; & *Patinus* opportunè duas eorundem averſas partes in altero ſignatas reſtituit, ut cognoſcamus illos denarios, eundem typum ferentes, ad eundem L. Saturninum, ut ſupra, pertinere, & eandem rem denotare. Nam primum Romæ caput, in quo legitur L. SAT. cum ultimo quadrigato, in quo ſcriptum eſt ROMA, ſociandum; & altera Romæ imago, in qua nullæ ſunt litteræ, conjungenda eſt cum averſo latere, in quo L. SATVRN. & quadrigæ.

V.

Caput Romæ galeatum: ex averſo latere. L. SAT. in imo L. FAD. in vertice duæ dextræ junctæ.

Quin ad L. Saturninum pertineat hic nummus, eadem quæ ſu-

perior epigraphe L. SAT*urninus*, dubitare non ſinit, quem in Quæſtura, ut videtur, Urbana percuſſit cum L. Fadio. Forſan ille fuit frater T. Fadii Quæſtoris Ciceronis hoc anno Conſulis, ut eum nominat in *Oratione poſt reditum in Senatu*, qui ſimul, ad denotandam Senatus concordiam, ob illius in ædibus Concordiæ ſupra conjurationem Catilinæ & Sociorum convocationem, dextras junctas, Concordiæ ſymbolum, expreſſerunt: ut viſitur in Balbini & Pupieni nummis argenteis, CONCORDIA AVGG.

VI.

AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. Corona quercea, inter duos lauri ramos: ex averſa parte C. SENTIVS C. F. SATVRNIN. III VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum, S. C. in area.

Quis ille ſit C. Sentius, Caii filius Saturninus, jam vidit *Emin. Noriſius in Cænot. Piſana*, *lib.* 3. ubi rectè eum C. Sentii Saturnini, Conſulis cum Q. Lucretio Veſpillone an. $^{734.}_{5}$ filium nominat. Is, ut Triumvir Monetalis Senatus, hunc nummum ſecundæ formæ percuſſit, & à minori hoc Magiſtratu ad ſummos honores, ut pater, pervenit. Sed quùm in hoc nummo, ut in aliis, Tribunicia poteſtas Auguſti non notatur, tempus quo illum geſſit, deſignari nequit; niſi, numerando annos ad Conſulatum uſque qui erant olim requiſiti, annus hic poteſt eſſe V. C. $^{739.}_{40}$ quùm Auguſto primum Tribunitia poteſtas delata ſit an. $^{730.}_{1}$ ut ex *Dione* ac *Faſtis Capitolinis* obſervamus. De corona quercea, Auguſto quotannis oblata, ſæpe diximus, ideo quotannis in Triumvirorum Monetalium nummis in hanc memoriam ſignata.

VII.

OB CIVIS SERVATOS, in corona quercea, inter duos lauri ramos: ex averſa, C. SENTIVS SATVRNIN. III VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum: S. C. in area.

En alter C. Sentii Saturnini æreus, tertiæ magnitudinis, nummus, quem Triumviri Monetales Senatus ſignare ſolebant, pro uſu monetæ, vel Auguſti effigiem in iis, qui admodum rari ſunt, vel hunc typum cum epigraphe, OB CIVES SERVATOS, exhibentes.

Corona

Corona autem quercea, ob cives ſervatos, concedebatur, quia primi homines glande veſcebant. De Magiſtratibus C. Sentii nihil aliud apud *Hiſtoriæ Scriptores* notatur, quam ejus Conſulatus cum Sex. Ælio Cato an. $\frac{756.}{7}$ Eorum nummi ut Triumviri erant Monetales Senatus, occurrunt, ut in gente Ælia num. 7. videre eſt. In hoc Conſulatu ambo Legem tulerunt, qua teſtamentis & manumiſſionibus modum præſcripſit Auguſtus, quæ ÆLIA SENTIA vocata eſt, cujus meminit *Juſtinianus*, *lib.* 1. *Inſtit. tit.* 5. *de Libertinis.*

SEPVL.

SEPVLLIA.

SEPVLLIÆ gentis in *Hiſtoria* obſcuritas eam Plebeiam fuiſſe denotat. Cognomen ejus *Macer*, ab habitu corporis.

I.

CAESAR IMPER. Caput Julii Cæſaris laureatum: in poſtica, P. SEPVLLIVS MACER. Venus ſtans, d. Victoriæ ſignum, ſ. haſtam inverſam.

Ignotus omnino eſſet P. Sepullius Macer, niſi in denariis argenteis ejus nomen occurreret; & licet in iis Quatuorvir Monetalis non appelletur, tamen eum Magiſtratum minorem geſſiſſe videtur; quippe illi monetam tunc cudebant, & præſertim cum Julii Cæſaris capite, cui Senatus hunc honorem, ex *Dione*, detulerat. Sed quùm illi per annum tantum, ut & Magiſtratus alii, Magiſtratum inirent, an anno, quo Cæſar occiſus eſt, ob ejus in denariis effigiem, an ſequente, ob Antonii caput, ab eodem Triumviro Monetali expreſſum, eſt inquirendum.

Primus hic denarius ſub Julio Cæſare percuſſus videtur; illius caput laurea inſigne exhibetur, ex *Dione*, *lib.* 54. Ipſius, inquit, „ imagine pecuniam ſignarunt: in averſa ſtat Venus, & ob vi„ ctoriam quam gerit Victrix appellata: de qua idem *Dio*, *lib.* „ 53. Forum vero & templum Veneris, quam ſui generis auto„ rem ferebat, à ſe condita Cæſar ſtatim tunc conſecravit.

II.

CAESAR DICT. PERPETVO. Caput Julii Cæſaris velatum: in averſa parte, P. SEPVLLIVS MACER. Eadem Venus, ut ſupra, ad pedes clypeus.

Vivo Cæſare fuit etiam denarius hic percuſſus; exhibet eum velato capite, ut Pontificem Maximum, quo Summo Sacerdotio inſignitum fuiſſe nemo neſcit, de quo *Suetonius*, *num.* 46. Habitavit primo in Sabura, modicis ædibus, poſt autem Pontificatum Maximum in

ſacra

ſacra via, domo publica. Venus iterum in parte averſa, quod ex ea originem trahere gloriabatur, ut inquit idem *Suetonius*, *num. 6.* Nam ab Anco Marcio ſunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater, à Venere Julii, cujus gentis Familia eſt noſtra.

III.

CAESAR IMP. Caput Julii laureatum, pone quod ſidus Julium: in averſa, P. SEPVLLIVS MACER. Venus tunicata ſtans, ut ſupra, d. Victoriolam, ſ. haſtam inverſam.

Sidus illud, poſt Julii Cæſaris mortem, à P. Sepullio Macro hunc denarium fuiſſe percuſſum indicat, de quo inquit *Suetonius*, *num.* 88. Atque in deorum numerum relatus eſt, non ore modo decernentium, ſed & perſuaſione vulgi: ſiquidem Ludis, quos primò conſecratos ei heres Auguſtus edebat, ſtella crinita per ſeptem dies continuos fulſit, exoriens circa undecimam horam; creditumque eſt animam eſſe Cæſaris in cælum recepti: & hac de cauſa ſimulacro ejus in vertice additur ſtella. Adde quod ejus nummi poſt mortem ſignati, cum ſtella quæ apparuerat, tanquam ejus ſidus, modo ante frontem, modo poſt cervicem, ut in hoc, & hæc moneta permiſſu Conſulis M. Antonii cuſa, ut infra videbimus.

IV.

P. SEPVLLIVS MACER. Figura in equo deſultorio, alterum ſ. ducens, d. flagrum: in poſtica CLEMENTIAE CAESARIS. Templum, quatuor columnarum.

Plutarchus hunc denarium illuſtrat, ſiquidem in Julii Cæſaris vita inquit, Ac Clementiæ quidem ædem, tunc non immerito ad honorandam lenitatem Cæſaris decreviſſe eos dicas. Quippe hoſtibus ſuis multis ſalutem dedit, nonnullis honores & Magiſtratus, velut Bruto & Caſſio, addidit. *Dio* etiam hanc ædem Clementiæ decretam refert; ſed hic denarius cum ejus icone dicatam indicat, & ſi conjicere liquet, à M. Antonio hoc anno Conſule, poſtquam oratione in foro populum contra ejus percuſſores concitaſſet. Deſultorii equi, cum corona & palma, Ludos quidem equeſtres denotant; & quis ſuſpicari poſſet in ædium Clementiæ dedicatione editos ab eodem M. Antonio, ut innuere videtur ſequens denarius, in cujus honorem Sepullius Macer hunc denarium percuſſit.

V.

Caput M. Antonii velatum, ante quod lituus, & retro urceus, in averſa parte, P. SEPVLLIVS MACER. Figura in equo, manu alterum ducens, d. flagrum, pone eum corona.

Hic Antonii denarius olim M. Lepido tribuebatur, ob velum quo amictus eſt, quod hic eſſet poſt Cæſaris cædem factus Pontifex Maximus; ſed *omnes Antiquarii* Antonii effigiem agnoſcunt, qui velo ut Augur ornatus eſt teſte lituo ejus Sacerdotii ſymbolo, & in hoc denario ut Flamen Dialis templi Clementiæ Cæſaris dicati forſan hic exhibetur, ut refert *Dio*, *lib.* 44. Templumque ei Cle-„ mentiæ dedicari juſſerunt, Sacerdotioque ejus Antonium, quaſi „ Flaminem Dialem aliquem, præfecerunt. Niſi dixeris ut Conſulem, Augurem, & Flaminem Dialem, hanc Clementiæ ædem dedicaſſe, & Ludos equeſtres in harum dedicatione edidiſſe. In æternum cujus rei monimentum P. Sepullius Macer, tunc Quatuorvir Monetalis, denarium cum ejus effigie, & in averſa parte deſultorios equos, Ludorum indices, percuſſit. Nec te moveat tunc M. Antonium denarium cudiſſe, quùm eſſet Conſul, ſiquidem Julium Cæſarem, tanquam Collegam ſuum, in eodem denario etiam ſociavit, ut videre eſt in gente Antonia. In hoc autem non Triumvir R.C. recenſetur; nam exacto Conſulatu Romam non rediit, niſi cum hoc Magiſtratu ei cum Lepido & Cæſare communi.

SERGIA.

SERGIA gens Patricia, vel unius *Virgilii* teſtimonio, *Æn. lib.* 5.

Sergeſtuſque, domus tenet à quo Sergia nomen.

Nobilis à Sergeſto Æneæ comite. Ubi *Servius* notat, *M. Varronem de Familiis Romanis* olim ſcripſiſſe. Ex illa nobis tantum Familia ſupereſt denarius, cujus cognomen *Silus*, qui appellatur, inquit *Feſtus*, naſo ſurſum verſus repando.

I.


EX S. C. ROMA. Caput Romæ galeatum: in averſa Q. M. SERGI. SILVS. Figura equeſtris, d. habenas equi, ſ. elata caput & gladium.

M. Sergius Silus, qui denarium cudit, filius fuit M. Sergii Sili militari fortitudine clariſſimi, cujus egregia belli facinora *Solinus* deſcribit ex *illius Oratione*. Poſt hunc, inquit, M. Sergius duo- ,,
bus ſtipendiis, primo, adverſo corpore ter & vicies vulneratus, ,,
ſecundo ſtipendio in prælio dexteram perdidit. Qua de cauſa fer- ,,
ream ſibi manum fecit; & quùm neutra pæne idonea ad præ- ,,
liandum valeret, una die quater pugnavit, & vicit ſiniſtra, duo- ,,
bus equis eo inſidente confoſſis. Ab Annibale bis captus refugit, ,,
quùm viginti menſibus, quibus captivitatis ſortem perferebat, ,,
nullo momento ſine compedibus fuerit & catenis. Omnibus aſ- ,,
perrimis præliis, quæ tempeſtate illa Romani experti ſunt, inſigni- ,,
bus donis militaribus à Thraſymeno, Trebia, Ticinoque coro- ,,
nas civicas retulit. Cannenſi quoque prælio, de quo refugiſſe ,,
dicitur, eximium opus virtutis fuit, ſolus accepit coronam.


Ob tot bellicæ virtutis monumenta non dubito quin fuerit equeſtri ſtatua donatus à Senatu; quam ejus filius M. Sergius, in hoc denario, in patris memoriam, Quæſtor Provincialis an. 605. 6 exhibuit. Noſtram conjecturam firmare videntur notæ EX. S. C. ad ſtatuam ſpectantes, nam Senatuſconſulto non opus fuit

pro denario ſignando ; adde quod ſi ferream habuerit dextram, ipſa Ducis alicujus caput non amputaſſet, & ſi primo ſtipendio, id actum dixeris, non ſolum id egregium facinus in tot præliis & obſidionibus, quibus maxime enituit, perpetravit.

Q. littera in area, Quæſtor explicatur, nec ulli M. Sergii Sili poſt Quæſturam reperiuntur Magiſtratus. Reliquit filios duos, minorem prænomine Marcum, & alterum prænomine Lucium, qui L. Sergii Catilinæ pater fuit.


SEPVLLIA.
FAB.I.
P.SEPVLLIVS
MACER
SERGIA
ROMA
EX.S.C.
FAB.I.
M.SERGI.
SILVS
SERVILIA
AHALA
FAB.I.
BRVTVS
PISO
CAEPIO
GEAB.I.
AD FRV EMV
EX.S.C.
EX
S.C.
GAB.I.
C.SERVILI.F.
AED.CVR.
GAB.I.
CN.CAEPIO
GAB.I.
Q.CAEPIO Q.F.
PAB.I.
Q.CAEPIO
BRVTVS
CASCA
LONGVS
FAB.I.
BRVTVS
IMP.
BRVTVS
IMP.
VAB.I.
CASCA
LONGVS
TAB.CXXIX.

SERVILIA



TAB.CXXX.

SERVILIA.

SERVILIA gens Albana, à Tullo Rege, Alba diruta, Romam tranſlata, inque Patriciorum ordinem allecta eſt *Livio, lib.* 1. & *Dionyſio*, *lib.* 2. teſtibus. Diviſa tamen poſtea in Plebeiam fuiſſe inter *Scriptores* conſtat. Ejus nomen à Servio derivatum. Servius is primum dictus, quem ſerviens mulier peperiſſet, ut *de Serv. Tullo Rege* ſcribit *Dionyſius*, ac *Valerius*, qui mortua matre, in utero ſervatus. Varia fuerunt ejus gentis cognomina; ſed in denariis nobis tantùm ſuperſunt *Ahala*, quos Halas *Cicero in Oratore ad Brutum*, primum axillas, deinde fuga litteræ vaſtioris alas dictos ſcribit. Porro ex ala poſtea factum eſt Hala, & ſcribunt Ahala. *Cæpio* à magnitudine capitis. *Caſca*, à verbo Sabino *Caſcum*, quod ſignificat antiquum, ex *Varrone*, *lib.* 6. *Geminus*, quod uno partu cum fratre natus eſt. *Iſauricus*, ex Iſauria domita. *Rullus*, de quo *Sigonius*, Antiqui puerum, quem quis ama- „ bat, pullum ejus dicebant. Hinc etiam quidam *Rullum* Fa- „ bii Maximi cognomen profectum exiſtimant. *Vatia*, qui pedes „ crurave habet extrorſum obtorta, unde primus cognominatus eſt: quorum nummos ita ordine alphabetico ſumus relaturi.

AHALÆ.

I.

AHALA. Caput C. Servilii Ahalæ: in poſtica, BRVTVS. Caput L. Bruti.

Jam prodiit hic denarius in gente Junia, & nunc in Servilia iterum profertur, quia cognomen Ahalæ ad eam ſpectat, ut in exordio diximus. Ille caput exhibet C. Servilii Ahalæ, Magiſtri Equitum, à L. Quinctio Cincinnato poſtea (iter.) Dictatore an. V. C. $^{315}_{6}$ Spurium Mælium, regnum largitione affectantem, nec ad Dictatorem venire volentem, & Plebis fidem & auxilium implorantem, obtruncavit; ſed quùm eo tempore denarii argentei

 non

non cudebantur, hic, bello civili, poſt Julium Cæſarem occiſum, in M. Bruti, illius cædis præcipui autoris, gratiam, cuſus videtur, quod genus à duobus libertatis aſſertoribus ducebat; paternum à L. Bruto, qui reges expulerat, & maternum ab hoc C. Servilio Ahala, qui Sp. Mælium interfecerat. Imo & Brutus Cæpio à Serviliæ gentis cognomine, quod ab avunculo Q. Cæpione adoptatus fuerat, vocabatur: ut fert denarius num. 13. Q. CAEPIO BRVTVS PROCOS. Vide illius nummos in gente Junia, ut eos hic non repetamus.

C Æ P I O N E S.

II.

PISO. CAEPIO. Q. Caput Saturni laureatum, pone quod falx cum dentibus, in imo tridens: ex averſa, AD FRV. EMV. EX. S. C. Duæ Figuræ ſedentes togatæ, inter duas ſpicas.

A Serviliis cognomine Ahalis, Servilios Cæpiones genus traxiſſe autor eſt *Plutarchus*, *in Catone* & *Bruto*. Cæpio autem, qui cum Piſone Quæſtor in hoc denario appellatur, videtur fuiſſe Cn. Servilius filius Cn. Servilii Cæpionis Conſulis an. 500. & patruelis Q. & P. Cæpionum ex uno partu fratrum, unde Publio Gemini cognomen, ut infra dicemus: & Quæſturam Urbanam accepiſſe cum C. Calpurnio Piſone an. 508. in qua quùm annonæ eſſet penuria Romæ, miſſi ſunt, ad frumentum emundum, ex Senatuſconſulto, de qua frumentaria coemptione *Paulus*, *J. C. lib.* 21. „ *D. ad Municip.* inquit, & frumento comparando conſtitutum „ curatorem. Inde in rei memoriam Quæſtores hunc denarium cuderunt, in antica cujus parte caput Saturni, cum falce dentata, ejus ſymbolo, propter agriculturæ rationem, cujus ipſe repertor fuit, exhibent: unde Falcifer cognominatus à Poetis. *Ovidius:*

Cauſa ratis ſupereſt. Thuſcum rate venit ad amnem,
Ante pererrato Falcifer orbe deus.

Ipſi Quæſtores ſedent, tanquam frumentum diviſuri, quod indicant duæ illæ ſpicæ, frumenti abundantiæ ſymbola. Tridens, per

per mare illud adveſtum indicat. Alii Cn. Servilii Cæpionis Magiſtratus non reperiuntur, in iſta *Hiſtoriarum* inopia.

III.

Caput Genii cincinnati, cum faſcia, EX. S. C. ex averſa parte, M. AIMILIVS. L. F. BARBVLA COS. Sella Curulis, hinc & inde faſces cum ſecuri, in imo, C. SERVEILLI. P. F. AED. CVR.

C. ille Servilius è Cæpionum Familia eſt; quippe patrem habuit Publium, ut fert epigraphe, Cn. Cæpionis, de quo ſupra diximus, patruelem. Publius autem duos ex uno partu filios habuerat, Q. & P. exinde Geminos appellatos, de quibus infra, & natu minorem Caium noſtrum, qui Familiæ cognomen Cæpionis tulit. Is Quæſturam Provincialem iniit an. $^{518.}_{9}$ & Ædilis factus eſt an. $^{523.}_{4}$ quo M. Æmilius Barbula erat Conſul cum M. Junio Pera At quùm *Zonaras* ſcribit, *An.* 2. Conſules in Liguriam ſuſcepiſſe expeditionem, & Gallorum conſilia de Urbe invadenda ſumpſiſſe, veriſimile eſt, C. Servilium, tunc Ædilem Curulem, denarios cudiſſe ex Senatuſconſulto, in gratiam Conſulis Æmilii Barbulæ, tanquam haberetur pro bono Genio, qui Romanorum hoſtes ejuſmodi ab Urbe divertiſſet. Sella Curulis, ad denotandum Barbulæ Conſulatum, ut ad indicandum C. Servilii Ædilitatem Curulem; nam utriuſque inſigne eſt; ſed faſces ſoli Conſuli & non Ædili. C. Servilius ex Ædilitate ad Præturam pervenit an. $^{526.}_{7}$

IV.

Caput Romæ galeatum: ex averſa parte, CN. CÆPIO. in imo ROMA. Caſtor & Pollux aſtris inſigniti, decurrentes in equis cum haſtis.

Cneus ille Cæpio videtur eſſe filius Cn. Servilii Cæpionis, de quo in ſuperiore denario egimus, quem in Quæſtura an. $^{541.}_{2}$ percuſſit, & ut ſe à patre diſtingueret, quùm Cæpionum Familia denarios paucos adhuc ſignaſſet, contentus eſt prænomen addere CN. CÆPIO, & ſolitum denariorum ſymbolum, Caſtorem & Pollucem fratres exhibere, de quibus abunde diximus.

Ex Quæſtura Cn. Cæpio factus eſt Ædilis Curulis an. $^{546.}_{7}$ cum

Ser.

Ser. Cornelio Lentulo, & Ludos Romanos ter totos inſtaurarunt, ex *Livio*, 37. deinde Prætor Urbanus an. 548/9 in qua videtur & Peregrinam obtinuiſſe; & tandem creatus Conſul anno 550/1 cum C. Servilio qui Geminus Pulex appellabatur, & Plebeius erat: nam tunc unus è Conſulibus erat Patricius & alter Plebeius. Cneio ceſſit Provincia Brutii, & cum Annibale præliatus eſt, ſed obſcura fuit illa pugna, ut *Livius* ſcribit.

V.

Caput Triumphi cum laurea, & ala in capite, pone quod tridens & cornucopiæ: ex averſa Q. CÆPIO Q. F. Victoria in quadrigis, d. extenſa coronam, ſ. habenas equorum.

Cæpionis nomen Quintum hunc è Serviliorum Cæpionum progenie indicat, ſed longe poſt ſuperiorem Conſularem, cujus pater, illius cujus denarium deſcribimus, erat nepos, prænomine Quintus, & Conſul an. 613/4 Filius vero Quæſturam Provincialem iniit 634/5 Ædilis Curulis fuit an. 639/40 Prætor Urbanus juriſdictionem inter cives & peregrinos ſortitus eſt an. 42/3 Provincialis Hiſpaniam Ulteriorem obtinuit an. 643/4 Luſitanos rebelles ac latrociniis graſſantes aggreſſus eſt; prorogata illi in anno ſequente 644/5 illos domuit, & repreſſit, teſte *Eutropio, lib.* 4. de iiſque triumphavit, ut teſtantur *Columnæ Capitolinæ.*

Q·SERVILIVS Q. F. CN. N. CÆPIO. PROPR. AN. DCXLV. DCXLVI. *Varr.*
DE LVSITANEIS. EX. HISPANIA. VLTERIORE. ... ...

Qùm ſe triumphaturum ſperaret, in Hiſpania ex manubiis denarium cudit, in cujus antica parte caput ipſius Triumphi expreſſit, ut res ſuas triumpho dignas eſſe denotaret, quippe mare Piratis purgaſſe ſe indicat, quarum index eſt Neptuni tridens & per cornucopiæ in Hiſpania abundantiam reſtituto exterorum populorum commercio. Triumphus gerit lauream, ut victoris mercedem, & alas ad potentiam & dignitatem Populo conciliandam, ut videre eſt in *noſtro de Regibus Syriæ libro*, *pag.* 45.

Q. Cæpio Conſul creatus eſt cum C. Atilio Serrano an. 647/8 quo Pompeius M. & Cicero nati ſunt: tulit Legem qua Ordini Senatorio judicia communicabantur cum Equitibus Romanis; ideo illum

Lege

Lege perlata, Senatús patronum appellavit, ut narrat *Val. Maximus*, *lib. 6. cap. 9.* Servilio Gallia Ulterior obtigit. Tectoſagis bellum intulit, & fœde Apollinis templum diripuit, ejus avaritia & calamitas locum dedit proverbio, *Aurum habet Toloſanum.* Ei prorogato imperio an. 648. victus eſt à Cimbris & caſtris exutus: hinc ei abrogatum eſt imperium, & reus poſt decennium à C. Junio Norbano, Plebis Tribuno, ob cladem Cimbricam factus eſt. Variant *Autores* de ejus exitu, *Cicero* illum Smyrnæ exulaſſe teſtatur *in Oratione pro L. Cornelio. Val. Maximus* Pontificatu Maximo eum ornatum fuiſſe ſcribit, *lib. 6. cap. 11.*

VI.

Caput Apollinis laureatum: in poſtica Q. CAEPIO BRVTVS. Trophæum, ad cujus imum duo captivi, ſedentes humi.

Prodit alter Q. Cæpio non è Servilia gente, ſed in eam adoptatus de Junia, unde illi ſupereſt cognomen antiquum Brutus Q. Cæpio, de quo ſupra diximus. Reliquit Q. Cæpionem & duas Servilias filias, una nupſit M. Bruto, ex quo ſuſtulit M. Brutum Cæſaris percuſſorem. Hæc autem, poſtquam maritus per Pompeium interfectus, D. Sillano Conſulari viro iterum nupſit: & Q. Cæpio avunculus Bruti, eum adoptavit. An ille fuit, cui Cæſar, quùm filiam Juliam elocaſſet, Pompeio M. deſpondit, & hic ad leniendam Cæpionis iram, Pompeiam filiam ſuam ei dedit? tandem in Aſiam tranſmittens in Thracia mortuus eſt. M. igitur Brutus per adoptionem vocatus Q. Cæpio Brutus, & illi cognomen in nomen verſum eſt, ut ſcribit *Val. Maximus*, *lib. 1. cap. 1.* Porciam Catonis avunculi filiam in uxorem duxit, nam Servilia mater ejus erat ſoror uterina, ut & altera quæ Lucullo nupſit, ſed ob laſciviam repudiata, revera illæ ſorores Serviliæ, fuerunt parum pudicæ: teſtis eſt Julius Cæſar qui Bruti matrem plurimum adamavit, & quùm inter percuſſores illum animadvertit, mox exclamavit, *& tu Brute fili.* Poſt ejus necem, quùm Brutus eſſet Prætor, Ludos Apollinares, ut Prætor Urbanus, magno Populi applauſu, edere non prætermiſit: in cujus memoriam ex antica denarii parte Apollinis caput expreſſit; & trophæum cum captivis in averſa, ad ejus de Beſſis victoriam ſpectat, de qua vide in Junia gente.

C a s c æ.

V I I.

CASCA LONGVS. Caput Neptuni, pone quod tridens: in poſtica parte, BRVTVS IMP. Victoria inſiſtens proræ Navis, d. coronam, ſ. palmam gerit.

Caſca Serviliorum cognomen eſt, ut in exordio diximus; ſed hi Plebeii fuere. Primus hujus cognominis autor recenſetur, ut opinamur, C. Servilius Caſca, Tribunus Plebis an. $^{541.}_{2}$ ex cujus progenie natus eſt hic, dictus in hoc denario Caſca Longus prænomine Publius, qui Tribunus Plebis deſignatus à Julio Cæſare an. $^{709.}_{10}$ primus è conjuratis ei vulnus inflixit, teſte *Plutarcho, in* „ *ejus vita*. Primus, inquit, gladio vulnus ſecundum cervicem „ inflixit ei, neque lethale, neque grave, nimirum in magni fa- „ cinoris exordio attonitus.

Quùm amniſtia percuſſoribus fuiſſet conceſſa, P. Caſca Tribunatum Plebis iniit an. $^{710.}_{1}$ ſed poſt pugnam Mutinenſem, quùm Cæſar per vim Conſulatum occupaſſet, & Quæſtiones contra patris percuſſores inquirere inciperet, Caſca ſe ex Urbe ſubduxit, & P. Titius, ejus Collega, Magiſtratum ei abrogavit: quod contra Leges Urbe in Tribunatu exceſſiſſet, & damnatus eſt. Ipſe fugit ad Brutum, cujus fuit Legatus, & illius maritimis copiis præfuiſſe demonſtrat denarius, per Neptuni caput, in ejus denario ſignatum, & victoriam retuliſſe, de qua ſcribit *Plutarchus, in Bruto*. Ita comparatis clades militum, mari accepta annunciatur: ſiquidem ingentes copias, quæ mittebantur ex Italia ad Cæſa- „ rem adorta Bruti claſſis eſt, oppreſſitque: ideo Victoria inſiſtens proræ, dextra coronam, ſiniſtra palmam gerens, in averſa ejus parte exhibetur.

V I I I.

BRVTVS IMP. Caput Bruti in laurea: ex averſa parte, CASCA LONGVS. Trophæum, inter duas navium proras, & clypeos.

Alter ecce P. Servilii Caſcæ denarius, ſed aureus & eximiæ raritatis, quod Bruti caput exhibeat. Ipſi autem Imperatoris titulum, ob Beſſos in Thracia devictos, uti in Junia gente diximus, tribuit.

tribuit. Trophæum inter duas navium proras, ad victoriam navalem ſpectat, quam retulit Caſca, quam Brutus ignoravit: ſiquidem *Plutarchus* eam commiſſam viginti diebus ante pugnam Philippenſem, in qua periit Brutus, ſcribit his verbis:
Eadem die terra marique pugnatum fuit. Ceterum fortuna „
quadam, magis quam præfectorum Claſſis malitia, igno- „
ravit Brutus victoriam hanc ſpatio interjecto viginti dierum. „
Porro quando mortuus ſit Caſca, non reperimus; etſi om- „
nes Dictatoris percuſſores trium annorum ſpatio periiſſe narrent.

GEMINI.

IX.

Caput Herculis pelle leonina tectum, pone quod tres globuli: ex averſa parte SERVEILI. in prora, ſupra quam duæ ſpicæ; ad latera tres globuli.

Quam vis ſola SERVILII in nummo ſit epigraphe, illum ad C. Servilium, cognomine Geminum, revocare lubet, ut ejus forma & ſimilis ſcriptura, in æreis infra deſcribendis, nobis ſuadent. C. ille Servilius Geminus patrem habuit Caium, Prætorem, à Boiis Gallis Mutinæ captum, & avum prænomine Publium opinamur Conſulem an. $^{501.}_{2}$ qui primus Gemini cognomen tulit & ipſe etiam, quod eodem partu natus eſſet cum Marco, ſed quare ipſi ſint Plebeii, infra videbimus, & quo modo eorum pater ad Plebem traductus *Marmora Capitolina* nos edocent. Cognomen Pulex ei adjunctum eſt ab exilitate corporis, quo certius à Serviliis Geminis Patriciis diſtingueretur.

C. Servilius Pulex Geminus Quæſturam iniit an. $^{537.}_{8}$ quo obtigit clades Cannenſis, & quùm populus annonæ caritate laboraret, frumenti abundantiam procuraſſe indicat pars averſa nummi, cum ſolito navis ſymbolo, ſupra quam ſpicæ ſunt expreſſæ. Tres globuli monetæ pretium denotant, nempe illam pro quarta aſſis parte commutari. Hercules illius minutæ ſolitus erat typus, ut ſæpe dictum eſt.

A Quæſtura ad Tribunatum Plebis tranſiit Caius an. $^{542.}_{3}$ Ædilis Plebis fuit, an. $^{544.}_{5}$ ut narrat *Livius*, *lib.* 27. Ex his, inquit, „ negabant multi, jure aut Tribunum fuiſſe, aut Ædilem eſſe, &c.

anno ſequente 545/6. Ædilis Curulis fuit, & unà Magiſter Equitum, ut teſtantur *Marmora Capitolina*.

T. MANLIVS. T. F. T. N. TORQVATVS. DICT.
C. SERVILIVS. C. F. P. N. PVLEX. GEMINVS.
QVI. IDEM. AED. CVR. ERAT. MAG. EQ.
COMIT. HABEND. ET. LVDORVM. MAGNORVM. CAVSSA.

Prætor factus obtinuit Siciliam an. 547/8. & creatus Conſul cum Cn. Servilio Cæpione an. 550/1. unde confirmatur eum fuiſſe Plebeium, quùm eo tempore unus Conſulum erat Patricius & alter Plebeius, & nondum promiſcuè duo Patricii aut duo Plebeii. Caio Servilio ceſſit Etruria & Gallia, & nihil aliud geſſit, quam quod patrem C. Servilium & C. Luctatium patruum ex ſervitute poſt 16. annum recepiſſet, qui ad vicum Tanetum à Boiis capti fuerant, ut narrat *Livius, lib.* 30. At ſi patruus erat C. Luctatius, C. Servilius ejus frater fuit, nempe adoptivus, à patre C. Luctatio Plebeio adoptatus, & ſic Familia illa Serviliorum Geminorum facta eſt Plebeia, & tantum prænomen Luctatiæ gentis accepit, quod ille Luctatius patruus ipſe appellaretur Caius. C. Servilius factus eſt Dictator an. 551/2.

C. SERVILIVS C. F. P. NEPOS DICT.
P. AELIVS. Q. F. P. N. PAITVS. MAG. EQ.
COMIT. HABEND. CAVSSA.

Tandem Pontifex Maximus an. 570/1. & tertio ejus Sacerdotii anno deceſſit ex *Livio*, *lib.* 39. & 40. Obſervandum autem eſt illum à quibuſdam recentioribus Caii nepotem appellari, à C. Luctatio avo adoptivo.

X.

Caput Romæ galeatum, pone quod corona: in poſtica M. SERVEILI. C. F. Duæ Figuræ militares galeatæ, equis relictis, pedeſtri certamine pugnant.

En Marcus C. Servilii frater, etiam Geminus appellatus, ambo Caii Servilii Prætoris, à Boiis Gallis capti, filii; ad quem Marcum ſpectat hic denarius, ut fert epigraphe M. SERVEILI. C. F.

Hic

Hic Quæſturam Provincialem iniit an. $^{542}_{3}$ in qua certamen ſingulare cum aliquo hoſtium duce commiſit, quo victo & occiſo, pugnam in denario, ad æternam rei memoriam ſignavit. *Plutarchus* eum vicies tricies ſingulari certamine pugnaſſe ſcribit, hoſte ſemper trucidato.

Marcus poſt Quæſturam factus eſt Augur an. $^{543}_{4}$ Tribunatum Plebis accepit an. $^{547}_{8}$ Ædilis Curulis creatus eſt an. $^{549}_{50}$ cum C. Livio Salinatore. Ludos Romanos biduum inſtaurarunt & quadrigas aureas in Capitolio poſuerunt, teſte *Livio, lib.* 39. Magiſter fuit Equitum anno $^{550}_{1}$ ut teſtantur *Marmora Capitolina.*

P. SVLPICIVS. SER. F. P. N. GALBA. MAXIMVS. DICT.
M. SERVILIVS. C. F. P. N. PVLEX. GEMINVS. MAG. EQ.
COMITIOR. HABENDOR. CAVSSA.

Anno ſequente $^{551}_{2}$ Conſul creatus eſt cum Ti. Claudio Nerone; unde confirmatur hos Servilios Geminos fuiſſe Plebeios, quod Conſul Claudius Nero Patricius ſit, cum M. Servilio Plebeio, ut tunc moris erat. Huic Etruriam ſors dedit Provinciam; ſed quùm tardè in eam abiiſſet, prorogatum eſt illi, in annum ſequentem an. $^{552}_{3}$ Duos reliquit filios, Marcum & Caium.

XI.

Caput Herculis cum pelle leonina, pone quod tres globuli: ex averſa M. SERVEILLI. M. F. Navis, in vertice corona.

Ad M. Servilium Geminum, ſuperioris Marci Servilii filium natu majorem, pertinet hic nummus æreus primæ magnitudinis, quem ad Provinciæ uſum percuſſit, dum Quæſturam iniit an. $^{574}_{5}$ Sed ante Tribunus militum fuerat ſub L. Paulo Procoſ. in Liguria, & Pontifex factus, ex *Livio, lib.* 43. Ex Quæſtura ad Tribunatum Plebis tranſiit, poſt quem Magiſtratum nulli alii reperiuntur.

XII.

Caput Jovis barbatum & laureatum: in averſa parte M. SERV. Duæ Figuræ militares cum ſtrophio ſtantes, d. gladium tenentes: pone dexteriorem duo globuli, ſolito majores.

Alter hic eſt M. Servilii nummus mediæ formæ: in averſa cujus parte duo viri ſtantes ſtrictis gladiis conſpiciuntur. Ii ſunt, ut opinamur, M. Pater & C. patruus Magiſtri Equitum, ambo erectos gladiorum mucrones, ad P. Romani defenſionem paratos tenentes, quos ad revocandam inſigni eorum dignitati, ipſis ante Conſulatum conceſſæ, memoriam, in nummo M. Servilius percuſſit. Sed objicit *Amicus*, vocati ſunt Magiſtri Equitum, quod iis eſſet ſumma poteſtas in Equites & Accenſos, teſte *Varrone*, & non in equis exhiberentur. Cui reſpondemus, duplices fuiſſe apud Romanos equites, nempe alii peditatui in exercitu oppoſiti, quales fuerunt omnes, qui equo privato meruerunt, & de illis non intelligendus eſt *Varro*. Sed alii dicuntur Equites, Senatorum filii, qui nondum in Senatum lecti, & qui Equeſtrem Ordinem componunt, unde dicitur, *Conſenſu Senatus & Equeſtris Ordinis Populique Romani*: in eos ſumma Magiſtri Equitum erat poteſtas, ut in Accenſos, qui erant Magiſtratuum Miniſtri, qui dicebantur accire. Dictatori autem, qui creabat Magiſtrum Equitum Lege vetuſta prohibitum erat equo vehi, quod Antiqui pedeſtribus copiis vires ineſſe credebant, ita pedites erant Magiſtri Equitum.

Alterum nobis ſupereſt inquirendum, duos tantum globulos ſignari in ſemiſſe: nam ejus nummi *Theſauri Regis Chr.*^mi^ pondus eſt, cujus ſolita, ad denotandum hujus monetæ pretium, littera S. exhibetur, & ſolitum Jovis, barbati & laureati, caput, ut in hoc nummo anterioris partis inſigne expingitur: an quod Lege quadam, aut Monetariorum arbitrio, duo ampliores globuli ſemiſſem & duo parvuli ſextantem denotarent?

XIII.

Caput Herculis, pelle leonis amictum, pone quod tres globuli: in poſtica parte C. SERVEILLI. M. F. Navis.

C. Ser-

C. Servilius Marci filius junior, Marco fratri ſuccedit. Ille vero uno anno ſerius quam natu major, Quæſturam Provincialem ſuſcepiſſe videtur, ſcilicet an. $\frac{575}{6}$. ad cujus uſum quadrantes cudit, uti tres illi globuli, tres uncias olim deſignantes, indicant. De Hercule, monetæ minutæ ſolito ſymbolo, ſæpius dictum. Ille autem, quando cum capite depingitur, fere ſemper pelle leonis amictus eſt, ob Leonem quem in Cleonæa ſylva primum clava occidit, cujus ſpolia ſemper inde tulit. Navis, in averſa monetæ Romanæ ex ære perpetuo cuſa eſt, in Saturni memoriam, qui rate in Italiam acceſſit, & primus monetam ſignare docuit.

XIV.

Caput Romæ galeatum, pone quod corona, in imo ROMA. ex averſa parte, C. SERVEILLI. M. F. Caſtor & Pollux, in equis cum haſtis inverſis, in partes adverſas abeuntes.

Eadem epigraphe C. SERVEILLI. M. F. ad eundem C. Servilium M. filium juniorem ſpectari hunc denarium demonſtrat, quem in Quæſtura, ad denotandam nominis Gemini originem, percuſſit; nam Caſtor & Pollux Gemini ſeu Gemelli appellati ſunt. Sic autem depingitur in denario Herenniæ gentis *Goltziano*. In diverſas partes abire videntur, quod quùm Caſtor diem ſuum obiiſſet, & Pollux immortalis eſſet, fratris deſiderio à Jove patre petiiſſe dicitur, ut immortalitatem ſuam cum fratre poſſet partiri: qua re impetrata, alterni mori traduntur & reviviſcere; quod fabulæ occaſionem dedit *Geminorum* ſigni natura, quorum altero oriente, alter occidit, unde *Virgilius*

Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itque reditque viam toties.

XV.

Caput Romæ galeatum, pone quod lituus, in imo ROMA. in poſtica parte C. SERVEILLI. Duo Equites decertant, galeatus d. confodit hoſtem haſta, & læva clypeum tenet, in quo littera M.

Ejuſdem

Ejuſdem C. SERVILII Marci filii junioris & iſte denarius eſt, etiamſi non adſint litteræ, ut ſupra C. F. *Caii filius*, ſed has ſola ſupplet M. in clypeo exarata, id eſt *Marcus*, prænomen ejus deſignans: nam ipſe eſt decertans ſingulari certamine, contra aliquem hoſtium ducem, cujus memoriam renovare voluit ejus filius minor. De illo *Plutarchus*, *in vita L. Pauli Æmilii*, ſic, „ ait, Conſcendens ſuggeſtum vir Conſularis, qui tres & „ viginti homines ex provocatione interemerat, M. Servilius, „ quantus Imperator, inquit, Paulus Æmilius fuerit, nunc ma- „ xime cognoſco. Lituus ad patrem etiam pertinet, quùm ille „ fuerit Augur an. 543. teſte *Livio*, *lib.* 36. In locum, ait, Sp. „ Carvilii Maximi Auguris, M. Servilius.

XVI.

Caput Libertatis laureatum, pone quod lituus, in imo ROMA. ex altero latere, C. SERVEILLI. Idem typus ſingularis Equeſtris certaminis, & victor habet ſupra clypeum litteram M. id eſt, *Marcus*.

Qui ſuperiorem denarium cudit aureum, hunc & argenteum etiam ſignavit. Eadem inſcriptio C. SERVEILLI. idemque ſingulare certamen id denotant, & littera M. ſupra clypeum Marcum patrem, in equo pugnantem, demonſtrat. Oportet ſane illud fuiſſe inſigne, ſiquidem C. ejus filius in auro & in argento id poſteritati commendat; ſed proh dolor! *Hiſtorici* non meminerunt, & nobis tantum hæc imago ſupereſt: unde quantum *Hiſtoriæ* lumen afferant nummi dijudices. Libertatis caput, in anteriore denarii parte, pro Romæ effigie, in ſuperiore exarata, exhibetur, quùm maxime ei ſtuderent Romani, ab eo videlicet tempore, quo in libertatem ſe vendicavere.

XVII.

FLORAL. PRIMVS. Caput Floræ, redimitum floribus, pone quod lituus: ex averſa C. SERVEIL. Duæ figuræ militares, ex adverſo ſtant galeatæ, d. quæque gladium mucrone erecto, ſ. clypeum.

Ut eſt ordo noſter inquirendi, primum quis denarium cudit, ab

ab hoc igitur ordimur. Epigraphe nobis C. Servilium indicat, & idem Marci filius qui ſuperiores ſignavit, fuiſſe videtur. Non modo lituus, ex anteriore parte in patris Auguris, ut in aliis, memoriam cælatus, ſed etiam idem typus Marci patris & Caii patrui. Magiſtrorum Equitum, ad revocandam eorum fratrum dignitatem ante Conſulatum conceſſam, (ut ſupra diximus,) à Marco fratre ſupra expreſſus, id omnino confirmant: ſed quando videamus. Ex Quæſtura an. $^{575.}_{6}$ C. Servilius Geminus Tribunatum accepit an. $^{578.}_{9}$ Ædilitatem vero Plebis an. $^{580.}_{1}$ L. Poſtumio Albino, M. Popilio Lænate Coſſ. quibus nobis demonſtrat *Ovidius*, Floram poſtquam illius natalis dies fuiſſet neglectus, iram ſuam plurimis damnis declaraſſe, & tandem Ludos Florales, ſeu Floralia celebrata eſſe, his verſibus, in *Faſtis*.

Convenere patres, & ſi bene floreat annus
Numinibus noſtris annua feſta vovent,
Annuimus votis: Conſul cum Conſule Lænas
Poſtumio ludos perſoluëre mihi.

Sic ita conſtat, quo urbis anno Floralia hæc ſolemnia Romæ fieri cœperunt: & ut hoc ad poſteritatis memoriam mandaret C. Servilius, ut tum moris erat, in denariis argenteis caput deæ Floræ exprimere voluit, cum lemmate FLORAL*ia* PRIMVS. cum aliis rebus ad Familiam ſuam pertinentibus, ut Magiſterium Equitum, patris & patrui, & per lituum patris Marci Auguratum, denotaret: niſi velis illum etiam Augurem fuiſſe exiſtimare; ſed pauca de Floralium illorum inſtitutione & celebritate addamus, *ex Lilio Gyraldo*.

Flora, quùm magnas opes ex arte meretricia quæſiviſſet, P. Romanum ſcripſit heredem, certamque pecuniam reliquit, „ cujus ex annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur, editione „ Ludorum, quos appellabant Floralia: quod quia Senatui flagitioſum videbatur, ab ipſo nomine, argumentum ſumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur, deam finxerunt eſſe, quæ floribus præeſſet, eamque oportere placari, „ ut fruges cum arboribus aut vitibus bene proſpereque floreſcerent. Hæc 4. Kal. Maii celebrabantur, in quibus omnes nequitiæ & laſciviæ nudis mulieribus peragebantur. *Porphy-*

rion ſcribit, in Floralibus Ædiles cicer & fabam Populo ſpargere ſolitos.

XVIII.

M. CLAVDI. M. F. MARCELLVS. Q. GEMINVS. Caput Veneris, myrto coronatum, ex averſa parte, CN. SERVILI. P. F. Navis Prætoria, cum remis, in vertice corona.

Ex Plebeiis Serviliis Geminis, temporis ordo ad Servilios Geminos Patricios nos revocat. Cn. Servilius Geminus hic qui denarium cudit, Publium habuit patrem cujus nullos Magiſtratus reperimus: ſed, ut opinamur, avus illi fuit P. Servilius Geminus Prætor an. $^{531}_{2}$ cujus pater Publius etiam prænomine, Coſ. an. $^{501}_{2}$ primus Gemini cognomen tulit in Cæpionum Familiam, quùm eſſet uno partu cum fratre C. Servilio, ex patre altero Q. Servilio Ædile Curuli an. $^{578}_{9}$ filio Cneii Cæpionis nominis autore, genitus.

Cn. Servilius Geminus adeptus eſt Quæſturam Urbanam, ut indicat littera Q. id eſt, *Quæſtores*, cum M. Claudio Marcello an. $^{604}_{5}$ quo tertium bellum Punicum redintegravit L. Marcio & M. Manlio Coſſ. & quùm eſſet Claſſis in Africam traducenda, Quæſtores ad eam extruendam ſumptus ſuppeditarunt. In cujus memoriam ab utroque Quæſtore denarii cum trireme, remis inſtructa, ſignati ſunt: in anteriore cujus parte Venus, ut dea maris, & Romanorum tutelare numen, & Carthaginienſibus adverſum, qui Junonem colebant. Myrto Venus coronabatur, quia hæc arbor erat illi dicata: unde *A. Gellius, lib. 5. cap. 6.* Myrtum Veneris frondem appellat.

XIX.

C. CASSI. IMP. Caput Libertatis laureatum: ex averſa parte M. SERVILIVS LEG. Acroſtolium.

Ex Patricia Serviliorum Geminorum Familia ad Plebeiam redimus. Marci Prænomen ei familiare id indicat; ſed Tribunatus Plebis, quem M. Servilius geſſit anno $^{710}_{1}$ omnino confirmat, de quo *Cicero, ad Caſſium Procoſ. lib.* 12. *Epiſt.* 7. antequam C. Panſa „ Conſul paludatus exiviſſet, Productus ſum, inquit, in concionem

cionem à Trib. Plebis M. Servilio, dixi de te quæ potui, tanta „ contentione, quantum forum eſt, tanto clamore, conſenſu- „ que Populi, ut nihil ſimile viderim. Sed occiſo Panſa & Hirtio, accepiſſetque Conſulatum Auguſtus, & de patris interfectoribus inquireret, M. Servilius unus ex iis ſe ex Urbe ſubduxit, & ad Caſſium in Syriam abiit, cujus fuiſſe Legatum nobis indicat denarius, in quo Libertatis caput, ad indicandum ſe nihil agere Caſſium, quam ut eam à Dictatore & à Triumviris oppreſſam reſtitueret. Acroſtolium, Sidonis Phœniciæ urbis inſigne, ut in *noſtro Syriæ Regum libro* videre eſt, in denario expreſſum videtur, ad denotandum illum in ea urbe eſſe ſignatum, quùm Caſſius Syriam integram occuparet.

XX.

C. CASSEI. IMP. Caput Libertatis laureatum: in poſtica parte, M. SERVILIVS LEG. Gammarus, acetabulis acroſtolium, in imo alterum, infra flos granati.

M. idem Servilius, quem ſupra Tribunum Plebis an. 710. recenſuimus, & deinde Legatum Caſſii, eandem in denariis Libertatis imaginem expreſſit, utpote qui eam reſtaurare vellet cum aliis Dictatoris percuſſoribus & optimis civibus, de quibus loquitur *Cicero, in 4. Philippica ad Quirites*: M. Antonio hoſte judicato „ Hodierno autem die primum referente viro fortiſſimo M. Servi- „ lio, Collegiſque ejus ornatiſſimis viris, optimis civibus, lon- „ go intervallo me autore & principe, ad ſpem libertatis exar- „ ſimus. De Caſſio vide in ejus gente, nunc de Gammaro & acroſtoliis.

Acroſtolium ſupra Sidonis Phœniciæ urbis retulimus eſſe ſymbolum, in qua ex Syriæ urbium pecuniæ collatione, moneta pro exercitus Caſſii uſu cudebatur. Gammarus vero Arethuſæ urbis inſigne, cujus Sampſigeramus erat Regulus, pecuniam etiam illam ad exercitum Caſſianum alendum, contribuere cum Sidone denotat, unde eorum ſtemmata in denariis Caſſii Procoſ. & Servilii ejus Legati. Granati flos in imo, ejus abundantiam in his tractibus arguit, niſi dicas Monetarii eſſe notam. Vide quæ diximus in Caſſia gente, ad hunc denarium, num. 25.

XXI.

CAESAR AVGVSTVS TRIBVNICIA POTESTATE. Caput Auguſti nudum : ex averſo latere, M. SERVILIVS GEMINVS IIIVIR. A. A. A. F. F. circa ambitum, S. C. in area.

Marcus ille Servilius, videtur fuiſſe M. Servilii filius, qui ſuperiores nummos percuſſit, C. Caſſii Legatus. Id prænomen Marci primogenito, ut moris erat, inditum arguit, & temporis ratio innuit. Ille primum tunc minorem Magiſtratum, quem ante Quæſturam ſuſcipiebant, nempe Triumviratum Monetalem iniit, poſtquam diviſa fuiſſet cum Provinciis monetæ cudendæ poteſtas inter Auguſtum & Senatum, & ipſe Tribuniciam Poteſtatem accepiſſet an. 731. Sed ut nullus huic additus eſt numerus, quo anno ſit cuſus hic nummus, ignoratur.


XXII.


AVGVSTVS DIVI F. Caput Auguſti nudum : in poſtica M. SERVEIL. T. CRISP. VALERIANO. I. CAESON. II. VIR. Bos.

Ad eundem M. Servilium ſpectat hic nummus, à Duumviris Coloniæ deducendæ ab Auguſto miſſis, percuſſus. Quam multas autem hic condiderit, nos docet *Ancyranus Lapis*, qui in illas hominum circiter centum & viginti millia traduxiſſe refert. Opus tamen erat Senatuſconſulto, & ſecundum urbis magnitudinem aut civium, qui in Coloniam ducebantur, numerum, Duumviri aut Triumviri nominabantur, in cujus memoriam hi nummum cum effigie Auguſti, & bove ſolito deductorum civium ſymbolo cuderunt: nam quando Veterani milites cum eo mittebantur, vexillum aut ſignum militare addebatur.

Ad ſummos deinde Magiſtratus perveniſſe M. Servilium Geminum nos edocet *Dio, lib.* 55. qui eum producit Conſulem cum L. Ælio Lamia anno 756. quod confirmat *Val. Maximus, lib.* 1. *cap.* 8. *de Miraculis*, dum iis Conſulibus, in Veſtibulo templi Matris deum Q. Claudii ſtatuam in ſua baſi flammis intactam ſtetiſſe, ſcribit.

RVL-


SERVILIA
SESTIA
SEXTIA
TAB.CXXXI.


SICINIA
SILIA
SOSIA
TAB. CXXXII

RVLLI.

XXIII.

RVLLI. Caput Virtutis galeatum : ex averſa parte P. SERVILI. M. F. Victoria in bigis, d. palmam, ſ. equorum habenas.

P. Servilius Rullus, qui hunc denarium percuſſit, Marci filius in eo appellatur, ut pote qui habuit patrem Tribunum Plebis an. $\frac{641}{2}$ unde hanc Rulli Familiam Plebeiam fuiſſe conſtat : is vero Quæſturam Provincialem adeptus eſt an. $\frac{650}{1}$ At quùm illius denarius Romæ non eſt ſignatus, liceat nobis eum fuiſſe M. Fulvii, Hiſpaniæ Citerioris hoc anno Prætoris, Quæſtorem conjicere, ex illo qui in anteriore parte Virtutis imaginem, & Victoriam, palmæ ramum gerentem cudit, ad demonſtrandum ipſius virtute Cimbros caſtris exutos fuiſſe, ut narrat *Frontinus Stratagematum*, *lib.* 2. *cap.* 5. *de Inſidiis.*

Ex Quæſtura P. Rullus Tribunatum Plebis accepit an. $\frac{655}{6}$ Vir fuit luxu & divitiis famoſus, ſi quidem *Plinius lib.* 8. *cap.* 51. illum ſolidum aprum Romanorum primum in epulis appoſuiſſe narrat. Reliquit filium P. Rullum qui Tribunus etiam Plebis an. $\frac{690}{1}$ Legem Agrariam promulgavit, quam *Cicero*, hoc anno Conſul, Kal. Januariis, *tribus Orationibus in Senatu & apud Populum* habitis diſſuaſit.

XXIV.

RVLLI. Caput idem Virtutis galeatum : ex averſo latere, P. SERVILI. Eadem Victoria in bigis, d. palmæ ramum, ſupra quam ſignum eſt IMP. VESP. denario incuſum.

Quin ad eundem P. Servilium Patrem, etiamſi voces M.F. deſint, & non ad Publium ejus filium, pertineat hic denarius, dubitare non ſinunt eadem Virtutis imago, in anteriore parte, & idem Victoriæ, cum palma in bigis, ex averſa typus : niſi quod ſignum, in quo legitur, IMP. VESP. denario incuſum exhibeat. Unde colligere poſſumus monetam Conſularem, ut ita loquamur, ſub Auguſtis in uſu fuiſſe; quare à Triumviris Monetalibus Imperatorum, in quibuſdam Principis nomen ejuſmodi impreſſum occurrit; nec alioqui ad nos tam multi harum Familiarum nummi perveniſſent; imo Trajanus plurimos illorum typos reſtituit.

VATIÆ.

XXV.

Caput Romæ galeatum : ex averſa P. SERVIL. VATIA. in imo ROMA. Victoria bigas agit, d. flagrum, ſ. equorum habenas.

P. Servilius Vatia è Serviliorum Patriciorum numero eſt, & ſi nobis conjicere liceat, ex Cæpionum Familia oriundi : unde ob pedes crurave extrorſus habens, Vatiæ cognomen tulit. Is fuit filius natu minor Vatiæ Prætoris Urbani an. $^{639.}_{40}$ nam habuit Caium fratrem primogenitum Quæſtorem an. $^{655.}_{6}$ & ipſe Provincialem Quæſturam iniit an. $^{664.}_{5}$ quo hunc bigatum denarium, ſolitum monetæ argenteæ typum, percuſſit : poſtea Ædilis Curulis factus eſt an. $^{667.}_{8}$ Prætor Urbanus an. $^{669.}_{70}$ Provincialis an. $^{670.}_{1}$ & tandem Conſul cum Ap. Claudio Pulchro creatus an. $^{674.}_{5}$ Ciliciam bellumque Piraticum ſortitus obtinuit.

XXVI.

ISAVRICVS. Caput Romæ galeatum, pone illud vox ROMA: è latere poſtico, P. SERVIL. C. F. Procoſ. in quadrigis triumphalibus, d. ſcipionem eburneum, ſ. equorum habenas, Victoria per aera volitans, ei victoriam porrigit.

P. Servilius Vatia, Proconſul in Cilicia prorogatus an. $^{675.}_{6}$ Ciliciam cepit Piratis debellatis, & eorum urbes in Pamphylia & Lycia aggreſſus eſt. Prorogato iterum Imperio Iſauriam, quo ſe refugerant, adortus, illos perdomuit, de quibus audias *Eutropium, l.*
„ *6.* Ad Ciliciam & Pamphyliam miſſus eſt P. Servilius ex-cos. vir
„ ſtrenuus. Is Ciliciam ſubegit, Lyciæ urbes clariſſimas oppugnavit
„ & cepit. In his Phaſelidem, Olympum, Corycum Ciliciæ. Iſau-
„ ros quoque aggreſſus in deditionem coegit, atque intra trien-
„ nium bello finem dedit. Primus omnium Romanorum in Iſauriam iter fecit. Revertens, triumphum accepit, & nomen *Iſaurici* meruit. Porro *Cicero, in Frumentaria*, Servilium exercitui per quinquennium præfuiſſe ſcribit, late forſan tempus, à ſortitione Provinciæ uſque ad triumphi, diem accipiens, quod confirmant *Faſti Triumphales.*

P. SER-

P. SERVILIVS C. F. M. N. VATIA. ISAVRICVS. AŃ. DCLXXIX. DCLXXX. *Varr.* II. PRO. COS. DE ISAVREIS. ET. CILICIA. ... ...

In cujus memoriam ad uſum triumphi denarios cudit, quibus remuneraret milites, eum in illo comitantes, in averſa quorum parte ipſe quadrigis triumphalibus invehitur lento paſſu, d. ſcipionem eburneum, in cujus apice Aquila inſiſtebat, ſolitum Conſulis & Proconſulis inſigne gerens, cum Iſaurici titulo quem juſte meruit. Cenſuram illum geſſiſſe refert *Val. Max. lib.* 8. *de Teſtibus*, his verbis: P. Servilius Conſularis, Cenſorius, Triumphalis, qui majorum ſuorum titulis Iſaurici cognomen adjecit, quùm forum præteriens teſtes in reum dari vidiſſet, loco teſtis conſtitit. P. Vatia. Iſauricus deceſſit eo ipſo anno, quo Cæſar interiit, publico funere elatus, ut tradit *Euſebius*, reliquitque filium prænomine Publium, cujus denarium ſequentem producimus.

XXVII.

P. ISAVRIC. P. F. CN. DOMIT. M. F. CALVIN. Caput Jovis Capitolini laureatum: ex averſa parte EX. S. C. Fulmen cum clypeo tranſverſo, in corona quercea.

Publius hic Servilius Vatia Iſauricus, à ſuperiore diſtinguitur, quod pater Cnei filius nominatur, & ipſe Publii filius inſcribitur. Is Quæſturam Provincialem iniit an. 689/90. Ædilis Curulis factus eſt an. 694/5; cum Cn. Domitio Calvino, quo illos edidiſſe Magnos Ludos denarius nos edocet: nam præfert ex una parte caput Jovis Capitolini, cui hi Ludi erant dicati. Magni quidem illi vocantur, quod magnis impenſis darentur, ſed etiam Romani dicebantur, & item Circenſes, quod in Circo Maximo agerentur, & ludicrum fuere equi & pugiles.

A regibus inſtituti, tum à Conſulibus editi, deinde ab Ædilibus Plebeiis, tandem à Curulibus, poſtquam ii fuere creati, in honorem Jovis non modo, ſed & Junonis Minervæque, ut *Cicero*, *lib.* 6. *Act. in Verrem.* 2. Nunc ſum deſignatus Ædilis, mihi Ludos antiquiſſimos, qui primi Romani appellati ſunt, maxima cum dignitate ac religione Jovi, Junoni, Minervæque eſſe faciendos: ideo in averſa parte fulmini, Jovis ſymbolo, additur clypeus Minervæ,

nervæ, qui etiam Jovis, *Iliad.* 4. 5. Corona vero quercea illa erat, quam Ædiles Curules Jovi, tanquam Imperii Servatori, proferebant, ante Ludos, dum ſacra ei in Capitolio peragebantur. Nota EX S. C. Ludos ex Senatuſconſulto celebratos denotat. *Quidam* exiſtimant illam Ludos, Senatus impenſis celebratos, denotare, ſed perperam.

Ex Ædilitate P. Iſauricus ad Præturam Urbanam aſcendit an. $\frac{699}{700}$ apud quem *Cicero* C. Meſſium deffendit, ut colligitur ex *Ep.* 15. *ad Atticum, lib.* 4. Prætor Provincialis factus eſt an. $\frac{700}{1}$ & tandem in Conſulatu Julii Cæſaris an. $\frac{705}{6}$ ab ipſo Collega aſſumptus eſt, & Romæ manſit, Cæſare in Macedonia bellum gerente. Iterum Conſulatum iniit cum L. Antonio an. $\frac{712}{3}$

SESTIAM.

SESTIA.

SESTIAM gentem fuiſſe Patriciam probat *Livius*, dum P. Seſtium Capitolinum Conſulem producit, cum T. Menenio Lanato an. $^{301}_{2}$ quando ſoli Patricii erant Conſules. Porro *Livius*, P. Sextium illum Conſulem nominat: unde *quidam Eruditi* Seſtium & Sextium diverſo tempore fuiſſe appellatos exiſtimant; nam de quo hic nobis ſermo, Plebeius erat, ſiquidem P. ejus pater & Seſtius ille, L. illius patruus fuere Tribuni plebis.

I.

L. SESTI. PROQ. Caput Libertatis velatum & laureatum; Q. CAEPIO BRVTVS PROCOS. Tripus inter ſecurim & ſimpulum.

L. Seſtius fuit filius P. Seſtii Tribuni Plebis an. $^{700}_{1}$ & Prætoris Ciliciæ an. $^{705}_{9}$ Is vero Quæſturam accepit an. $^{709}_{10}$ & in Provinciam abiit cum Bruto. Ab Antonianis ſollicitatus eſt, de quo *Appianus, lib.* 4. *Bell. Civ.* L. Seſtius Bruti Quæſtor ab Antonianis, de prodi- „ tione fruſtra ſollicitatus, proſcriptuſque ob eam cauſam, quùm „ vero exarſiſſet bellum civile inter Triumviros & Dictatoris percuſſores, L. Seſtius remanſit PROQ*uæſtore* cum Bruto PROC*onſule*, cujus nomine denarios ſignavit, in anteriore quorum parte Libertatis imaginem expreſſit: quùm Brutus & Caſſius nihil aliud, quam libertatem ſe vendicaſſe pervulgarent. Tripus cum ſecuri & ſimpulo, ad Sacerdotium Bruti qui XVIR. erat, ut in Junia diximus, ſpectant.

II.

L. SESTI. PROQ. Pileus inter duos pugiones: ex poſtica Q. CAEPIO BRVTVS PRO. COS. Tripus inter ſimpulum & apicem.

Ejuſdem L. Seſtii hunc denarium eſſe probat eadem, quæ in ſuperiore denarii, epigraphe, & ille pileum Libertatis inter duos pugiones, ut L. Plætorius Cæſtianus in altero denario ſignaverat, cum

„ Bruti imagine expreſſit, de quo loquitur *Dio*, *lib.* 47. Hæc Bru„ tus egit, qui etiam numiſmati, quod faciebat, imaginem cum „ pileo ac duobus pugionibus incidit, eo ipſo, & inſcriptione de„ clarans, patriam à ſe & Caſſio eſſe in libertatem vindicatam. L. Seſtius, licet Bruti ſtudioſiſſimus, ſopitis bellis civilibus, tamen Ro„ mam rediit, de quo *Appianus*, *ſupra laudatus*, ait: Tandem „ in patriam reverſus, in Cæſaris amicitiam receptus eſt: cui ali„ quando effigies Bruti domi ſuæ ſpectandas præbuit, idque pro„ banti. Amicitiæ vero obſervantiam fidemque Seſtii, non modo non odio, ſed honore etiam habuit Auguſtus: ſiquidem quùm Conſulatum ageret XI. an. 730/1 & in Achaiam abiret, abdicavit, & in locum ſuum ſuffecit, ex *Tabula Collotiana* L. Seſtium, quod „ confirmat *Dio*, his verbis: Laudatum eſt hoc ejus factum, idque etiam, quod in ſuum locum ſurrogavit L. Seſtium, qui vir ſem„ per Bruti rebus faverat, omnibuſque in bellis ei adfuerat, ac „ adhuc ejus memoriam colebat, imagines ejus habebat, eum„ que laudare ſolebat. Tripus cum apice & ſimpulo in averſa parte ſignatis, ad Bruti, quem Cæpionem ex adoptione in gentem Serviliam nominatum diximus, Sacerdotium pertinent.

SEX-

SEXTIA.

SEXTIÆ gentis rogationes de Colonia Volas deducenda P. Sextii Tribuni Plebis an. 339/40. eam fuiſſe Plebeiam ſatis demonſtrant. Ejus nomen à prænomine Sexto deſumptum, & de plurimis cognominibus, quæ tulerunt ejus Familiæ, nobis tantum ſupereſt *Calvinus*, à *Calvo*, diminutivum.

I.

Caput Romæ galeatum: ex averſa parte C. SEX. CALVIN. in imo ROMA. Caſtor & Pollux equites, decurrunt, aſtris inſigniti, cum haſtis.

Stricta epigraphe C. SEX. CALVIN. ut & typus Caſtoris & Pollucis, ut denarium ad Caium Sextium Calvinum, C. filium & L. nepotem revocemus, potius quam ad illius filium, de quo infra, impellunt. Is Quæſturam Provincialem iniit an. 565/6. quo hunc nummum argenteum cælavit, cum ſolito Romæ inſigni, & frequenti Caſtoris & Pollucis, tutelarium P. Romani numinum, typo, poſt Quæſturam Tribunatum Plebis adeptus eſt an. 570/1. Reliquit filium eodem prænomine Caii donatum.

II.

CALVINVS PRO. COS. EX. S. C. Caput Jovis Capitolini laureatum: ex averſo latere C. SEXTIVS. in imo ROMA. Proconſul in quadrigis triumphalibus, d. ſcipionem eburneum, ſ. ducit equos, Victoria per aera volitans, coronam ei porrigit.

C. Sextio Calvino patri ſuccedit C. Sextius Calvinus. Is Quæſturam Provincialem iniit an. 613/4. Tribunatum Plebis an. 618/9. Æditatem Plebis an. 622/3. Præturam Urbanam an. 623/4. Provincialem an. 625/6. prorogatum eſt illi imperium in Provincia an. 626/7. Conſul deſignatus an. 628/9. Conſulatum geſſit cum Caſſio Longino an. 629/30. Gallia Ulterior Sextio obtigit, ſed cum Fulvio ſuccedere debebat Romæ diu

ſubſiſtit, & tarde in Provinciam profectus nihil hoc anno egit. Salluvios, quos tentarat Fulvius, ex *Paterculo*, aggreſſus, variis præliis quaſſatos tandem perdomuit, & in poteſtatem Romanorum redegit, atque Coloniam in ea regione conſtituit, & ab aquarum copia & calidis frigidiſque fontibus, de nomine ſuo appellavit *Aquæ Sextiæ*; hodieque Urbs adhuc celebris Gallice *Aix*. Romam deinde venit & triumphum obtinuit, ut teſtantur *Columnæ Capitolinæ*.

C. SEXTIVS. C. F. C. N. CALVIN. PROCOS. ANN. DCXXXI. DCXXXII. *Varr.*
DE LIGVRIB. VOCONTIEIS SALLVVEISQ. ... ...

His aſtipulatur denarius, qui illum in quadrigis triumphantem exhibet, cum nota EX S. C. ad demonſtrandum illum fuiſſe Senatuſconſulto decretum. Caput Jovis Capitolini Sextium, poſt triumphum, ipſi in templo ſacra feciſſe, in cujus memoriam illius imaginem expreſſit. *Cicero, in Bruto*, de Sextio hæc ait: „ Ingenio „ & ſermone eleganti fuit, valetudine incommoda, laborabat enim „ ex pedibus, qui ſi quando dolores remiſiſſent, aderat in cauſis, „ non ſæpe tamen id faciebat. Itaque conſilio ejus, quùm vole- „ bant, homines utebantur, patrocinio quùm licebat.

SICI-

SICINIA.

SICINIA gens Romæ gemina fuit, Patricia & Plebeia; ex priore T. Sicinius, Conſul creatus eſt an. $^{266.}_{7}$ triumphavitque de Volſcis; ex poſteriore C. Sicinius Belutus an. $^{260.}_{1}$ primus fuit Tribunus Plebis, ex Lege ſacrata. Sed Patricia deſiit ante argentum ſignatum, & Plebeia permanſit.

I.

Q. SICINIVS III VIR. Caput juvenile, faſcia redimitum: ex ex averſa C. COPONIVS PR. S. C. Spolium leonis, ſupra clavam erectam, hinc haſta, inde arcus.

Q. ille Sicinius III VIR in denario perhibetur, & quidem Monetalis fuiſſe videtur, quùm in altera parte C. COPONIVS PRætor habeatur, cujus denarius, ex Senatuſconſulto percuſſus eſt à Triumviro Sicinio; de quo altum eſt apud *Hiſtoricos* ſilentium. Illum vero Cn. Sicinii Tribuni Plebis an. $^{67}_{1}$ filium ſuſpicatur *Fulvius*; & id probabile temporis ratione eſt. Hic in Tribunatu C. Scribonii Curionis hortatu occiſus eſt. De C. Coponio Prætore diximus in gente Coponia, quem *Cicero, in Orat. pro Cornelio Balbo*, ex urbe Tibure oriundum ſcribit, ideo Sicinius an. $^{703.}_{4}$ Triumvir Monetalis, in gratiam Coponii, Caput Tiburti, civitatis Conditoris, in anteriore parte, & clavam Herculis, cum leonina pelle, in altera expreſſit, quod Tibur Herculi ſacrum eſſet, & in ea eſſet illius templum celeberrimum, ut in Coponia gente diximus. Haſta & arcus ad Herculem pertinent, ut etiam illius arma.

II.

FORT. P. R. Caput Fortunæ Populi Romani: ex poſtica Q. SICINIVS III VIR. Caduceus & palma, per tranſverſum; ad latus lævum corona.

Alter ecce Q. Sicinii Triumviri denarius, in gratiam C. Coponii

nam, ut in ſuperiore, nihil ad ſe pertinens, ſed utraque pars ad C. Coponium, cujus originem Tibure, cum ejus urbis inſignibus, indicare voluit, quidni & hic denarius ad eundem Coponium ſpectet. Id *Juvenalis* nobis indicare videtur, dum Fortunæ templum etiam Tibure ſcribit:

Vincens Fortunæ atque Herculis ædem.

Fortuna hæc Populi Romani eſt, ut jam vidit *Ill. Spanhemius*, *Diſſ. 6.* & *Jac. Perizonius*, *Diſſ. 3.* quam eandem eſſe cum Publica hic exiſtimat, ex his verſibus *Ovidii*, *Faſt. 5.*

Nec te prætereo, Populi Fortuna potentis
Publica, cui templum luce ſequente datum.

Ita Q. Sicinius, ut Coponii originem per Herculis ſpolia & Tiburti Herois caput; ſic & per Fortunæ imaginem denotare etiam voluit, cujus ſymbola in ejus averſa ſunt impreſſa, nam Victoriæ inſignia palmæ ramus & corona ad P. Romani Fortunam ſpectant: caduceus ſymbolum eſt pacis, quæ bello quæritur, unde P. Romanus bello & pace fortuna ſua gaudet.

SILIA.

SILIA.

SILIAM gentem Plebeiam eſſe conſtat, ſiquidem M. Silius recenſetur Tribunus Plebis an. $\frac{267}{8}$. annis ſeptem poſtquam Tribuni Plebis creati ſunt. Nomen ejus deſumptum à cognomine *Silo*, qui, teſte *Feſto*, naſo ſurſum verſus repando eſt. Illi in denariis cognomen *Nerva*, quod à fortitudine multi denominari eos exiſtiment, teſte *Alex. ab Alexandro.*

I.

Caput Romæ galeatum medio corpore, d. humero haſtam, ſ. clypeum, pone quod ROMA: ex averſâ P. NERVA, Cancelli Comitiorum, in quibus Figura quædam tabellam unam accipit, alteram altera in ciſtam demittit.

Antiquitatem redolet hic denarius, ut forma illius & conſtricta epigraphe P. NERVA denotant. Hic videtur eſſe ex Siliorum Familia: nam Licinia idem etiam tulit, ſed in hac nullus cognomine Publius. *Sex. Pompeius Feſtus ex Junio* in voce ***Publica pondera***, ſcribit quod duo Silii, P. & M. Tribuni Plebis rogarint de ponderibus coæquandis: idcirco verſus annum 509. ſuſpicatur *Pighius*, *tom.* 2. *lib.* 7. an ille, vel filius, aliquam de Comitiis & ordine ſuffragiorum Legem tulerint, cujus memoria in denario expreſſa ſit: nam in parte averſa cancelli ſunt Comitiorum, in quibus Romanus Senator ex Diribitore, ſeu tabularum Cuſtode, unam accipit, & alter tabulam in ciſtam demittit, pro Magiſtratibus creandis. Hoc eſt, quod in tantis antiquitatis tenebris eruere potuimus.

II.

P. NERVA. Caput Herculis pelle leonina tectum, pone quod tres globuli, ex averſa parte ROMA. Navis, ſupra quam equus, & ad latera tres ſunt globuli.

Ad Publium Nervam ſpectare hunc quadrantem indicat epigraphe

graphe, & quùm eadem ſit quæ ſuperior, dubii locus videtur, quin ſupraſcriptus denarius ad filium ejus pertineat, ut iſte, qui, poſtquam ſextantarius ſecundo bello Punico ad uncialem reductus eſt, ut nummi pondus arguit. Itaque eum P. Silius Nerva P. F. & Q. Nepos, in Quæſtura percuſſit an. 537. Tribunatum Plebis accepit an. 541. & iterum an. 543. Nihil amplius de illo reperimus, niſi quod ejus filius Lucius Tribunatum Plebis inierit an. 583. qui ob hoc prænomen natu minor videtur, & id temporis ratio innuit. De Equo peculiaris eſt *Hiſtoria*, quæ ignoratur.

III.

NERVA. Caput Libertatis: ex averſa, P. SILIVS P. F. C. N. PROCOS. Silius in quadrigis triumphalibus, pone Victoria illi coronam imponit, d. ſcipionem eburneum ille tenet, ſ. habenas equorum.

P. Silius Nerva P. filius & C. nepos in denario inſcribitur: ex ſuperioris progenie ortus videtur, quùm habeat idem prænomen & cognomen, & ut opinamur, ejus pater P. Silius Nerva Proprætore rexit Pontum & Bithyniam an. $^{702}_{3}$ & $^{703}_{4}$ Ipſe vero Legatus Cæſaris Auguſti præſedit Hiſpaniæ, & Conſulatum obtinuit cum M. Apuleio an. $^{733}_{4}$ hiſque Coſſ. Auguſtus in Aſiam perrexit. Silius Legatus Auguſti Procoſ. fuit an. $^{737}_{8}$ Cannini & Vennonetes arma ſumpſerunt, victique à Publio Silio & ſubacti ſunt, inquit, *Dio*, *lib.* 54. & addit, Pannonii cum Noricis in Iſtriam incurſiones fecerunt, & à Silio ejuſque Legatis rurſus pacem acceperunt.

Licet autem Silii triumphus in *Faſtis Triumphalibus* non ſit adſcriptus, ejus denarius illum tamen triumphaſſe nos edocet, & ut videtur an. $^{738}_{9}$ Auguſtus enim illis, qui illum meruerant, non invidebat, imo quaſi Reſpublica vigeret, Silio permiſit, ut caput Libertatis in denariis ad rei memoriam exhiberet, & ipſe in quadrigis triumphalibus, ut moris erat, inveheretur: ſed anno ſequente 739. quùm M. Agrippa, ob res proſpere in Aſia & Syria geſtas, triumphum ſibi decretum recuſaſſet, cujus exemplum, pro Lege quadam acceptum, poſteriores imitati, illis non amplius conceſſus eſt triumphus, ſed ſolis triumphalibus honoribus ſunt ornati; ex eodem *Dione*.

IV.

IV.

AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. in coroná quercea : ex averſa, C. SILIVS P. F. III VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum, S. C. in area.

Patri P. Silio ſuccedit C. Silius, qui à primis Senatus Magiſtratibus orſus Triumvir Monetalis extitit, & ſolitum ſecundæ formæ typum, nempe coronam querceam, cum titulo Tribuniciæ Poteſtatis, quam Auguſtus accepit, ipſi à Senatu oblatam an. 73°. ut inviolabilis eſſet, exhibuit: at ut ipſa Tribunicia Poteſtas & corona quercea Auguſto quotannis deferebantur, Triumviri Monetales illas in nummis ſignabant, & ex Tribunicia Poteſtate Auguſti continua, deinde alii Imperatores uſi ſunt, & ab ea numerati illorum imperii anni.

V.

SILIVS ANNIVS LAMIA. Duæ dextræ tenentes caduceum : in averſa IIIVIR. A. A. A. F. F. Incus.

Ad eundem C. Silium pertinet hic nummus, primæ formæ, æreus, in quo cum aliis Triumviris Monetalibus Annio & Ælio Lamia inſcribitur. Duæ dexteræ caduceum tenentes, pacem Auguſti cum Senatu denotant; & in poſtica incus cudendæ monetæ poteſtatem penes eum eſſe edocet; unde nota S. C.

VI.

SILIVS ANNIVS LAMIA. Duæ dexteræ caduceum alatum tenentes: in poſtica parte III. VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum, S. C. in area.

Parum differt hic æreus, minimæ formæ, nummus à ſuperiore, niſi quod caduceus alatus eſt, quem dexteræ junctæ gerunt. Hæ concordiæ ſymbola ſunt, ut nemo neſcit: unde ex iis pax, cujus inſigne eſt caduceus, à cadendo dictus, quod contentiones & bella cadere faciat. Hæc Mercurii virga, qui Sermonis deus ab antiquis credebatur, & illi alas, ut caduceo, aſſi-

gnavere, volucrem per aera ferri ſermonem ſignificare volentes. Nota S. C. in averſa parte, ſolitum eſt monetæ à Senatu percuſſæ, ſymbolum.

VII.

III VIR. A. A. A. F. F. Incus. SILIVS. ANNIVS. LAMIA. circa ambitum Cornucopiæ, & S. C. in area.

Incus ad monetæ officinam ſpectat, & ut illa primis temporibus tantum flabatur, id eſt, flatu calefaciendo fundebatur materia in formam; deinde martello ſupra incudem feriebatur: unde duæ litteræ F. F. *flando feriundo*, in nummis appoſitæ. Nec præterire poſſumus, paucis ab hinc annis formas Lugduni fuiſſe repertas, ex terra factitia, in quibus omnes Sept. Severi Familiæ imagines, imo & Macrini erant impreſſæ, ut & Biturici aliquot Fauſtinæ, & ejus mariti M. Aurelii. Unde primum flatæ, poſtea percuſſæ fuerunt antiquæ monetæ. Ab eo tempore Cornucopiæ in averſa, ex pecunia omnium rerum abundantiam ſuppeditari denotat.

VIII.

SILIVS. ANNIVS. LAMIA. Simpulum & lituus. III VIR. A.A. A. F. F. Circa ambitum, S. C. in area.

Simpulum & lituus ad Pontificatum Maximum Auguſti ſpectant, quem anno $^{740.}_{1}$ tantum recepit, mortuo Lepido; quia propterea decernere quædam ipſi quùm Senatus vellet, profeſſus ſe nihil admiſſurum, & illi nihilominus inſtarent, ſurgens è Senatu abiit. Ideo Triumviri Monetales hujus anni illum per ejus ſymbola denotare voluerunt; unde hoc anno C. Silium hunc minorem Magiſtratum geſſiſſe veriſimile eſt. Alios illius Magiſtratus, ut & aliorum, *Hiſtorici* non deſcripſerunt, niſi majores in *Faſtis*. Ex iis accipimus Conſulem creatum cum L. Munatio Planco an. $^{765.}_{6}$ His Conſulibus Auguſtum depoſuiſſe apud Veſtales teſtamentum, ante annum & quatuor menſes quam decederet, autor eſt *Suetonius*.

C. Si-

C. Silius Legatus fuit Germanici Proconſulis in Germania Superiore an. $^{766.}_{7}$ poſt Conſulatum miſſus. Unde præfuit per ſeptennium Provinciæ. Triumphalia ob res bene geſtas anno $^{767.}_{8}$ meruit, ex *Tacito*. Fabricandæ Claſſi præponitur, in Cattos ire jubetur, & contra Galloslegiones objicit. Germanico decedente, poſtquam ei crimen à Sejano intentatur, & damnatus ob Germanici amicitiam, & ſententiam voluntaria morte prævenit, an. $^{776.}_{7}$

SOSIA.

SOSIA gens Plebeia fuit, ſiquidem Q. Soſius, de quo infra nummi, Tribunus Plebis fuit. Ex agro Piceno oriunda videtur ex *Cicerone, de Nat. deorum* 3. Ille, inquit, Q. Soſius, ſplen-
,, didus Eques Rom. ex agro Piceno. *Quidam* volunt nomen à verbo Græco σώζω, id eſt, *ſervo*, deſumptum eſſe.

I.

Caput M. Antonii ſine litteris: ex averſa parte, SOSIVS IMP. Trophæum, ad cujus imum, hinc femina mœſta, capillis ſparſis, ſ. caput ſuſtentat, inde captivus manibus poſt terga revinctis.

C. Soſius C. filius, Quæſtor fuit M. Lepidi an. $^{688.}_{9}$ Tribunus Plebis fuit an. $^{694.}_{5}$ militavit in Syria & Ægypto $^{696.}_{7}$ & $^{697.}_{8}$ Prætor fuit Urbanus an. $^{700.}_{1}$ Provincialis an. $^{701.}_{2}$ ex Lege Pompeia prorogatum eſt illi Imperium Propr. an. $^{702.}_{3}$ *Cicero ad Atticum l.* 8. eum nominat Prætorem an. $^{704.}_{5}$ ſed Prætorium potius. Poſt cædem Cæſaris adhæſit Antonio, & poſt prælium Philippenſe quùm Aſia Antonio obtigiſſet, illum poſt Ventidium Syriæ & Ciliciæ præfecit Antonius an. $^{714.}_{5}$ Primùm Aradios, qui ſoli Ventidio reſtiterant, fame & longa obſidione preſſos, in poteſtatem redegit. Poſtea contra Antigonum Judæorum Regem, ultimum ex ſtirpe Aſmonæorum profectus eſt, quem *Dio* prælio victum ait, *lib.* 49. Antigonum, qui præſidium Romanum, quod apud ſe erat, occiderat, prælio victum Hieroſolymis (eo enim confugerat) vi expugnavit. Ut moris erat, poſt urbem captam, an. $^{715.}_{6}$ ut probavit *Em. Noriſius, Diſſ.* 2. *cap.* 6. cujus obſidium lege apud *Joſephum, lib.* 15. *Antiq.* Soſius erexit eo loco, quo pugna commiſſa eſt, trophæum, in cujus memoriam ille hinc mulierem mœſtam, nempe Judæam, & Antigonum Regem, manibus poſt terga revinctis, in denario percuſſit. In anteriore cujus parte caput Antonii, ut ejus Legatus, expreſſit.

II.

II.

IMP. Caput M. Antonii : ex averſa parte C. SOSIVS. ZA. Aquila inſiſtens fulmini, ante eam caduceus.

Ad C. Soſium etiam pertinet hic nummus, ut indicat epigraphe C. SOSIVS, Aſt, ut erat Antonii Legatus, caput ejus in anteriore parte cum voce IMP. illi & ſibimet alludens, ſignavit; nam Soſius Imperatoris titulum, captis Jeroſolymis, adeptus erat, ut in ſuperiore nummo ſcriptum eſt. Pars averſa exhibet aquilam, fulmini inſiſtentem, ſolenne Ægyptiorum Regum ſtemma, ad Cleopatram ſpectans, quod Soſius, ut Antonio gratularetur, expreſſit. Caduceus felicitatis ſymbolum eſt in rebus Antonii. Sed nos paulum torquent litteræ ZA. quas ipſiſſimis oculis integras in nummo *Theſauro Regis Chr.*[mi] vidimus: an urbem in qua cuſus eſt, arguunt? *Joſephus, Bel. Jud. lib. 2. cap. 22.* Zabulon Galilææ civitatem nominat, de cujus pulchritudine ſic ait, quippe domus „ habebat ſimiliter ut apud Tyrum & Sidona, & Berytum „ ædificatas. Soſius in ea, pro exercitus impenſis, monetam ſi- „ gnare potuit. Moris erat per initiales litteras urbium nomina deſignare.

III.

C. SOSIVS C. F. Caput Victoriæ medio corpore, cum alis ſupra dorſum: ex averſa parte, ROMA. Soſius in quadrigis triumphalibus, d. ſcipionem eburneum, ſ. habenas equorum.

Quùm Antigonus, captis Hieroſolymis, ex turri deſcendiſſet, & ad pedes Soſii ſe provolviſſet, eum Soſius cuſtodiæ mandavit, conſtitutoque Rege Judæorum Herode, Antigonum duxit Antiochiam. Antonio eum ad triumphum reſervare volente, Herodes pecunia effecit, ut ſecuri ſit percuſſus. Anno inſequente 716/7. nihil memoratu dignum in Syria actum, nam Antonius in Italiam eundo, ac inde revertendo, ut ait *Dio*, annum exegit. Soſius ne ſuſpectus eſſet Antonio, penitus quievit: Antonius in Parthos profectus eſt anno 717/8. L. Munatium Plancum Syriæ rectorem, Soſii loco, fecit, eumque Romam miſit ad triumphum, quem *Faſti Triumphales* egiſſe nos edocent.

C. SOSIVS. C. F. T. N. PROCOS. AN. DCCXIX. / DCCXX. *Varr.*
III. NONAS SEPTEMB.

Hinc Legatos Antonii ut & Cæſaris Proconſules appellari dignoſcimus, quod cum imperio Proconſulari Provinciis ab iiſdem præficerentur. Ideo Soſius in denariis, quos ad triumphi memoriam percuſſit, d. ſcipionem eburneum, in quadrigis, Conſulum & Proconſulum inſigne, gerit. In iis autem nummis triumphalibus Triumvirorum effigies non ſignata, ut triumphi honos ſuis Legatis totus videretur.. Victoria in anteriore parte, ad denotandam illam, quam de Judæis retulerat, expreſſa eſt.

Soſius poſt triumphum biennio Conſul factus eſt cum Domitio Ahenobarbo an. 722. Antonii & Cæſaris inimicitiæ in apertum bellum eruperant. Conſules ambo, permittente Cæſare, Romam reliquerunt, & ad Antonium ſe receperunt. Soſius in pugna Actiaca Claſſis Antonianæ cum Puplicola Præfectus fuit. Antonio ſuperato, quanquam difficulter, veniam tamen impetravit à Cæſare, interveniente fide & deprecatione Antonii.

SPV-

SPVRILIA.

SPVRILIA gens Plebeia eſt, ex *Livio*, *lib.* 4. nominat enim Spurilium Tribunum Plebis an. $^{331}_{2}$ Ejus nomen diminutum eſt à *Spurio.*

I.

Caput Romæ galeatum: ex averſo latere A. SPVRI. infra ROMA. Victoria in bigis, d. flagrum.

Si in hoc denario legitur A. SPVRIL. ut nobis indicavit *Amicus*, haud dubie ad Spuriliam gentem ſpectaret. Spurilium laudat *Livius lib.* 4. Tribunum Plebis, his verbis: Plebs Tribunos Plebis abſentes Sex. Tempanium, A. Sellium, & Antiſtium & Spurilium fecit, quos & pro Centurionibus ſibi præfecerant Tempanio autore equites. Sed ad hunc annum $^{331}_{2}$ *Pighius, Ann. tom.* 1. *lib.* 3. inquit, In quibuſdam *Livii* exemplaribus Sp. Icilius perperam Spurilius dicitur, & Antiſtii prænomen L. omiſſum eſt. Addit *Fulvius*, *Appianus*, *lib.* 2. inter Cæſaris interfectores numerat M. quemdam Spurilium; at hæc ſunt *Appiani* verba: καὶ Κοΐντον Λιγάριον, καὶ Μάρκον Σπούριον, καὶ Σερουίλιον Γάλβαν &c. *Q. Ligarium, M. Spurium, Servilium Galbam.* An in hoc denario legendus, A. SPVRI*us* potius, ſed incertus *Fulvius* poſtea adjicit: Quidam A. SPVRI. quod legitur in nummo, interpretantur A. SPVRI*num*, forſan A. SPVRINVS, quod Petiliæ gentis eſt cognomen familiare, cujus plurimi fuerunt in hac Familia, prænomine C. P. & Q. nullus Auli. Sed ut ut ſit, qui nummum argenteum cudit, Victoriam in bigis, frequens denariorum ſymbolum, in Quæſtura percuſſit, non autem Dianam, cum creſcente in capite, ut *Fulvius* & *Patinus* exhibuerunt, ſed prior optime flagrum, poſterior vero male ſcipionem ſeu facem, licet Dianæ magis congruat.

S T A T I A.

STATIÆ gentis Plebeiæ meminere *Livius* & *Dionyſius*. Statium Prænomen à *ſtabilitate* dictum tradit *Feſtus*. *Murcus* cognomen, à *Murcis*, qui ita dicti homines timidi & ignavi, qui ut militiæ periculum effugerent, pollices ſibi amputabant.

I.

Caput Neptuni, pone quod tridens: in poſtica MVRCVS IMP. Trophæum cui manum apponunt, hinc Figura genuflexe, inde altera ſtans togata.

Hic Murci denarius eximiæ raritatis, & paratu ſatis difficilis. Murcus in denario ſcriptus, cognomen eſt L. Statii, ut nobis indicat *Dio, lib.* 47. Καὶ ὁ μὲν δυνηθεὶς τινα χρόνον. ἔπειτα ὑπό τε Μάρκου Κρίσπου καὶ ὑπὸ ΛΟΥΚΙΟΥ ΣΓΑΤΙΟΥ ΜΟΥΡΚΟΥ αὖθις κατειέχθη. Baſſus vero quùm
„ aliquando prævaluiſſet, poſtea à M. Criſpo & L. Statio Murco
„ iterum eſt in obſidione habitus. Hic vero Quæſturam iniit an.
698/9 in bello civili adhæſit Cæſari, ejuſque Legatus fuit, ut ipſe
„ refert *de Bell. Civil.* 3. quùm ſe Libo cum Bibulo conjunxiſſet:
„ loquuntur ambo ex navibus cum M. Acilio & Statio Murco
„ Legatis: quorum alter oppidi Dirrachii muris, alter præſidiis
„ terreſtribus præerat, velle ſe de maximis rebus cum Cæſare
„ loqui.

Poſtquam victor Cæſar rediiſſet ex Ægypto & Africa Magiſtratus auxit, & deſignatus eſt Prætor an. 707/8 Præturamque ex quatuordecim illis qui an. 708/9 inierunt, ſuſcepit. *Velleius* autem illum Prætorium vocat, à Cæſare contra Q. Cæcilium in Syriam, qui Sex. Julium propinquum ſuum, hujus Provinciæ Præfectum, occiderat, cum 3. legionibus miſſus eſt, ex *Appiano*. C. Minucius Criſpus Bithyniæ rector, cum 3. legionibus ipſi à Criſpo fortiter repulſo, auxilio fuit an. 709/10 & Q. Baſſum obſiderunt, ut ex *Dione* ſupra diximus, & ex *Velleio* noſcimus, illos à militibus appellatos Imperatores.

Inte-

Interea Cæſare à Conjuratis occiſo, (nec ille Murcus, inter illius percuſſores ab *Appiano* vocatus, haberi poteſt,) poſtquam Caſſius in Syriam veniſſet an. 710.; obſeſſos in fidem Murci & Criſpi legiones in poteſtatem ex s. c. ſine difficultate receptas, & *Dio* inquit, Secundum hæc Baſſum & Criſpum, reliquoſque, qui ſub ſe „ militare nollent, nulla injuria affectos dimiſit. Statio autem & „ eam dignitatem, cum qua ad ſe venerat, integram reliquit, & Claſſem præterea commiſit contra Dolabellam. Verum poſtquam,„ ait, *Dio*, *lib.* 47. Statius Claſſe collecta, in Laodicenſem por- „ tum navibus invectus, occurrentes ſibi prælio navali ſupera- „ vit: ideo videtur Imperator appellatus, ut ipſe Caſſius eum no- „ minat, *in Ep. ad Ciceronem Fam.* 12. his verbis: Murci & Criſpi Imperatorum dignitatem, quantum eſt in te, &c.

Hoc tempore Murcus hunc denarium percuſſiſſe videtur, & ob maris imperium, ex una parte Neptuni caput, & ob victoriam, quam de Baſſo retulerat, & poſtea obſedit, trophæum, in quo ipſe togatus ad imum ſtans videtur, & ipſam Phœniciam, quæ illi opem ferebat, procumbentem in genua, exhibuit.

Murcus in navali pugna contra Rhodios plurimum adjuvit Caſſium, ex eodem *Dione*: Caſſius, inquit, Rhodios navali pu- „ gna... primo apud Myndum, deinde Statii opera ad ipſam „ Inſulam Rhodum, ſuperavit, magnitudine ac numero navium „ ipſorum peritiam vincens. Dum igitur Caſſius Rhodios, & Brutus Lycios debellarent, jam Norbanus & Saxa in Macedoniam Ionio mari tranſmiſſo feſtinaverant, antequam Statius cum Claſſe adveniſſet. Hic Antonium Brunduſii incluſit, & Triumvirorum exercitus partem in tranſitu macerabat: die, quo pugnatum eſt in campis Philippicis, Domitius Calvinus duas Legiones navibus vehebat ad Triumviros, quarum milites ad Murci ſacramentum tranſierunt.

Poſt Cladem Philippenſem, ex *Appiano* quùm multi ad Murcum & Ænobarbum refugiſſent, ille cum duabus Legionibus, magna pecunia, & navibus octoginta, abivit in Siciliam, ad Sex. Pompeium. Hic libenter Murcum initio recepit, (nimirum ut copias, quibus præerat, ad ſe traduceret) deinde autem ſtrenuum & magnanimum eſſe videns, interfecit: proditionis eum inſimulans.

STATILIA.

STATILIAM gentem fuiſſe novam ſub Auguſto indicat *Velleius*, *lib.* 2. Nomen à Statio deſumptum refert *Sigonius*. Cognomen *Taurus*, ut & alia à pecudibus & armentis narrat *Alex. ab Alexandro.*

I.

C. MEMMIVS. TAVRVS PROCOS. Caput Neptuni, cum tridente: ex averſa T. STATILI. Victoria coronam imponens trophæo, proræ proximo in quo temo & ancora inverſa.

„ De T. Statilio Tauro, & de Agrippa, *Velleius* inquit, Quibus „ novitas familiæ, haud obſtitit, quominus ad multiplices Con- „ ſulatus, triumphoſque & quam plura eniterentur Sacerdotia. Ille Titi filius nudè in *Faſtis* ſcribitur, & nomen avi reticetur. Anno $^{716.}_{7}$ quùm Agrippa Conſulatum gereret cum Caninio Gallo, ingens navali belli apparatus à Cæſare factus eſt; & ſuſpicantur *Plurimi* Taurum Gallo in Conſulatu ſuffectum fuiſſe, an. $^{717.}_{8}$ rei maritimæ Procoſ. cum Agrippa incubuit, centum & triginta navibus, quas Antonius Tarento reliquerat, Præfectus. Itaque, profligato Sex Pompeio, & recuperata Sicilia, C. Memmius Quæſtor T. Tauri, in ſubſidii memoriam; quaſi ipſo navalis illa victoria relata fuiſſet, ex anteriore parte Neptunum ut maris ſupremum & tutelare Numen; ex averſa trophæum in prora, devictæ Claſſis ſymbolum, & temonem & ancoram inverſam belli confecti, inſigne exhibuit.

M. Lepido legionibus ſpoliato, à Cæſare miſſus eſt Taurus in Africam, qui utramque Lepidi Provinciam citra negotium in poteſtatem redegit. Taurus Africam totam, Cæſaris nomine, rexit an. $^{718.}_{9}$ & quaſi eam ſuperaſſet, de illa triumphavit, ut teſtantur *Faſti Triumphales*

T. STATILIVS. T. F. TAVRVS. PROCOS. ANN. DCCXIX. DCCXX *Varr.*
DE. AFRICA. PRIDIE. K. IVL.

At

At Cæſarem contra Dalmatas profectum T. Taurus ſequutus eſt, & quùm prælio, lapide genu ſaucius, per multos dies æger jacuiſſet, convaleſcens, Romam ad Conſulatum rediit, cum Volcatio Tullo Collega Magiſtratum initurus. Statilium Taurum ad reſidua ejus belli dereliquit, menſis initio ingreſſus Conſulatum, ex *Appiano, de Bel. Illyr.*

In bello Civili an. $\frac{722}{3}$ inquit *Dio, lib.* 50. ac præterea quùm M. Titius & Statilius Taurus ſubito adorti equitatum Antonii fudiſſent, „ ſociumque ſibi Philadelphum, Regem Paphlagoniæ, adſciviſ- „ ſent, ille ex *Plutarcho* & *Velleio* Cæſaris exercitui pedeſtri præerat. Hiſpaniam Citeriorem obtinuit an. $\frac{724}{5}$ Aſtures aggreſſus eſt, & de illo narrat idem *Dio lib.* 51. Hos, inquit, Statilius Taurus domuit: „ hoc anno Amphitheatrum lapideum ad venationes ferarum in Campo Martio ſuis ſumptibus abſolvit, inque ejus dedicatione munus gladiatorium exhibuit; ideoque ei à Populo conceſſum eſt, ut quotannis unum Prætorem eligendi poteſtatem haberet. De illo meminit *Suetonius*, *cap.* 9. à Statilio Tauro Amphitheatrum. T. Taurus Conſulatum iterum cum Auguſto VIII. geſſit an. $\frac{727}{8}$ ex *Lapide Veteri.*

T. STATILIO TAVRO II. COS.
K. MAI.

T. Statilius Taurus, reliquit filium, T. Statilium Taurum, etiam Conſularem, ad quem pertinent nummi ſequentes.

II.

CAESAR AVGVSTVS TRIBVNIC POTEST. Caput Auguſti, laureatum: ex averſa parte, T. STATILIVS TAVRVS T. IIIVIR. A. A. A. F. F. circa ambitum, S. C. in area.

Jam ſupra Triumviratum Monetalem eſſe ex minoribus Magiſtratibus primum, quo ad majores aſcendebant Romani, ſiquidem ex Sempronii denariis illum iniiſſe Quæſtorem deſignatum vidimus; Quæſturam autem nemo petebat ante 27. annum; itaque ille Magiſtratus non ante 25. gerebatur, qui annus ad eum requiri videbatur: at quùm Cæſar Auguſti cognomen anno $\frac{725}{6}$ accepit, jam Statilius pater erat Conſularis, hancque noſtram ſententiam confirmat nummus ſequens.

III.

OB CIVIS SERVATOS. Corona civica, ſeu quercea, inter duos lauri ramos. T. STATILIVS T. F. TAVRVS III VIR. AAA. F.F. circa ambitum. S. C. in area.

Iterum prodit T. Statilius Taurus Triumvir Monetalis Senatus, poſt diviſionem monetæ cum Auguſto, eodem nempe anno quo Provinciæ, apud *Dionem*, an. $^{726}_{7}$ in ſeptimo ejus Conſulatu: & hoc tempore T. Statilius pater Conſularis erat, ſed in hoc nummo T. Statilius Taurus Titi filius inſcribitur, quam inſcriptionem pater nunquam protulit; etiamſi Titi filius ille eſſet, quùm novus eſſet Senator ab Auguſto factus, & patris memoriam jactare non poterat, dum Statilius Junior ſe Titi nempe Conſularis filium gloriatur. De corona quercea & lauri ramis, ſæpe diximus quod illa quotannis Auguſto, tanquam Servatori civium perpetuo, & rami lauri ante illius domus fores, tanquam ſemper Victori appendebantur.

IV.

TAVRVS REGVLVS PVLCHER. Duæ dexteræ, caduceum alatum tenentes: in poſtico latere, III VIR. A. A. A. F. F. in area S. C.


Hic nummulus, cum quibus Triumviris Statilius Taurus Triumvir Monetalis ipſe fuit, nobis indicat, nempe cum Livineio, cujus cognomen erat Regulus, & cum Claudio, cujus alterum erat Pulcher: ſed qui fuerint illi, *Hiſtoria* ejus ætatis non profert, quùm nimis mutila ſit. Ignoratur etiam Statilii Tauri aliorum Magiſtratuum tempus, per quos ad Conſulatum, ut moris erat antiqui, pervenit, quùm illos plerumque conſtitueret Auguſtus. Dexteræ junctæ denotant Senatus cum Auguſto concordiam, at quùm ex concordia, pax naſcitur, ideo caduceum pacis ſymbolum tenent.


V.

III VIR. A. A. A F. F Incus: in poſtica parte TAVRVS. REGVLVS. PVLCHER. Cornucopiæ & S. C.

Incus exhibetur ad indicandum Taurum, Regulum, & Pulchrum rei monetariæ Præfectos eſſe: nam illa monetæ cudendæ

inſi-


SOSIA
C·SOSIVS·C·F·
ROMA
SP.VRILIA
ROMA
STATIA
STATILIA
C·MEMMIVS
T·STATILI
S·C
CIVIS
SERVATOS
PVLCHER
III VIR
TAB.CXXXIII


SVILLIA
SVLPICIA
P·GALB·
P·SV.GA.BA
P·SVLP
ROMA
D·P·P·
L·HOSTILIVS
TVLL.
SER·SVLPIC·GABA
P·SVLP
ROMA
GABA
SER.
SVLP.
TAB.CXXXIV.

inſigne eſt. Prius autem tantum flabatur, & in formam illius materia projiciebatur, & tunc incude non opus erat ut martello feriretur: poſtquam autem ſub incude percuſſa eſt, & argentum ſignari cœpit anno 484. & aurum cælatum eſt an. $\frac{546.}{7}$ Triumviri Monetales dicti ſunt A. A. A. F. F. id eſt, Ære, Argento, Auro, Flando, Feriundo.

VI.

TAVRVS REGVLVS PVLCHER. Simpulum & lituus: in averſa parte III. VIR. A. A. A. F. F. in area S. C.

Hæc Sacerdotii inſignia; ſimpulum & lituus ad Pontificatum Maximum Auguſti haud dubie ſpectant; at quùm ille ſummum id Sacerdotium, nonniſi mortuo Lepido, an. $\frac{740.}{1}$ recepit, Statilius Taurus Triumviratum Monetalem non ante iniit, quod ſatis ejus tunc ætati congruit, annos 25. tunc natus videbatur, & *Faſti Conſulares* illum Conſulem cum M. Æmilio Lepido an. $\frac{763.}{4}$ nobis indicant: ad illum autem Magiſtratum ineundum requirebantur anni 43. Hoc anno creati ſunt Prætores XVI. tot enim eum Magiſtratum petierant, quorum offendere nullum Auguſtus in rebus dubiis volebat.

VII.

CAESAR AVGVSTVS TR. POT. Caput Auguſti laureatum: ex averſo latere, T. TAVRO. AP. PVLCRO. L. PISONE CN. F. Bos.

Eidem T. Statilio Tauro tribuendus eſt hic nummus ſecundæ magnitudinis. Ap. Pulcher Collega in Triumviratu Monetali, idem in deductione Coloniæ occurrit. Quantas Auguſtus in Italia & extra Italiam conſtituerit, nemo neſcit, Militares, poſt Sex. Pompeium è Sicilia pulſum, Antonium devictum & mortuum, bellis in Hiſpania, Dalmatia, Germaniaque confectis, & Plebeias in Italiam dimiſſas. Bos Coloniæ civium, in illas deductorum, inſigne eſt, ut ſigna militaria Veteranorum militum eſt ſymbolum: ſed quo anno difficile indicare, etſi epigraphe TR. POT. primam in aliis Imperatoribus indicaret, ſed in illo non ſemper obſervati ſunt numeri.

VIII.

CN. STATI. LIBO. Caput Auguſti : in poſtica, SACERDOS. Patera & urceus.

Statiliæ genti adjecit hunc nummum *Patinus*, qui revocari poſſet ad Statiam ob STATI. epigraphen, quùm in altera STATILI. potius ſcriberetur; ſed in utraque nullum Cn. prænomen reperitur; ejus cognomen LIBO, quod neutri datum eſt, Scriboniis vero familiare : nam ſi Statio vel Statilio concederetur, alterum *Sacerdos* Liciniis tantum peculiare, etiam ei adjiciendum oporteret, quæ tot cognomina videntur rejicienda ; an non potius nomina & cognomina Triumvirorum Monetalium exiſtimanda ? qui poſt Actiacam pugnam, in gratiam Auguſti cuderunt, quùm tunc ærea Romæ non fuiſſet adhuc percuſſa, ut ex nummis obſervamus, ſed paulo poſt in diviſione monetæ inter illum & Senatum plurimi cum ejus imagine & S. C. ſignati ſunt. Patera & urceus ut inſignia Sacerdotii cælata ſunt à Licinio, qui curam cudendæ monetæ habuit, ad originem ſui cognominis indicandam.

S V I L L I A.

SVILLIA gens nova videtur ſub Auguſtis, Conſularis. Nomen ejus à pecoribus deſumptum : nempe à *ſuibus*, quod ſua bona omnia iis conſtarent, ut tradit *Sigonius*, his verbis; & Suil- ,,
lios adjungere poſſimus, ob novitatem remur.

I.

ΤΙΒ. ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΓΕΡ. Caput Claudii laureatum : ex averſo latere: Μ. ΣΥΙΛΛΙΟΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΙΕΡΑΠΟΛΙΤΩΝ. Apollo, muliebri habitu, ſtans, d. demiſſa plectrum, ſ. lyram.

Poſt Auguſtum nulla fere Familiarum nomina in denariis argenteis & in nummis æreis s. c. percuſſis : ſed tantummodo Græci occurrunt, qui niſi minuti, celebreſque admodum Colonias exhibeant, potius ad *Doctorum* pabulum, quam ad *Antiquariorum* oblectationem, in Conſularium ſerie admittendi ſunt. Porro quùm ſint rariſſimi, in Imperatorum ſerie plerumque aſſervantur; at ut plurimi denarii argentei, modo inter Julios & Auguſtos, modo inter Conſulares reponi poſſunt, ſic rei nummariæ ſtudioſi illos pro libito collocabunt.

M. Suillius, cujus nomen nummo inſertum eſt, an ſit idem, cujus meminit *Tacitus*, *Ann.* 4. ubi legendum eſt M. pro P. Suillium,
inquit, Quæſtorem quondam Germanici, quùm Italia arcere- ,,
tur, convictus pecuniam, ob rem judicatam, cepiſſe, amoven- ,,
dum in Inſulam cenſuit, tanta contentione animi, ut & jure- ,,
jurando obſtringeret è Republica id eſſe. Quod aſperè acce- ,,
ptum ad præſens, mox in laudem vertit, regreſſo Suillio : quem ,,
vidit ſequens ætas præpotentem, venalem & Claudii Principis ,,
amicitia diù proſperè, nunquam niſum. Alii duos ideo Suil- ,,
lios memorant, M. vero Conſulatum obtinuit cum C. Antiſtio an.
802. 3 ut innuit *idem Tacitus*, *Ann.* 13. C. Antiſtio, M. Suillio Coſſ. ,,
&c. Proconſul poſtea fuit in Aſia, *eodem* teſte, *Ann.* 13. Reper- ,,
tique, inquit, accuſatores, direptos ſocios quùm Suillius Pro- ,,
vinciam Aſiam regeret ac publicæ pecuniæ peculatum detulere.

Teſtis

Teſtis ejus Proconſulatus eſt hic nummus, cum effigie Claudii Imperatoris ex una parte, & nomen ejus ab Hierapolitis Phrygiæ conventus Aſiæ percuſſum. Antiochus Prætoris urbis eſſe nomen videtur, ut in alio ex Auguſti parte ΦΑΒΙΟΣ ΜΑΞΙΜΟΣ, Proconſul nempe, & in averſa, ΙΕΡΑΠΟΛΙΤΩΝ ΤΟΥΦΩΝ. nam Prætoris nomen Græcum eſt, & minime Romanis familiare. Suillium *Plinius* appellat Rufum, *lib.* 7. *cap.* 5. Apollo in nummo ſui cultum Hierapoli indicat, ut videre eſt in plurimis in *lib. noſtro de Græcis Nummis.*

II.

. ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΗ CΕΒ. Caput Agrippinæ, ſub effigie Liberæ: ex averſa parte, Μ. ΣΥΙΛΛΙΟΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΙΕΡΑΠΟΛΙΤΩΝ. Templum ſex columnarum.

Alter prodit M. Suillii nummus, in gratiam Agrippinæ, Claudii Imperatoris conjugis & neptis cuſus; & quùm Auguſtarum effigies nondum in moneta cudebatur, illius tamen nomen inſcripſit, ſed Agrippinam ſub Liberæ deæ imagine expreſſit. M. autem Suillius non videtur Auguſti ætate poſt quintum annum à Conſulatu quem geſſit an. $^{802.}_{5}$ in Aſiam perrexiſſe: nam Claudius mortuus eſt A. D. III. Id. Octob. $^{706.}_{7}$ niſi ſuſpicemur anno mortis Claudii Aſiam adminiſtraſſe, & ſic Agrippinæ, ut illius omnino benevolentiam ſibi conciliaret, adulabatur, ſed illius conſeneſcebat autoritas, & ipſe acerbe accuſatus eſt apud Neronem, omnemque Suillio Claudii ſævitiam objectabant. Igitur adempta bonorum parte, altera filio & nepti conceſſa, in Inſulas Baleares pulſus eſt. Veſtiliam Sex. Veſtilii Prætorii filiam duxerat uxorem, ex qua reliquit M. Suillium Nerulinum filium, etiam Conſularem, de quo in ſequente nummo. Templum cui Numini dicatum ſit, incertum. Porro ſi noſtra valet conjectura, in Apotheoſim Claudii erectum quis dicere poſſet, quùm nummus Agrippinæ dicatus ſit. Niſi ſit Apollinis Hierapolitarum tutelaris dei fanum.

III.

ΑΝΤ. ΚΑΙΣ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ. ΣΕΒ. Caput Veſpaſiani. ΕΠΙ. Μ. ΣΥΙΛΛΙΟΥ ΝΕΡΟΥΛΙΝΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΖΜΥΡ. Mulier ſtolata ſtans, d. pateram, ſ. cornucopiæ.

Patri

Patri ſuccedit filius, hujus cognomen nobis indicat, *Tacitus*: poſt exilium M. Suillii *Ann.* 13. his verbis: Filium ejus Nerulinum, aggreſſis accuſatoribus per invidiam patris, & crimen repetundarum, interceſſit Princeps, tanquam ſatis expleta ultione. At ſi pater fertur copioſa, & molli vita damnationem toleraviſſe, quantum nummo debemus, qui eum Conſulatum egiſſe ſub Veſpaſiano, & poſtea, ut pater Aſiam adminiſtraſſe nos edocet. Quo autem anno Conſul fuit, fruſtra quærimus, niſi aliqua *Marmorea Inſcriptio* illud nobis demonſtret, nam videtur ſuffectus fuiſſe; & *Hiſtorici* nobis tantum ordinarios conſervarunt, & aliquoties adeo deturparunt ut ſedula ad plurimos, ob eorum prænomina & cognomina, dignoſcendos, inveſtigatione opus ſit. Sed hic admodum interger nummus eum fuiſſe ſignatum à Smyrnæis ſub M. Suillio Nerulino Proconſule, non modo teſtatur; imo & prænomen Marci, quod tulit pater, habuiſſe, & Nerulini cognomen, quod illi tribuit *Tacitus* nobis conſervat.

SVLPICIA.

SULPICIAM gentem antiquiſſimam & nobiliſſimam fuiſſe ex *Hiſtoricis* ſatis conſtat. Ex hac tamen duplex reperitur, ſive, ut quibuſdam placet, triplex, Patriciorum ſcilicet, Plebeiorum, & Equeſtrium. Ejus nomen derivatum putat *Pighius* ab Æneæ comite, qui primus porcam illam ex oraculo quæſitam, ſub ilice in ſilva prægnantem conſpexit, atque inde *Suiſpicius* à priſcis Latinis à *ſue ſpiciendo*, quod eſt intueor, fuit appellatus, cujus deinde poſteri à Romanis paululum mutata voce Sulpicii vocati ſunt. Cognomina varia tulit, ex quibus tantum in nummis nobis ſuperſunt, *Galba*. Miſſis *Suetonii* duabus primis rationibus, videtur præpinguis à Gallis dictus Galba, quod confirmare vult *Lævinus Torrentius*, dum eos, qui obeſi ac minime mali ſunt, *Galbas* adhuc vocari tradit, vel ex Suetonio; è contra Galba dicitur, quod tam exilis quam ſunt animalia quæ in eſculis naſcuntur, appellanturque galbæ. Adde quod Coſſi ſic dicuntur à vermibus. Alii volunt à galbeo avis colore. *Gallus*, ab albo colore lactis Γάλα, ut ſæpius dictum eſt. *Maximus*, à rebus geſtis. *Paterculus*, diminutivum à patre. *Platorinus*, diminutivum etiam à Platonis nomine. *Quirinus*, nomen Romuli eſt, qua ratione incertum. *Rufus*, à colore: Ita ab illis deſcribendis ordine alphabetico inchoabimus.

I.

MAXIMVS. Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA. ex poſtico latere. P. SVLP. GALBA. Caſtor & Pollux equites, aſtris inſignes, cum haſtis decurrunt, in imo canis venaticus.

Ad P. Sulpicium Galbam, cognomine Maximum, pertinere nummum demonſtrat epigraphe. Hic filius fuit Servii Sulpicii Quæſtoris an. 507/8 & ipſe Quæſturam Provincialem iniit an. 536/7 & in ea cognomen retuliſſe videtur, & in denario cum Romæ capite, & ſolito Caſtorum typo expreſſit, illius egregia belli facinora,

nora,

nora, (quod rarum erat eo ſæculo) effecerunt, ut, antequam fuiſſet Ædilis, illum nominarent Conſulem an. 8. ſecundi belli Punici, cum Cn. Fulvio Centumalo an. 542/3: quod notat *Livius*, *lib.* 35. Conſules Claudius, habitis Romæ comitiis, creavit Cn. „ Fulvium Centumalum & P. Sulpicium, Ser. F. Galbam, qui „ nullum ante Curulem Magiſtratum geſſiſſet. Quùm hoc anno „ Annibal ad portas Urbis acceſſit, Conſules circa portas Collinam & Eſquilinam poſuere caſtra, ſed Pœnus religionis terrore, quùm imber bis prælium averteret, Romam deſeruit. Sulpicio decreta Macedonia Provincia, ſi quid novi tentaret Philippus Rex. Oram maritimam prorogato imperio habuit an. 543/4 Philippum Elim oppugnantem fere cepit, an 545/6 Claſſem & oram Græciæ maritimam iterum Procoſ. habuit an. 546/7 & Dictator comitiorum habendorum creatus an. 550/1 ut teſtantur *Faſti Capitolini:*

P. SVLPICIVS. SER. F. N. GALBA. MAXIMVS. DICT.
M. SERVILIVS. C. F. P. N. PVLEX. GEMINVS. MAG. EQ.
COMITIOR. HABENDOR. CAVSSA.

P. Galba iterum Conſulatum cum C. Aurelio Cotta obtinuit an 553/4 Sulpicio Macedonia & bellum cum Philippo Rege obtigit; ſed cum æger Corcyræ detineretur, Legatos in expeditionem miſit. Canis in denario videtur ille quem, ex prora navis proſpectantem, ſcribit *Dio, lib.* 51. & ex majoribus ſuis acceptum pro ſigillo Imp. Galbam adhuc geſtaſſe.

II.

Caput Herculis pelle leonis tectum, pone tres globuli: ex averſa parte P. GALBA. Triremis, ſupra quam Victoria, d. coronam ſ. palmam ſupra humerum, ad latera tres globuli.

C. Claudius Centho, alter P. Galbæ Legatus, ab eo miſſus eſt cum 20. navibus longis, ut Athenienſibus, quorum urbem obſidebat Philippus, ſubſidio eſſet; qui eum ab expugnatione ſubmovit, & Chalcidem inopinato cepit, diripuit & incendit. In cujus memoriam hi quadrantes nummi, ad exercitus uſum, cum Victoria ſupra navim, percuſſi videntur. P. Galbæ prorogatum eſt imperium, in adventum P. Villii Conſulis an. 554/5

III.

Caput Jovis Capitolini barbatum & laureatum : ex averſo latere, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΠΙ ΣΑΤΟΡΝΙΚΟΥ. ΑΡ. ΕΛ. Antiochia turrita palmifera, calcans Orontem.

P. Sulpicius Galba, cognomine Maximus, Publium reliquit majorem filium; cui adjudicamus hunc nummum. Hunc autem nummum P. Sulpicius percuſſit in Quæſtura ſua, quam iniit an. 559/60.

IV.

Caput Herculis pelle leonina amictum; pone quod tres globuli : ex altera P. SVLP. Pone navis, in imo ROMA.


Epigraphe P. SVLP. nummum ad eundem P. Sulpicium Galbam, P. Sulpicii Galbæ Maximi filium, revocat, quem etiam, ad uſum Provinciæ, in Quæſtura, Romæ, antequam ad illam proficiſceretur, ſignavit : ex Quæſtura ille factus eſt Ædilis Curulis, cum Ap. Claudio Pulchro an. 564/5 Quidam *Codices Livii* Servium, pro Publio nominant, ſed ipſi Ædiles frumentarios ob annonam compreſſam damnarunt, & ex pecunia multatitia duodecim aurata, pro ærata, clypea, (ut habent *iidem Codices*) in Capitolio poſuerunt, & ter Ludos Romanos inſtaurarunt. P. Sulpicius Præturam Urbanam geſſit an. 566/7

V.


D. P. P. id eſt, *Dii Penates Patrii.* Capita Penatium jugata, coronis ornata, ex altera C. SVLPICI. C. F. Q. id eſt, *Quæſtor*. Penanates ſtant, d. pila, ſ. haſtas; inter eos procumbit ſus, cum porcellis.

Extincta P. Sulpicii Galbæ Maximi ſtirpe, ad Caii fratris ejus familiam tranſimus. Hic Caius, qui denarium cudit, filius fuit patruelis Publii ſuperioris C. Sulpicii Galbæ, Pontificis facti, apud *Livium*, an. 551/2 & mortui deinde 554/5 Scimus eruditos viros, *Pighium* & *Fulvium*, hunc denarium ad C. Sulpicium, Gallum revocare, quod ille nominetur Caius Caii F. ſed ubi nomen Galli, qui id indicet? ſed ſibi non conſtant, nam *Pighius* illum tribuit Caio J. C. Galli filio

SVLPICIA



TAB. CXXXV.


SVLPICIA
TARIA
TARQVITIA
TERENTIA
TAB. CXXXVI.

ſilio Quæſtori an. 499/50. *Fulvius* autem nepoti & Conſuli an. 587/8. de hoc tamen dubitat, dum ait; Mihi magis placeret, ſi denarius hujuſmodi ad C. Sulpicium Platorinum referretur; quæ ſententia minus quam prior arridet.

Caius igitur Sulpicius Galba, Caii filius, Quæſtor Provincialis an. 574/5. hunc denarium cudit, ad indicandam nominis ſui originem. Supra, in exordio, diximus, porcam è navi cujuſdam comitis Æneæ egreſſam, & à primo gentis autore in ſilva ſub ilice prægnantem conſpectam, nomen traxiſſe, qui inde Suiſpicius à *ſue ſpiciendo*: nam eadem vocum eſt compoſitio, *ſuſpicium*, ac *haruſpicium*, vel *extiſpicium*, à veteri Latina voce *ſpicio*, pro intueor; Suſpicii deinde poſteri à Romanis, paululum mutata voce, Sulpicii appellati ſunt.

Sus illa gravida è navi egreſſa, & in ſilva conſpecta, oraculo ſatisfacere viſa eſt, quo Æneas juſſus erat ſedem figere, ubi comederent, & quadrupes feſſa procumberet; nam exitu navium in Italiam appulſus, cum ſociis in terra prandentes, Sulpicius ſuem intuitus eſt; ubi urbem condidit Æneas, nomine Albam, à colore porcæ, quæ alba erat. At quùm illius pomœrium deduxiſſet Æneas, Diis Penatibus, quos ſecum attulerat, ſacra fecit. Ideo in denario ſignati ſunt: pila præ manibus habent, ut refert *Dionyſius*, *lib.* 1. *cap.* 1. ſed ipſis haſtæ adduntur, ad tuendum populum. Et de ſue ita *Varro*, *lib.* 2. *cap.* 4. *de Re Ruſt.* Hujus ſuis ac porcorum etiamnum veſtigia apparent: Jam ne ſimulacra eorum ænea etiam nunc in publico poſita, & corpus matris à Sacerdotibus, quod in ſalſura fuerit, demonſtratur?

Ex Quæſtura C. Sulpicius, Ædilis Curulis factus eſt an. 579/80 cum L. Furio Philo, cum quo fuerat Quæſtor, & Pontifex creatus eſt ante Præturam, apud *Livium*, *lib.* 41. in locum M. Sempronii Tuditani, ex peſte demortui. Præturam Urbanam geſſit an. 582/3. & tres Legatos nominavit, ad revocandum Caſſium Longinum Conſulem. Plurima alia fecit, *lib.* 42. 43.

VI.

L. HOSTIL. MANCIN. TVLL. Tulli Hoſtilii Regis caput, diademate ornatum: in poſtica, SER. SVLPIC. GALBA. Navis Prætoria, cum remis.

Patrem Caium ſequitur filius Servius Sulpicius Galba, qui Quæſtor L. Mancini Prætoris, de quo diximus in gente Hoſtilia, an. 605./6 ex antica parte caput Tulli Hoſtilii Regis, ad originem Mancini indicandam, expreſſit; ille enim ſtirpis antiquitatem ad eum extendere volebat: in averſa vero navem Prætoriam ſignavit, ad deſignandam Hoſtilii Præturam, pro Claſſe, cujus ille erat Quæſtor. Sed cum Conſule Piſone in Africam profectus Hoſtilius, ad Carthaginem nihil memorabile geſſit, ex *Appiano in Lybica.* Proquæſtore fuit Ser. Galba M. Serrani Prætoris ad Claſſem an. 506./7 Dum nobis deſunt *Livii Codices* de aliis Ser. Galbæ Magiſtratibus, nihil reperitur.

VII. VIII.

SER. SVLP. Caput Honoris laureatum: ex averſa parte, GALBA. & in poſteriore deeſt. Malus pro trophæo, proræ navis affixus; in cujus vertice velum exiguum, ſine vinculis volitans: antenna tranſverſa malo, ex qua pendet à dextris temo, à ſiniſtris ancora, in imo hinc & inde acroſtolium, ut & captivi ſtantes, alter in toga curta, alter nudus, ambo manibus poſt terga revinctis: NOTA. *De Victoria palmifera ſupra navim, nulla hic mentio: quippe eſt alterius denarii, in cujus adverſa caput Jovis.*

Alter prodit Servius Sulpicius, ſed diverſus à ſuperiore licet ex eadem Galbæ Familia: nam P. Sulpicius Galba Maximus, Servii filius & Publii nepos, duos habuit fratres, Caium nempe, ex quo progeniti ſunt, Caius pater, & Servius filius, quorum denarios ſupra interpretati ſumus; & alterum, prænomine Servium, à quo hic, de quo agimus, originem trahit; fuitque filius Ser. Galbæ, ætate ſua Rom. omnium eloquentiſſimi, qui, quùm contra Luſitanos male pugnaſſet, oratione diſertiſſima rogationem contra ſe antiquavit, & ad Conſulatum poſtea pervenit, cum L. Aurelio Cotta an. 609./10

Ser. Sulpicius Ser. F. Ser. N. Galba Quæſtor fuit Q. Metelli Conſulis, qui bellum contra Baleares ſuſcepit an 630./1 prorogatumque eſt imperium Metello an. 631./2 & Quæſtura, Galbæ. Quumque, devictis omnibus in utraque Inſula Piratis, Metellus ad Triumphum venit & Quæſtor ejus hos denarios in

rei

rei memoriam percuſſit : non ſumptuoſum quidem trophæum, ex vilibus populis. Alter in tunica curta videtur Inſulæ qui præerat, alter nudus archipirata. Inſulæ Baleares duæ erant, hodie Majorca & Minorca, in quas Metellus Colonias Romanas deduxit.

Poſt Quæſturam Ser. Galba Ædilitatem Curulem adeptus eſt, cum L. Cornelio Merula an 637/8. Præturam Urbanam an. 641/2. Provincialem vero an. 642/3. ſortituſque Hiſpaniam Ulteriorem, & L. Piſoni in Provincia occiſo ſucceſſiſſe refert *Appianus, in Iberic.* Tandem Conſulatum geſſit cum M. Aurelio Scauro an. 645/6. Sulpicius Italiam obtinuit.

Caput Honoris qua de re ſit expreſſum in denario, niſi ob cultum erga hunc deum, Metelli aut Galbæ ſingularem; de ipſo alibi dictum eſt.

IX.

Caput Romæ galeatum : ex altera P. GALB. in imo ROMA. Senator in bigis decurrentibus, d. habenas, Victoria per aerem volitans illi coronam porrigit.

Publius hic Galba perhibetur filius Servii Galbæ, de quo in denario anteriore. Avum habuit Servium Galbam Oratorem, ambos Conſulares. Is Tribunus militum fuit in bello Mithridatico, ut teſtatur *Appianus, lib. de Bell. Mithrid.* & poſtea in bello Civili Syllano, ut *Plutarchus* refert. Quæſturam ſuſcepit an. 673/4. & in gratiam Syllæ, quùm ejus Lege dicta Cornelia, unus ex viginti Quæſtoribus creatus fuerat, beneficii memor, Syllam ipſum in bigis expreſſit, cui, ob tot victorias ab eo relatas, Victoria ipſa ei coronam porrigit.

X.

Caput Veſtalis velatum EX S. C. in poſtico latere P. GALB. AE. CVR. Culter, ſimpulum & ſeceſpita.

Ad eundem P. Sulpicium Galbam eadem quæ ſuperior epigraphe P. GALB. pertinere denotat. Is Ædilitatem Curulem adeptus eſt an. 677/8. illum Magiſtratum geſſiſſe indicat denarius; ſed adhuc Pontificatum hoc anno illum ex Senatuſconſulto obtinuiſſe Pontificalia

ficalia inſtrumenta nos edocent. Culter, ſimpulum, & ſeceſpita, præcipua erant illius Sacerdotii, ut Auguratus lituus, inſignia. Caput Veſtalis, in anteriore parte exhibetur, quia Veſtalis à Pontificibus inlocum demortuæ eligebatur.

Ex Ædilitate Præturam accepiſſe videtur, circa an. 681/2 nam in Conſulatu cum Cicerone competitor fuit an. 689/90 quo deſignatus eſt, & ille repulſam paſſus, referente *Aſconio*, *in Orat. in toga.* inter duos Patricios, P. Sulpicium Galbam & L. Sergium Catilinam, quatuorque Plebeios recenſetur. P. Galba ob id infeſtus Julio Cæſari, cujus Legatus in Gallia fuerat, conſpiravit cum Caſſio & Bruto, propter quod Pedia Lege damnatus eſt, ut tradit *Suetonius*, *lib.* 7. *cap.* 3. Eum inter Cæſaris percuſſores etiam nominat *Appianus*, quem male Σεϱυίλλιον pro Σεϱούιον Γάλβαν appellat, *lib.* 2. *de Bell. Civ.*

XI.

AVGVSTVS DIVI. F. Caput Auguſti nudum : in averſa parte, C. SVLPICIO. L. CELSO. D. LÆLIO BALBO II VIR. Bos.

C. Sulpicius, inter Triumviros Coloniæ deducendæ in hoc nummo deſcriptus, quin ad patrem Ser. Galbæ Imp. ille ſpectet non ſinit dubitare, non modo Caii prænomen, quo ille gaudebat, ſed & Collega D. Lælius Balbus, qui Conſul anno 747/8 renunciatur, unde circa etiam hæc tempora C. Sulpicium Conſulatum geſſiſſe, ſed ſuffectum remur : nam *Suetonius in Galba*, „ *num.* 3. Pater Conſulatu functus, quam brevi corpore, at„ que etiam gibber, modicæque in dicendo facultatis, cauſas induſtriæ actitavit. Duas habuit uxores, Achaicam & Liviam Balbinam, ex priore C. & Ser. liberos habuit.

XII.

HISPANIA. Caput Hiſpaniæ, pone eam duo ſpicula, ſub capite clypeus parvus : ex averſa parte, SER. GALBA. IMP. Eques.

Superioris C. Galbæ, cujus denarium explicuimus, hic filius fuit, & primus qui, extincta Cæſarum familia, Imperator proclamatus eſt. At ut ille plurimos denarios, cum imagine ſua & in

in averſa parte Hiſpaniæ ſtantis effigiem expreſſit, in memoriam quod in illa Imperium primo ab exercitu delatum ipſi fuerat, ſic Hiſpaniæ caput in his exhibuit, & ſe in equo, Romam properantem ex averſa expreſſit, qualis depingitur in denariis ejus imaginem præferentibus, cum epigraphe IMP. & in his SER. GALBA IMP. At ut caput muliebre pro Imperatoris vultu in his denariis cælatum, ideo potius inter Conſulares, quam inter Imperiales reponuntur. Duo ſpicula & clypeus ſeu cetra, ex *Livio*, Hiſpaniæ tribuuntur, tanquam inſignia, quod illis pro armis Hiſpani uterentur.

XIII.

GALLIA. Caput Galliæ, pone quod duo ſpicula, in imo clypeus parvus, & ante duæ ſpicæ, in altero latere SER. GALBA. IMP. Galba in equo currente.

Quùm Gallia ſub Julio Vindice tumultuari contra Neronem cœpiſſet, & Hiſpania ſalutaſſet Ser. Galbam ei præpoſitum, mox illa illum pro Imperatore agnovit, præſertim Vindice defuncto. Ideo ille in denariis ſuis utramque Provinciam, dextras ſibi jungentes percuſſit, cum lemmate, HISPANIA. GALLIA. Nuntiis tandem de Neronis morte, pervenientibus ab Urbe, cunctoſque in verba ſua juraſſe cognovit, depoſitâ Legati, ſuſcepit Cæſaris appellationem. Itaque ingreſſus eſt paludatus, ut hîc repræſentatur, & in denariis modo imaginem ſuam, modo Galliam, uti ſupra fecerat Hiſpaniam, expreſſit. Galliæ duo tela tribuuntur, quæ Geſa *Livio* dicuntur, & clypeolus, quibus armis Galli utuntur; ſed ante eam duæ ſunt ariſtæ, ad fertilitatem agrorum ſuorum indicandam.

XIV.

VIRTVS. Caput Virtutis galeatum: in poſtico latere SER. GALBA. IMP. Galba in equo decurrente, dextra extenſa.

Jam in ſuis nummis, tertiæ magnitudinis, æreis Imperator Galba Honorem & & Virtutem expreſſerat, ut denotaret ſe ad Imperatoriæ dignitatis honorem per virtutem perveniſſe: nam eorum templa ita erant conſtructa, ut per Virtutis templum ingreſſus eſſet ad ædem Honoris, quo oſtendebatur non patere aditum ad verum

 hono-

honorem conſequendum, niſi per virtutem ipſam: Unde Virtus depingitur cum galea in capite, d. parazonium, ſ. haſtam gerens; tanquam belli præmium ſit honos. Unde Equites Romani, Idibus Quintilibus, ab æde Honoris, equis inſidentes, in Capitolium tranſibant. Sic Galba imperio tanquam virtute parto, Eques Romam properat, à Senatu vocatus: in cujus memoriam hunc denarium percuſſit. Lege Galbæ vitam in *Suetonio*.

XV.

Caput Victoriæ pectore tenus, cum alis in dorſo: ex averſa parte C. SVLPICI. C. F. C. N. Conſul in quadrigis triumphalibus, d. lauri ramum, ſ. habenas equorum.

Non Hiſtorico hic ordine ſed Alphabetico Sulpiciorum Familias tractamus; ideo Galbis Gallos ſubjungimus. Itaque Caius iſte, de quo agimus, Caii filius, ut qui C. patrem habuit Prætorem an. 543/4. Caii nepos, & C. avum Conſulem, an. 510/1. Is vero antiqua proſapia, ut & ſcientiarum præſtantia nobiliſſimus, Tribunus militum in exercitu P. Æmilii, Lunæ defectum prædixit, & ſic non parum momenti ad inſequentis diei victoriam inſignem, attulit. *Plutarchus, in vita L. Pauli.* Quæſturam Provincialem iniit an. 576/7. Ædilitatem Curulem an. 581/2. Conſualibus Ludis initium fabularum dandarum autorem fuiſſe refert *Suetonius, in vita P. Terentii Poetæ*, quem ab illo adjutum in Comœdiis ſcribendis dicit. Præturam Urbanam geſſit an. 584/5. quo Ludos Apollinares de more edente, *Ennius* Thyeſten fabulam docuit, & mortuus eſt. Tandem Conſulatum geſſit cum M. Claudio Marcello an. 587/8. Sulpicio Ligures obtigere, quos ſubegit, ut *Livius* narrat in *Epitome*, & *Julius Obſequens*: ſed *Columnæ Triumphales*, id omnino confirmant, dum illius triumphum proferunt.

C. SVLPICIVS. C. F. C. N. GALLVS. COS. ANN. DXXCVII. / DXXCVIII *Varr.*
DE LIGVRIBVS. TAR.... ... ...RNEIS. X. K. MART.

In cujus triumphi memoriam C. Sulpicius denarios cudit, in antica cujus parte, caput Victoriæ pectore tenus, cum alis, quùm bellum contra Ligures breve, & victoria ideo celerrima fuerit: in averſa ipſe in quadrigis, lento paſſu, Triumphantium more

more gradientibus vehitur, lauri ramum ob victoriam gerens. Ligurum autem rebellio ſubita fuerat, ſic & ipſi mox devicti.

XVI.

Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA: ex averſo latere. C. SVLP. PATERCVL. Q. Jupiter in quadrigis triumphalibus, d. fulmen, ſ. habenas equorum.

A Sulpiciis Gallis ad Paterculos, ut ſuperiore ordine, etiamſi Familia hujus antiquior ſit, tranſimus. Is, in *Faſtis*, Q. Filius, Q. nepos indigitatur, unde poſt litteram Q. alteram F. detritam fuiſſe conjicimus, ut potius Quinti filius dicatur, quam Quæſtor, quùm denarius illius triumphum exhibeat. Is Quæſturam Provincialem iniit an. 486/7. Ædilitatem Curulem an. 490/1. & denique Conſulatum cum A. Atilio Calatino an. 495/6. Sicilia priori, Claſſis Sulpicio obvenere. *Polybius*, qui eos nominat Conſules, *lib.* 1. nihil memorabile in Sicilia neque Romanos neque Pœnos egiſſe profert; ſed *Zonaras* Sulpicium Claſſe Sardiniam infeſtaſſe, & ad Libyam uſque penetraſſe: illi obviam miſſum à Pœnis Annibalem quendam; verum tempeſtatem in cauſa fuiſſe quo minus ventum fuerit ad manus. Paucis abinde diebus Annibalem, aſtu per transfugas in mare pellectum, denuo, & ex improviſo oppugnatum, à Sulpicio multas naves perdidiſſe, reliquas, cum quibus in Sardiniæ littus profugerat, vacuas à perſequentibus fuiſſe captas. Annibalem vero, quùm Portum non ſatis tutum cepiſſet, navibus relictis, terreſtri itinere cum ſuis Sulcos ſe contuliſſe, & orta ibidem ſeditione Pœnorum, quùm ſolus ad eos ſedandos prodiret, occiſum fuiſſe. Sulpicius redux hac de re triumphum obtinuit, ut teſtantur *Columnæ Triumphales*:

C. SVLPICIVS. Q. F. Q. N. PATERCVLVS. AN. CDXCV./CDXCVI. *Varr.*
COS. DE. POENIS. ET. SARDEIS. III. NON. OCT.

Ut milites, qui eum in triumpho comitarentur, remuneraret Sulpicius, denarios ſignavit, ſolita Romæ imagine inſignes, ſed in averſa Jupiter, d. fulmen, quadrigas triumphales agit, ut ipſius ope & auxilio victoriam retuliſſe demonſtraret Conſul.

XVII.

CAESAR AVGVSTVS. Caput Auguſti nudum: ex altera parte, C. SVLPICIVS PLATORIN. IIIVIR. Duo viri togati in roſtris proræ navibus ornatis ſedentes.

Quis fuerit hic C. Sulpicius Platorinus, nullus *Hiſtoriæ Scriptor*, quod ſciamus, retulit: at quùm Sulpicius P. Galbæ, unius ex percuſſoribus Dictatoris, filius, prænomine Caius appelletur, ad hunc revocare denarium liceat, qui Platorini cognomen, ipſi datum ad amovendum Galbæ ut tunc odioſum, aſſumpſerit: hic autem duos habuit filios C. & Serv. prior Conſulatum geſſit ex *Suetonio*, *lib.* 7. alter fuit Imperator Romanus: ſed ut Caio iſti C. filio Sulpicio denarium non tribuamus, prohibet typus qui nobis Auguſtum & M. Agrippam exhibet Conſules factos anno $^{726}_{7}$ alterum VII. alterum autem III. nempe eo anno, quo Cæſar Auguſti nomen recepit, quo tempore ætatem non eſſet adeptus ad Triumviratum Monetalem gerendum: ſed hic eſt illius pater Caius, qui Triumvir Monetalis factus eo anno Auguſtum & Agrippam ſedentes pro roſtris, ut videtur, Juliis, palatio proximis, de quibus *Dio*, *lib.* 56.

XIX.

CAESAR AVGVSTVS. Caput Auguſti nudum: in poſtica M. AGRIPPA. PLATORINVS III. VIR. Caput M. Agrippæ nudum.

Niſi præiſſet ſuperior denarius, ad quam Familiam Platorini cognomen ſpectaret ignoraremus, nam *Occonis Ampliator Mediobarba*, ad hunc explicuit, *fol.* 29. *Caput M. Agrippæ Platorini.* Sed capita ſunt Auguſti, ex anteriore, & M. Agrippæ, ejus generi, in poſtica à C. Sulpicio Platorino, Triumviro Monetali Auguſti, in eorum gratiam, quod ſimul an. $^{726}_{7}$ Conſulatum accepiſſent, percuſſa. Hi denarii poſt decimum, & patris ejus P. Galbæ nummos, collocari debent, quùm ad eundem pertineant; ſed cognomina ordine Alphabetico ſequuti ſumus; porro qui eo loco eos ordinabit, rectè fecerit.

XIX.

QVIRINVS IIIVIR. Caput Veneris corona myrtea ornatum: in averſa parte, P. SVLPICIVS P. F. Lupa Romulo & Remo ubera præbens, ad radices ſeptem montium.

P. Sulpicius P. F. Quirinus qui, Triumvir Monetalis, hunc denarium percuſſit, ex antiqua illa Patriciorum Familia originem non habere exiſtimavit *Tacitus*, his verbis: Nihil ad veterem & Sulpiciam Patriciorum Familiam Quirinus pertinuit, ortus apud „ municipium Lanuvinum, forſan quod eſſet ex Plebeia gente, „ ſed cognomen Quirini, quod à Romulo, tanquam ſub eo Romæ manſerit ſuæ gentis autor, unde Romuli & Remi, ubera Lupæ lactantium effigies, ad radices ſeptem montium, in averſa parte expreſſit, & ut Sulpicium, quem diximus primò Suiſpicium dictum, Æneæ comitem fuiſſe denotaret, Veneris Æneæ matris in antica ſignavit, ut Memmia gens, quæ ſe à Mneſtheo, etiam Æneæ comite, ut in ea diximus, Quirini caput exhibuit.

Triumviri Monetalis minorem Magiſtratum geſſit, ut fert epigraphe, antequam C. Cæſar eorum numerum ad quatuorviros ampliaſſet, ut ſparſim diximus, an. $\frac{707}{8}$ poſtea Tribunatum Plebis adeptus eſt an. $\frac{709}{10}$ quo Cæſar occiſus eſt, & tandem, ſi vera eſt *Onuphrii* conjectura Conſul ſuffectus in locum M. Cocceii Nervæ an. $\frac{717}{8}$ ut ex *Tacito* colligere exiſtimat, *lib.* 3. P. Quirinus filium reliquit P. Quirinum Conſulem an. $\frac{741}{2}$. & poſt, expugnatis in Cilicia Homonadenſibus, inſignia triumphi adeptum eſſe, teſte eodem *Tacito*.

XX.

EX S. C. Caput Libertatis, velatum: ex altera parte, SER. SVLPICIVS RVFVS IIIVIR. in imo M. BIBVL. IMP. Sella Curulis, ſupra quam urceus, inter ſimpulum & pateram.

Alter, è Plebeia Sulpiciorum gente, Ser. Sulpicius Rufus, & etiam Triumvir Monetalis prodit, qui denarium, ex Senatuſconſulto, in M. Calpurnii Bibuli honorem, dum Imperatoris titulum Prætor meruit, ob Marcellos patrem & filium, novos motus ex Catilinaria conjuratione ſuſcitatos, compreſſit; ut in

Calpurnia gente diximus, num. 27. Ideo caput Libertatis, tanquam ab eo vindicatæ, in antica parte expreſſit; & Sellam Curulem, ut Prætoris inſigne, cum inſtrumentis Pontificalibus, Bibuli Sacerdotii ſymbolis, in averſa exhibuit.

Antiqua valde hæc Sulpiciorum Ruforum Familia apud *Livium* reperitur; ſiquidem Servius Rufus recenſetur inter Tribunos militum, Conſulari poteſtate, an. $^{366.}_{7}$ & alter Ser. Sulpicius an. $^{382.}_{3}$ qui Tuſculum obſidione exemit, ut infra dicemus: hic vero videtur fuiſſe P. Servii Sulpicii, inſignis illius Juriſconſulti, filius major, quem *Cæſar Comm. lib.* 4. nominat Legatum ſuum, his verbis: P. Sulpicium Rufum Legatum, cum eo præſidio, quod ſatis eſſe arbitrabatur, portum tenere juſſit.

XXI.

L. SERVIVS RVFVS. Caput L. Servii, Juriſconſulti: ex averſa, Caſtor & Pollux galeati ſtantes & nudi, alter d. haſtam, alter læva gerit.

Ut non licebat effigiem, niſi demortui, in denariis exhibere, P. hoc Servii Sulpicii Rufi, Juriſconſulti inſignis, caput eſt, à L. Servio ejus filio, de quo loquitur *Cicero, ad patrem lib.* 4. *ep.* 3. percuſſum in memoriam patris, quùm illi ſtatua decreta ſit Senatuſconſulto, quando is mortuus eſſet, bello Mutinenſi, in legatione de pace an. $^{710.}_{1}$ Filius igitur, ut tanti patris memoriam ad poſteros commendaret, in denariis ejus effigiem conſignavit.

Illud in hujus denarii inſcriptione maxime dignum eſſe obſervatione ait *Fulvius*, ut notetur Sulpiciam Ruforum Familiam duobus ſimul prænominibus uſam fuiſſe, cujus quidem rei ignoratio, cauſa fuit, cur *quidam docti viri Cornelii Nepotis locum* depravarint, quem ita reſtituit: Namque Anicia Pomponii conſobrina nupſerat M. Servio fratri Sulpicii, &c.

In averſa parte Caſtor & Pollux, ad deſignandam fratrum concordiam, percuſſi ſunt: nam L. qui denarium cudit, fratrem habebat natu majorem Publium, Cæſaris in Gallia Legatum; uti diximus in ſuperiore denario, ad eum ſpectante. Pollux quod immortalitatem Caſtori fratri communicare voluerit, ambo ab antiquis pro fratrum concordium exemplo habiti ſunt.

XXII.

XXII.

L. SERVIVS RVFVS. Caput idem P. Rufi Juriſconſulti: in poſtica, IMP. CAES. TRAIAN. AVG. AVG. GER. VAC. REST. Caſtor & Pollux, ut ſupra, nudi ſtantes, cum galea in capite, alter d. haſtam, alter dextra gerens.

De P. Servio Sulpicio Rufo hæc inquit *Cicero, Philip. 9.* Tua nobilitas, Ser. Sulpici, hominibus litteratis; & omnes, qui ex omni „ ætate in hac civitate intelligentiam juris habuerunt, ſi unum in „ locum conferantur cum Ser. Sulpicio non ſunt comparandi. „ Neque enim ille magis Juriſconſultus quam juſticiæ fuit, nil mirum igitur ſi Trajanus Imperator illius memoriam; nobis ipſius effigiem in denariis reſtituendo, revocare voluerit, ut & fratrum ejus filiorum concordiam per Caſtoris & Pollucis fratrum exemplum.

P. Servius Rufus Juriſconſultus L. Lucilium Balbum, & C. Aquinium audivit, per Quæſturam & Tribunatum Plebis ad Præturam Urbanam acceſſit, in qua Quæſtionem Peculatus exercuit, Conſulatum geſſit cum M. Marcello an. 702; Hi vero Conſules, bellis civilibus, relicto Senatu & Optimatibus, Cæſarianæ parti adhæſerunt. Ideo Dictator, quùm ad bellum Africanum proficiſceretur, Servium Græciæ præfecit, & quùm ad M. Antonium ipſe bello Mutinenſi ex S. C. Legatus de pace cum L. Piſone & L. Philippo miſſus eſſet, in legatione mortem obiit.

XXIII.

L. SERVIVS RVFVS. Capita jugata Caſtoris & Pollucis pileis ornata, cum aſtris: in averſa parte, TVSCVL. Supra Tuſculi urbis proſpectum.

L. Servius Rufus, ut nobilitatis ſuæ originem demonſtraret, antiquum Familiæ Ser. Sulpicii monumentum, nempe Tuſculi urbis proſpectum expreſſit; qui hanc urbem, à Veliternis obſeſſam, cum aliis Tribunis militum Conſulari poteſtate, liberaſſe dicitur, apud *Livium, lib. 6.* an. 382; ſed an fuerit ille Prætextatus cognomine, an Rufus? Nam illud *Romanus Scriptor* non explicat. Veliterni, inquit, coloni geſtientes otio, quod nullus exercitus Romanus eſſet, & agrum Romanum aliquoties incurſavere, & Tuſculum oppugnare adorti ſunt. Eaque Tuſculanis veteribus ſo- „ „ ciis,

„ ciis, novis civibus opem orantibus verecundia maxime, non Patres
„ modo, ſed etiam Plebem movit. Remittentibus Tribunis Ple-
„ bis, comitia per interregem ſunt habita. Creati Tribuni militum,
„ L. Furius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, Ser. Cornelius, A. & C.
„ Valerii, haud quaquam tam obedientem in delectu, quam in
„ Comitiis Plebem habuere : ingentique contentione exercitu
„ ſcripto profecti, non ab Tuſculo modo ſubmovere hoſtem,
„ ſed intra ſuamet mœnia compulere.

Capita Caſtoris & Pollucis ſociata, ad indicandam ſuam cum fratre Publio concordiam Lucius expreſſit, ut in ſuperiore denario eos ſtantes in averſa parte exhibuit.

TARIA.

TARIA gens nova ſub Auguſto, Conſularis, cujus nomen à voce Græca Τάρας deſumptum videtur ex Nummorum autoritate: cognomen Rufus, à capillorum colore.

I.

L. TARI. RVFVS. Caput juvenile Tarantis laureatum & capillis cincinnatis ornatum: in averſa parte, M. MESSALLA. M. F. BARBAT. Taras nudus inequitans delphinum, ſub quo tridens per tranſverſum.

L. Tarius Rufus, qui denarium hunc percuſſit, cum M. Valerio Meſſala Barbato, de quo in gente Valeria, ille videtur eſſe, quem ſcribit *Plinius*, *lib.* 18. *cap.* 6. infima natalium humilitate, militari induſtria, Conſulatum ſub divo Auguſto meruiſſe, ut mox dicturi ſumus. Is in Quæſtura Urbana cum Valerio Meſſala ſignavit denarium, in quo, ut originem nominis denotaret, nempe Tarii à voce Græca Τάρας, unius ex poſteris Tarantis, quæ Tarentum urbem ſignificat, ut nobis indicat *Dionyſius*, *de ſitu orbis*.

Τάρας δ' ἄλλος ἐγγύθι κεῖται.

Tarantis ejus conditoris caput ex una parte, & ut erat Neptuni filius, ipſum delphino inſidentem expreſſit, in altera cum tridente, in imo, patris, imperii maris dei inſigni, cujuſmodi depingitur variis modis, in frequentibus Tarentinorum, apud *Goltzium*, *in Magnæ Græciæ nummis*.

Tarius, poſt Magiſtratus ordinarios, ad Conſulatum evectus eſt in locum P. Cornelio Scipioni ſuffectus an. 737. ut *Fragmentum Collotianum* nos edocet, & Valerius Meſſala, illius in

Quæſtura Collega, eum adeptus eſt quatuor annis ſerius, nempe $^{741.}_{2}$ ut in *Dione* legimus. De Tario ſcribit *Seneca*, *lib.* 1. *de Clementia cap.* 15. filium deprehenſum in parricidio, cauſa cognita, quùm etiam Auguſtum advocaſſet, Maſſiliam relegaſſe, & annua illi præſtitiſſe, quanta præſtare integro ſolebat.

TARQVITIA.

TARQVITIAM gentem Patriciam, & Plebeiam reperimus. Patricii quidem cognomine Flacci, inter quos L. Tarquitius Flaccus, in *Tabulis Capitolinis* recenſetur Magiſter Equitum an. $^{295}_{6}$ Plebeii cognomine Laurentini, inter quos M. Tarquitius Tribunus Plebis an. $^{268}_{9}$ Nomen prius Tarquinius illi erat. *Dionyſius, lib.* 5. inquit, Fuiſſe prius videntur ex egena Plebe Inquilina, ſed cives facti Tarquiniorum nomen, quod cum Regibus exulabat, depoſuiſſe, Tarquitii inde appellati.

I. II.

C. ANNI. T. F. T. N. PRO. COS. EX. S. C. Caput Junonis Monetæ cum monili & inauri: ex averſa parte, C. TARQVITI. P. F. Mulier in bigis, cum flagro: in area Q. id eſt, *Quæſtor*, in vertice XXXI.

C. Tarquitius qui denarium cudit, Publii F. perhibetur, utpote qui habuerit patrem P. Tarquitium Tribunum Plebis, an. $^{642}_{3}$ qui Leges tulit cum M. Livio Druſo, cujus erat cliens & aſſecla, ut refert *Julius Obſequens*. Hic Præturam Urbanam iniit an. $^{666}_{7}$ Filius vero Caius Quæſtor fuit C. Annii Proconſulis an. $^{672}_{3}$ à Sylla Dictatore contra Sertorium in Hiſpaniam miſſi; at quia Sertorius Romæ proſcriptus erat, Annius dicitur ex S. C. Hiſpaniam obtinuiſſe. Tarquitii in Hiſpaniis, ſub Annio agentis, mentio occurrit ex *Salluſtii Hiſtoriarum Fragmento*, quod eſt apud *Servium Grammaticum in lib.* 1. *Æneid.* in quo ſcriptum eſt. Igitur diſcu- „
buere, Sertorius inferior in medio, ſuper eum L. Fabius Hiſpa- „
nenſis, Senator ex proſcriptis, in ſummo Antonius, & infra Scri- „
ba Sertorii Verſius: alter Scriba Mæcenas in imo, medius inter „
Tarquitium & Domnium Perpennam. Ipſa Tarquitii Familia videtur originem trahere à M. Tarquitio, Tribuno Plebis ſupra laudato an. $^{268}_{9}$ Caput Monetæ, in antica parte, à C. Tarquitio Quæſtore percuſſum videtur, ob aliquam in monetæ cudendæ rationem,

quam indicânt litteræ numerales XXXI. forſan ob pondus; nam ipſa videtur bigas agere, & ut in denario quem vidimus, flagrum, & non palmæ ramum, ut *Patinus* protulit: in bigis autem pro libito, aut ad rem, qui denarios ſignabant, exhibuere.

III.

ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Caput Neronis laureatum: ex averſo latere Μ· ΤΑΡΚΥΙΤΙΟΥ ΠΡΕΙΣΚ. ΕΞ. ΑΝΘΥΠΑΤΟ. ἐξουσίαν ὑπατορικήν. Ara ignita, ſupra quam, ΠΡΑΤΤΟΝΤΟΣ. ad latera ΝΕΙΚ. id eſt, *M. Tarquitio Priſco poteſtatem Proconſularem faciente. Nicæenſes.*

Patini nummum ex integriore reſtituimus. Jam recte viderat in eo *Ill. Spanhemius* cognomen Πρείσκου, & *Taciti* autoritate firmabat, *Diſſ. 6.* ubi nummum etiam vulgavit. M. Tarquitius Priſcus in nummo nominatus videtur eſſe ex ſuperiori Tarquitia Familia, & is de quo *Tacitus* loquitur, *Ann.* 13. ad an. 805/6 At, inquit, Clau-
„ dius ſæviſſima quæque promere adigebatur ejuſdem Agrippi-
„ næ artibus, quæ Statilium Taurum opibus, hortis ejus in-
„ hians, pervertit, accuſante Tarquitio Priſco... nec ille diu-
„ tius falſum accuſatorem indigna ſorte perpeſſus, vim vitæ
„ ſuæ attulit, ante ſententiam Senatus. Tarquitius tamen curia
„ exactus eſt, quod Patres odio delatoris contra ambitum Agrip-
„ pinæ pervicere.

Tacitus hunc Tarquitium Cæſonio Pæto, Petronio Turpiliano Coſſ. an. 813/4 repetundarum, Bithynis interrogantibus, damnatum refert. Nummus vero ἐξουσίαν ἀνθυπάτορα πράττοντος, *Poteſtatem Proconſularem agente*, ſcribit; an poſt Proconſulatum, & ſucceſſoris adventum adſpectante, vel ſolam Proconſulatus poteſtatem habente; ut in nummo Caracallæ protulimus, *in noſtro de Græcis Nummis Imperialibus libro* ΕΠΙ ΕΞ. ΕΧΟΝ. ΥΠΑΤΟΡ. ΑΥΡ. ΑΝΤΩΝ. ΕΥΤΥΧΟΥC. ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ἐπὶ ἐξουσίαν ἔχοντος Ὑπατορικὴν Αὐρηλίου Ἀντωνίνου Εὐτυχοῦ Σμυρναίων. *Sub poteſtatem Conſularem habente Aurelio Antonino Eutyche Smyrnæorum.* Loco Conſulis, vel Proconſule agente ſub Imperatoribus. M. autem Tarquitius, inquit *Tacitus eo loco*, damnatus eſt, magno Patrum gaudio, qui accuſatum ab eo, (ut ſupra diximus.) Statilium Proconſulem ipſius meminerant.

Nicæ-

Nicæenſes potius quam Nicomedienſes nominare maluimus, quia hoc tempore de primatu Bithyniæ diſceptabant, quem ſub hoc Domitiano obtinuere; ut fert ejus nummus, in quo legitur, ΠΡΩΤΟΙ ΤΗΣ ΕΠΑΡΧΕΙΑΣ, Primi Provinciæ, cum ara, in qua ſcriptum, ΔΙΟΣ ΑΓΟΡΑΙΟΥ, Jovis Forenſis. An illa ſit, ſupra quam ſacra fecerunt in gratiam Neronis, ut demonſtrat ignis? Nicomedienſes autem Metropolis dignitatem ſemper in nummis notabant.

TERENTIA.

TERENTIA gens Plebeia, unde Terentia Lex de Civitate, lata an. 564/5. à Q. Terentio Culeone Tribuno Plebis. Terentios à Tereno, quod eſt, lingua Sabinorum, molle, nominatos putat *Varro ad Libonem* 1. citante *Macrobio lib.* 3. *Saturn. cap.* 18. Ejus cognomina nobis ſuperſunt in nummis, ***Lucanus***, quod in Lucania Italiæ regione ortus eſſet; & ***Varro***; apud quoſdam dicuntur *Varrones*, ſtulti. ***Cornutus***, *in Perſium Satyr.* 5. *Varrones* ſtultos dici putat, eamque ob cauſam, etiam ſervos militum *Varrones* dici ſcribit, quod utique ſint ſtultiſſimi. *Calepinus* vocem *Varro*, putat idem quod *Baro*, & B. pro V. propter cognationem litterarum accipi; ſic Barones, pro viris fortibus haberi.

I.

Caput Jani bifrontis barbatum: TER. LVC. ad latera I. ſeu nota aſſis. Navis.

Hic eſt Terentius Lucanus, qui hunc aſſem, ut nota I. arguit, & quidem ſextantarium, ut ex pondere noſcitur, cudit. Ergo quærendus eſt ille, à tempore quo *Plinius*, bello primo Punico, aſſem libralem factum eſſe, ob impenſas in eo à Repub. actas, refert, uſque ad ſecundum bellum, quo, ob damna & clades, as libralis ex ſextantario ad uncialem reductus eſt. Primum autem bellum cœpit an. 489/90. & ſecundum an. 535/6. inter utrumque tempus M. Terentium M. filium reperimus Tribunum Plebis an. 519/20. licet vero Lucani cognomen non gerat, hic videtur eſſe qui hunc aſſem in Quæſtura Provinciali percuſſit, qui an avus aut pater C. Terentii Lucani & P. Terentii Lucani, qui infra à nobis ſunt deſcribendi, videant *Chronologi*.

II.

Caput Romæ galeatum, pone quod Victoria ei coronam porri-

porrigens: ex averſa parte, C. TER. LVC. infra ROMA. Caſtor & Pollux equites, aſtris inſignes, decurrunt in equis, cum haſtis.

An C. Terentius Lucanus, frater fuerit P. Terentii Lucani, qui Terentio Poetæ libertatem dedit, melius conjici poteſt, quam *Fulvius* qui eundem eſſe exiſtimat: nam in plurimis *Suetonii exemplaribus* conſtanter legitur P. prænomen Lucani Senatoris, unde C. & P. idem eſſe nequit. Sed quis eorum natu major, incertum. C. vero Terentius Lucanus, is eſt qui nominatur à *Plinio*, *lib.* 35. *cap.* 7. Pingi autem, inquit, gladiatoria munera: atque in „ publico exponi cœpta à C. Terentio Lucano. Is avo ſuo, à quo „ adoptatus fuerat, triginta paria in foro per triduum dedit, fabu- „ lamque pictam in nemore Dianæ poſuit. Quando Quæſturam „ egit ignoratur; in ea tamen hunc denarium cum ſolito Romæ capite cudit: ſed Victoria pone Romam ei coronam imponens, quandam victoriam à Prætore, ſub quo Quæſtor erat, denotat; vel potius ad aliquam, ab uno ex majoribus relatam, ſpectat, quod in ſequentibus æreis, & quidem in Urbe cuſis, ad Provinciæ uſum eadem Victoria ſit expreſſa. Caſtor & Pollux ſolitus eſt denariorum argenteorum typus, præſertim ad indicandam fratrum concordiam; unde P. Terentium Lucanum Caii fratrem fuiſſe quis conjicere poſſet: alter C. Terentius Cn. F. Cn. N. Lucanus reperitur Proquæſtore an. $\frac{626}{7}$ & Trib. Plebis an. $\frac{630}{1}$.

III.

Caput Jani bifrontis barbatum & laureatum: ex averſo latere, C. TER. LVC. in imo ROMA. Navis, & deſuper Victoria per aerem volitans, d. coronam, ſ. palmam gerit.

Eadem epigraphe C. TER. LVC. in hoc nummo ſecundæ magnitudinis, quæ in ſuperiore denario argenteo, illum ad eundem C. Terentium Lucanum revocat, qui in Quæſtura, ut videtur, Provinciali monetam etiam æream, ad uſum Provinciæ, ante profectionem in Urbe cuderit. De Jano bifronte, qui monetæ ſignandæ artem ex Saturno dedicit, ſæpe dictum eſt. Navis Saturni in Italiam adventum denotat. Victoria per aera volitans, aliquam à majoribus C. Terentii relatam indicat.

IV.

IV.

Caput Herculis pelle leonina tectum, cum tribus globulis pone illud: in altera parte C. TER. LVC. Navis & deſuper Victoria, per aera volitans, d. coronam, ſ. palmam cum tribus globulis ad latera.

Minuta eſt moneta, ab eodem C. Terentio Lucano in Urbe cuſa, ante illius in Provinciam profectionem; ut tres illi globuli, tres uncias denotantes, arguunt, quæ quadrans nominabatur, non à pondere, ſed ab illis ſignis, monetæ pretium deſignantibus. Quoties autem de re nummaria ſermo eſt, quadrans æreus nummulus eſt, teſte *Plinio*, qui & triuncis & triunx vocatur: ut enim ſeſtertius quarta pars eſt denarii: ita quadrans, quarta pars aſſis. Victoria volitans per aera, ut in ſuperioribus, quandam ab aliquo Terentiorum Lucanorum reportatam denotat. De Hercule, ſolito quadrantis typo, ut de Navi Saturni, perpetua æreæ monetæ nota, ſparſim dictum eſt.

V.

Caput Jani bifrontis barbatum & laureatum: in averſa parte, P. TER. id eſt, *Publius Terentius*. Lupa præbens ubera Romulo & Remo.

Duo occurrunt P. Terentii in Terentiorum Familiis, unus cognomine Lucanus, alter cognomine Tuſcivicanus, quod habitaret in Tuſcovico Romæ, uno eodemque tempore degentes: nam P. Terentius Lucanus citatur, Quæſtor Provincialis an. $^{576.}_{7}$ & P. Terentius Tuſcivicanus, Tribunus Plebis an. $^{581.}_{2}$ quinque annis ſcilicet poſt; qui terminus eſt è Quæſtura ad Tribunatum: unde quis unum eundemque eſſe exiſtimare poſſet; licet enim P. Terentius Lucanus vocaretur, ex eo quod in Tuſcovico habitaret, à quibuſdam Tuſcivicanus appellari potuit. Hic vero unus ex quinque Legatis in Illyricum miſſis, an. $^{586.}_{7}$ à *Livio* recenſetur, *lib.* 45. In Illyricum autem, inquit, hi nominati, P. Ælius Ligur Conſularis, C. Cicerejus & Cn. Bæbius Tampilus, P. Terentius Tuſcivicanus, P. Manlius.

Lupa præbens Romulo & Remo ubera, in Terentiorum nummis frequens ſignata; non ad Romæ originem denotandam, ſed ad Terentiorum Familiam, ſub Romulo Romam veniſſe, indicandum; unde & in Lucanis & in Varronibus modo Quirini effigies, modo Lupæ, eum cum fratre nutrientis, ſignum.

VI.

Caput Fidei coronatum, pone quod littera Fi ſcilicet antiqua F. ex altera parte, L·AIMIL. M. F. PAVLVS. C. TERENT. A. F. VARRO. Sella Curulis, ſupra quam corona, in vertice EX S. C.

Jam prodiit hic denarius in gente Æmilia, num. 6. quùm & L. Æmilii Pauli & C. Terentii Varronis Conſulum nomina exhibeat: nunc de Varrone nobis dicendum. Hic eſt Autor fatalis cladis Cannenſis, qui apud *Val. Maximum*, *lib.* 3. *cap.* 4. ex macellaria patris taberna ad magnos Magiſtratus conſcendit, relicto hoc quæſtus genere, animum ad ſpem majoris fortunæ adjecit, conciliatoque Plebis favore, Quæſturam Provincialem accepit an. 525/6. Eum non recenſet Tribunum Plebis *Livius*, *lib.* 32. qui alios ejus narrat Magiſtratus. Ædilis Plebis factus eſt an. 530/1. Ædilis Curulis an. 533/4. quo Ludos Circenſes edidit, prætor Urbanus an. 535/6. videtur fuiſſe. Tandem Conſul factus eſt à Populo irato, & primus ipſi datus eſt Collega L. Aimilius Paulus iterum. Conſulibus utriſque bellum cum Annibale decretum eſt.

Itaque ex Senatuſconſulto ad hoc bellum percuſſi ſunt denarii, pro ingenti illius apparatu, ut videre eſt in *Livio*, in quibus eorum nomina inſcripta ſunt, & Sella Curulis impreſſa, pro amborum inſigni. Sed cur Fides in anteriore parte? quod Romani juramenti eſſent tenaces, & Annibal eſſet pacis perjurus: nam deæ Fidei maximum ſtatutum erat jusjurandum, cujus *Cicero*, *in Officiis*, meminit, *Livius*, in primo, Numam Fidei ſolemne inſtituiſſe ſcribit, quem lege. Littera Ͱ eſt F antiqua ejus nomen *Fides* indicans, eam ſic exaratam, ſupra omnes totius Furiorum Familiæ tumulos obſervavimus; qui, noſtra ætate, dum Romæ morabamur, Tuſculi, in via publica, excelſa & antiqua, arbore vento ex terræ viſceribus avulſa eorum ſepulchralem arcam detegente, reperti ſunt.

Porro poſt cladem ex centum & octoginta millibus armatorum, & ducentis amiſſis quadraginta millibus peditum & duobus millibus equitum & ſeptingentis, cum ſeptuaginta tantum, juxta *Polybium*, Venuſiam profugit; & tandem Romam redeunti Senatus obviam ivit, gratias ei agens, Dictatura oblata, quam renuit, quod de Republica non deſperaſſet.

VII.

Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA & ante VARRO: ex altera parte, A. TERENTI. Jupiter in quadrigis triumphalibus, d. fulmen, ſ. ſceptrum & habenas equorum.

A. Terentius Varro, cujus eſt nummus, exiſtimatur fuiſſe filius C. Terentii Varronis, ſupra Conſularis, ut confirmant *Tabulæ Triumphales*, qui avi prænomen tulit, ſiquidem pater ejus in ſuperiore denario Auli F. perhibetur. Is Quæſturam Provincialem adeptus eſt an. 561./2. Tribunatum Plebis an. 567./8. Præturam Provincialem obtinuit & Hiſpaniam Citeriorem ſortitus eſt an. 569./70. cum duabus legionibus novis & vetere exercitu, Corbionem expugnavit, prorogatoque illi in annum ſequentem 570./1. imperio, non procul flumine Ibero contra Celtiberos pugnavit, & ovans an. 571./2. in Urbem intravit ut teſtantur *Marmora Capitolina*.

A. TERENTIVS C. F. Q. N. VARRO. PROPR. ANN. CLXXI./CLXXII. *Varr.*
OVANS. DE. CELTIBEREIS.

Aurum & argentum manubiale tranſtulit argenti pondo mille 330. auri 82. & aureas coronas 67. teſte *Livio*, *lib.* 40. ex iis denarios, ad remunerandos ſuæ ovationis comites, percuſſit, cum ſolito Romæ capite in anteriore parte, & Jove in quadrigis triumphalibus, cujus ope & auxilio Celtiberos profligaverat.

VIII.

QVIRINVS. Caput Romuli barbatum & diademate ornatum: in averſo latere, M. TERENTI. VARRO LVCVLLVS. Lupa, ubera Romulo & Remo præbens, in imo ROMA.

M. Terentius, è Licinia domo in Terentiorum Familiam inſertus, cognomen *Lucullus* retinuit. Frater erat minor L. Licinii Luculli, cujus vitam ſcripſit *Plutarchus*, & quùm pater ejus L. Licinius repetundarum damnatus fuerat, adoptandum ſe dedit Marco Terentio, ut prænomen ejus innuit, uti moris erat accipere; ſed non mutavit quùm illius proprium eſſet.

Magnus

Magnus fuit fratris erga illum amor, ſiquidem ſe Philoſophiæ dedit, ut illius ætatem ad petendos ſimul Magiſtratus, exſpectaret. Is Quæſtor fuit Syllæ, an. $^{666.}_{7}$ ut fratri ſuccederet, quando illum Sulla Legatum ſuum fecit.

In Quæſtura denarium hunc cudit, ad indicandam Terentiorum antiquitatem, in cujus gentis Familiam tranſierat. Expreſſit ex antica illius parte caput Quirini, diademate cincti, & in averſa illum, cum fratre Remo à Lupa educatum: nam hoc lemmate Terentiorum gentem ſub Romulo migraſſe denotare voluit, ut in Terentiis Lucanis ſupra retulimus, & in ſequentibus M. Varronis dicturi.

Ex Quæſtura Varro Lucullus Tribunatum Plebis obtinuit an. $^{671.}_{2}$ ambo fratres L. Lucullus & M. Varro Lucullus Ædiles Curules facti ſunt an. $^{674.}_{5}$ *Plinius*, *lib.* 8. *cap.* 7. illos Elephantorum pugnas cum tauris exhibuiſſe tradit; & *Val. Maximus*, *lib.* 2. *cap.* Lucullos Ædiles verſatilem feciſſe ſcenam primos ſcribit. Præturam Urbanam adeptus eſt an. $^{677.}_{8}$ & jus inter peregrinos dixit, ex *Pædiano, in Orat. Ciceronis, in toga candida.* Macedoniam ex Prætura ſortitus an. $^{678.}_{9}$ poſtea Conſul creatus eſt cum C. Caſſio Varo an. $^{680.}_{1}$ ſimulque Legem Frumentariam tulerunt, quæ ab iis Terentia Caſſia dicta eſt, de qua *Cicero*, *Verr.* 7. Varroni Lucullo obtigit Macedonia, primuſque contra Beſſos pugnavit & domuit de iiſque triumphavit, ut *Cicero, Pædianus* & *alii* teſtantur.

Accuſatus eſt à C. Memmio ſuper his, quæ in Quæſtura ſub Sylla geſſiſſet; ſed frater ex Aſia rediens victor, ejus gratia judicium evaſit, & tandem alienata Lucii fratris mente ad extremum, ipſi permiſſa eſt tutela. Filia ejus Tertulla nupſit M. Craſſo diviti, quam corrupiſſe Julium Cæſarem narrat *Suetonius in ejus vita*, *num.* 50.

IX.

VARRO PROQ. Caput Quirini diademate cinctum, ut ſupra, thermæ impoſitum: in poſtico latere MAGN. PROCOS. Delphin & Aquila, intermedio ſceptro.

M. Terentius Varro, ille eſt doctus Ciceronis ſynchronus, qui nummum cudit, bello Piratico militans ſub Pompeio M. nomine Proquæſtore, à quo corona navali donatus eſt. Ab *Appiano*, *lib. de Bell. Mithrid.* nominatur inter eos, quos Pompeius ſelegit ad perſequendos Piratas, data illi poteſtas eſt à Senatu. Σικελίαν δὲ καὶ τὸ

Ἰόνιον ἐφύλασσον αὐτῷ Πλώτιός τε Οὔαρος, καὶ Τερέντιος Οὐάρρων, μέχρις Ἀκαρνανίας. *A Siciliæ littoribus ad Acarnaniam, Ionium mare Plotio Varo, & Terentio Varroni ſervandum obtigit.* Is, quùm per triennium bellum, tum in maritimis Provinciis uſque ad quadringenteſimum à mari ſtadium cum aliis, haberet poteſtatem, tum innumerata certa pecunia denarios ſignavit, ad uſum Claſſis ſuæ; in antica quorum parte caput Quirini, ut etiam cum aliis Terentiis antiquitatem à Romuli tempore denotaret, expreſſit; & in altera delphinum & aquilam, ſceptro intermedio, cum Pompeii Magni dignitate nempe Proconſulis; ſceptrum quidem ad ejus ſupremam indicandam, per delphinum in mari, & per aquilam in terra, potentiam: de qua lege *Appianum loco laudato.*

X.

Caput Neptuni, ut videtur, & litteræ ab imperito artifice, quæ eandem, ut ſupra, epigraphen habere deberent, VARRO PROQ. EX S.C. quùm in averſa parte, idem typus & eadem ſit inſcriptio. Obſervandum hunc denarium non reperiri in *Theſ. Regio.*


Hic denarius à M. Terentio Varrone percuſſus videtur, cum capite Neptuni, quùm hæc moneta ad Claſſis uſum eſſet ſignata. Adeſt nota S. C. pone illius dei, ad declarandam hanc Pompeio datam „ ex Senatuſconſulto potentiam; de qua *Appianus* inquit, Nec „ ullus unquam Rom. Imperator, ante Pompeium cum tanta pote- „ ſtate profectus eſt.

M. Terentius Varro, poſt Quæſturam, adeptus eſt Tribunatum Plebis, & factus videtur Ædilis Plebis cum Licinio Murena an. $^{693.}_{4}$ de „ quibus *Plinius*, *lib.* 35. *cap.* 14. hæc refert, Lacedæmone qui- „ dem exciſum lateritiis parietibus opus tectorium, propter excel- „ lentiam picturæ ligneis formis incluſam, Romam deportavere „ in Ædilitate, ad Comitium exornandum, Murena & Varro: Quod opus quùm per ſe mirum eſſet, tranſlatum tamen magis mirabantur. Prætor Urbanus Peregrinam ſortitus eſt juriſdictionem an. $^{695.}_{6}$ deinde Provincialis fuit an. $^{696.}_{7}$


In bello civili Legatus fuit Pompeii, proſcriptus eſt à Triumvi- „ ris an $^{710.}_{1}$ de quo *Appianus, lib.* 4. *Civ. Bel.* At Varro, Philoſophus „ idem & Hiſtoricus, miles ſimul & dux probatus, ideo fortaſſe ut „ iniquior dominatui, proſcriptus eſt. Eum familiaribus certatim

cupienti-

TERENTIA



TAB. CXXXVII.


TITIA
TITINIA
TITVRIA
TAB. CXXXVIII.

cupientibus recipere, vicit Calenus, & in villa, ad quam Antonius divertere ſolebat, eum habuit, à nullo tamen vel ipſius Varronis, vel Caleni ſervo indicatus eſt. Vitam deinde impetravit, quam plus minus ad 100. annos protraxit. Fundaniam habuit uxorem, ad quam ſcripſit jam octogenarius, *lib.* 1. *de Re Ruſt.* „ „ „

XI.

Caput Dianæ, cum luna bicorni ſupra frontem, & pharetra cum arcu ſupra humeros: in averſa parte, A. TERENTIVS VARRO MVRENA. Cervus, quem duo canes inſequuntur.

Duo reperiuntur, pater & filius, A. Terentius Varro Murena; prior ſane è Licinia gente, cujus Murena cognomen eſt familiare, in Terentiam Familiam adoptione tranſiit, qui Licinianus de more vocari debuerat; ſed, ut ſupra, Licinius, qui etiam in hanc adoptatus fuerat, Luculli tantum cognomen, ad indicandam adoptionem retinuerat; ſic pariter hic Licinius tantum cognomen aſſumpſit. Huic aſſignamus denarium potius quam filio, qui ſub Auguſto Salaſſos vicit, an. 728./9 & Conſulatum poſtea adeptus eſt an. 730./1 in cujus Magiſtratu mortuus eſt, quùm ſub hoc Principe, quùm Auguſti nomen recepiſſet, & monetam cudendam cum Senatu diviſiſſet, omnes fere denarii, à ſuis Triumviris Monetalibus percuſſi ſunt.

Patris meminit *Cicero*, *lib.* 10. *Fam. Ep.* 22. his verbis, „Accedit eò, quod Varro Murena magnopere ejus cauſa vult omnia. „ Illum *Pighius* inter Quæſtores Provinciales numerat an. 691./2 *Cicero*, an. 669./700 *Ep.* 14. *lib.* 4. *ad Atticum*, de interceſſione Terentii Varronis loquitur; ſed Ædilis Plebis videtur venationem edidiſſe, cujus nobis ectypum in denario expreſſit; at quùm Diana iis præſideret, & ſacra illi ante fierent, ideo illius imago in anteriore parte cælata eſt.

XII.

CAESAR AVGVSTVS. Caput Auguſti nudum: ex altera parte Q. TERENTIO CVLEONE, ſic in noſtro, II. VIR. Caput Apollinis laureatum.

Q. Terentius Culeo, Duumvir deducendæ Coloniæ cum Cæſare Auguſto, in hoc nummo ſociatus eſt; poterit eſſe filius Q.

Terentii Culeonis, qui familiariſſimus Pompeio, illius partes in bello civili ſequutus eſt, ex *Ep. Ciceronis ad Pompeium, lib.* 8. *ad Atticum.* Quinti prænomen in omni Culeonum gente obſervavimus, nam qui primus recenſetur à Livio Proprætor Siciliæ an. $^{534.}_{5}$ illud ferebat, ut ejus filius Prætor Urbanus an. $^{566.}_{7}$ unde hujus pater ex iis progenitus videtur, qui Q. Filius, Quinti Nepos indigitatur. Caput Apollinis in averſa parte expreſſit, in gratiam Auguſti, qui ejus filius credi volebat; de quo *Suetonius in ejus vita, num.* 94. Augu-
„ ſtum, inquit, natum menſe decimo, & ob hoc Apollinis filium exiſtimatum. Culeo Terentiæ huic Familiæ cognomen, à culeo reperto, quod eſt vas viginti amphorarum capax, vel quadraginta urnarum; ut eſt apud *Plinium, lib.* 24. *cap.* 4. & *Columellam, lib.* 3. *cap.* 3.

THO-

THORIA.

THORIAM gentem Plebeiam denotat Sp. Thorii Lex Agraria, lata an. 646/7 Ejus nomen putat à tauro deductum *Fulvius*, ut Tauri ſimulacrum innuere videtur. Porro ſic noſtra eſt conjectura, à voce Græca Θεωρὸς, id eſt, *Inſpector*, de qua in ſecundo nummo. Cognomen *Balbus* à linguæ defectu, teſte *Sigonio*.

I.

I. S. M. R. id eſt, *Juno Soſpita Magna Regina.* Caput Junonis Soſpitæ, pelle Caprina ornatum, in poſtico latere, L. THORIVS BALBVS. Q. id eſt *Quæſtor*. Taurus ſolutus.

L. Thorius Balbus patrem habuit Sp. Thorium Balbum, qui Legem Agrariam tulit, ne ex Lege Sempronia dividerentur agri publici, ſed poſſeſſoribus relinquerentur in poſterum; ſive tributo, quod non in ærarium publicum redigendum eſſet, ſed Plebi agros non habenti divideretur. Hac Lege agri fiebant publici, ideo L. Thorius Quæſtor factus eſt an. 673/4 in memoriam Legis à patre latæ, bovem decurrentem & ſolutum in denario expreſſit; ut pote jure publico utentem, nec ad cognomen ſpectare remur; primo quod *Varro*, qui enumerat gentes à pecore nomen habentes, eam non profert, ſecundo quod *Fulvius* ipſe dubius hac de re loquitur.

In anteriore denarii parte expreſſa eſt imago Junonis Soſpitæ, quæ Lanuvii ſummo honore, ut ſæpe diximus, colebatur, ad indicandam Thoriæ Familiæ ex ea urbe originem, cujus meminit *Cicero*, *lib.* 2. *de Finibus*, his verbis: L. Thorius Balbus fuit Lanu- ,,
vinus: quem meminiſſe tu non potes. Is ita vivebat, ut nulla ,,
tam exquiſita poſſit inveniri voluptas, qua non abundaret. Erat ,,
& cupidus voluptatum, & cujuſvis generis ejus intelligens & co- ,,
pioſus; ita non ſuperſtitioſus, ut illa plurima in ſua patria ſacri- ,,
ficia & fana contemneret: ita non timidus ad mortem, ut in ,,
acie ſit ob Remp. interfectus. Tribunatum Plebis aſſequutus erat an. 678/9 & ad Præturam, ut pater, pervenit.

II.

ΟΜΟΝΟΙΑ ΝΙΚΟΜΗδέων. Caput Junonis Soſpitæ, pelle caprina ornatum: ex averſa parte, ΕΠΙ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΘΩΡΙΟΥ & monogramma Monetarii. Aper.

Nec pater Sp. Thorius hunc nummum percuſſit, quùm Præturam non præteriit, nec L. Thorius ejus filius, de quo *Cicero in Bruto*; Ei paucæ centuriæ defuerunt ad Conſulatum: igitur per Magiſtratuum gradus pervenit ad petitionem uſque, & qui nummum ſignavit, dicitur Ἀνθύπατος, id eſt Proconſul, poſt diviſionem, nempe Provinciarum inter Auguſtum & Senatum, Bithynia huic ceſſerat, & ab eo mittebantur Provinciæ Rectores. At ille ejuſdem eſt Familiæ; ut pote qui eandem Junonis Soſpitæ imaginem expreſſit, ad denotandam ex urbe Lanuvio originem.

Ut nomen Θώριος ſcribitur per Th. & per Ω. in Græca lingua, non à Tauro pecore derivatum, ſed à voce Θεωρὸς, id eſt, *Inſpector*, in exordio conjecimus. Aper in averſa parte, ad Herculem videtur ſpectare, cujus cultum in urbe deſignat. ΟΜΟΝΟΙΑ ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ, videtur quaſi conſenſu Senatus & Populi, ut in nummo M. Aurelii in *noſtro libro de Græcis Nummis Impp.* ΝΕΙΚΟΜΗΔΕΙΑ ΒΟΥΛΗ ΔΗΜΟΣ ΟΜΟΝΟΙΑ. *Nicomedia Senatus Populus Concordia.*

TITIA.

TITIAM gentem fuiſſe Plebeiam demonſtrant tot Tribuni Plebis; quorum Leges de Vectigali agrorum, de luſu, de Triumviratu R.P.C. de donis & muneribus latæ ſunt. Ejus nomen deſumptum eſt à prænomine *Tito*, de quo controverſia eſt. *Valerius Max.* à Sabino quodam, nomine Tito manaſſe ait: *Feſtus* à *Titulo*. *Titulos* autem milites fuiſſe, quod patriam tuerentur, quaſi *Tutulos*.

I.

Caput Jani bifrontis: in averſa parte, Q. TITI. Navis ſolita.

Q. Titius in Titiorum Familia ſolus reperitur hoc prænomine. Is qui Tribunus Plebis fuit an. $^{526}_{7}$ cum L. Villio Tappulo, qui ſimul Legem de Tutelis tulerunt. Iſta Lex ideo Villia Titia eſt appellata; hac vero proſpectum eſt, ut in Provinciis, uti Romæ, à Præſidibus earum darentur tutores. Hic in Quæſtura hunc nummum ſecundæ magnitudinis cudiſſe videtur, cum ſolito Jani bifrontis, in antica parte capite, & ſolito in averſa Navis typo.

II.

Caput Poetæ cujuſdam barbatum, cum faſcia, cui duæ alæ erant ligatæ: in poſtico latere Q. TITI. Pegaſus ſupra baſim.

Quin à Q. Titio hic denarius ſit cuſus, non ſinit in dubio eadem Q. TITI. quæ ſupra, epigraphe. Sed quæ imago barbata, & alis in capite ornata? Pegaſus in ſequentibus denariis, ut in hoc, cum Muſæ effigie, & cum Victoriæ capite, in anteriore parte, Poetam ſane, ex Titiorum Familia, celebrem fuiſſe, ut crederemus adduxit, cujus ille memoriam ad poſteros revocare voluit: barba prolixa qua ornatus eſt, illum valde antiquum fuiſſe: ſiquidem canit *Ovidius*:

Sic apud intonſos nomen habebat avos.

Sic etiam Quirinus, T. Tatius, Tullus Hoſtilius Reges, ut &

Brutus & Ahala depinguntur barbati; & hocce Ahala gens Titia antiquior extitit, nam *Dionyſius*, *lib.* 9. Sex. Titium refert Tribunum plebis an. 291/2. Alæ tribuuntur Poetis, ob celeres eorum cogitationes. De Pegaſo in ſequentibus denariis.

III.

Idem Poetæ caput alis ornatum: in poſtico latere, Q. TITI. Pegaſus in baſi, IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST. circa ambitum.

Valde celebris videtur fuiſſe hic Titius Poeta, ut illius imaginem etiam reſtituere voluerit, poſt tot ſæcula Trajanus Imperator. Sed ut multarum Familiarum denarios iterum percuſſit, illuſtriorum virorum vultus aut egregia illorum facta renovari curavit. Pegaſus additur in hujus Poetæ denarii averſa parte, quod illi bibiſſe dicuntur aquam, in Parnaſſo monte fontis Hippocrenes, quem Pegaſus ictu ungulæ aperuerat, quia iſtæ vocales fuiſſe feruntur, de quibus *Sidonius*.

Texerunt vitreæ vado Hippocrenes,
Tum hac merſus aqua loquacis undæ.

IV.

Caput Muſæ laureatum: in altera parte, Q. TITI. Pegaſus, in baſi.

Quin ſit in ſuperioribus denariis argenteis alicujus Titii Poetæ imago expreſſa, non ſinit dubitare in hoc ejuſdem Q. Titii Muſæ laureatæ caput cum eodem Pegaſo exaratum: unde Muſæ ipſæ inſuper Pegaſides nuncupatæ; ut *Feſtus* docet, & quidem à fonte, quem Pegaſus ungulæ ictu aperuit, Hippocrene dicta. Alatum vero Pegaſum fuiſſe depictum refert *Fulgentius*, *Myth. lib.* 3. Ideo „ inquit, pennatus, quia univerſam mundi naturam celeri co- „ gitationum theoria illuſtrat; nam ait *Palæphatus*, *lib.* 1. Mihi „ vero abſurdum prorſus videtur, equum volitare poſſe, etiamſi „ omnium avium pennas ſibi adjunxiſſet. Corona laurea coronatur Muſa, ob laurum quæ vaticinium inducere dicitur, & ob Apollinem, qui earum comes profertur.

V.

V.

Caput Victoriæ alatum: in poſtica parte, Q. TITI. Pegaſus, ut ſupra.

Victoria cum Pegaſo in hoc quinario, ut Muſa in ſuperiore denario, cum eodem conjungitur, vel ad denotandam Muſarum victoriam contra filias Pieri & Anippes, quæ cum illis auſæ ſunt decertare, unde victæ in picas mutatæ ſunt; vel ad victoriam aliquam illius Titii Poetæ, in Poeticis certaminibus, arguendam: cujuſmodi multæ Comicorum & Tragicorum Poetarum inter ſe certantium, à Græcis Latiniſque ſcriptoribus celebrantur, ut innuit *Fulvius*.

VI.

RVFVS. Caput Solis radiatum: in altera parte M. TITIVS. Luna bicornis, inter ſeptem Triones.

M. Titius Rufus, videtur ille fuiſſe, qui M. Titius indigitatur, & qui patrem habuit Sextum cognomine, bis Prætorem, ex *Livio*. Is Quæſturam Provincialem iniit an. $\frac{598.}{6}$ Tribunatum Plebis an. $\frac{603.}{4}$ Ædilis Plebis factus eſt an. $\frac{606.}{7}$ & Prætor Urbanus an. $\frac{609.}{10}$ quo, ut moris erat Prætorum Urbanorum Apollinares, Ludos celebravit; in cujus memoriam hinc Apollinis caput, ſub Solis effigie, qui unus idemque eſt, & ex altera Lunam bicornem, inter ſeptem Triones, Dianæ ejus ſororis ſymbolum, quod ii Ludi Apollini & Dianæ eſſent dicati, quique edebantur ante D. tertium Nonas Quinctiles: in *Kalend. Romano*, referuntur ad pridie Nonas Quinctiles.

TITINIA.

TITINIA gens Plebeia, & valde antiqua : ſiquidem M. Titinius recitatur Tribunus Plebis an. $^{269.}_{70}$ nono nempe poſt creatos Plebis Tribunos. *Livius* an. $^{353.}_{4}$ nominat P. Titinium pro Patricio, ſed Titiniæ gentis Patriciatus alio loco probari nequit : idcirco aut lapſus eſt, vel alios *Annales* ſequutus eſt, nam præter Furium, quem nominat, alii erant Plebei. Olim Titinnii, unde à *Tinnio* nomen derivari quidam autumant.

I.

XVI. Caput Romæ galeatum : ex averſa parte C. TITINI. Victoria in bigis, d. flagrum.

C. Titinium, qui hunc denarium cudit, litteræ numerales indicant illum ſignaſſe ſecundo bello Punico, quo *Plinius, lib.* 33. *cap*... „ inquit, Q. Fabio Maximo Dictatore, Annibale urgente, aſſes „ unciales facti ſunt, placuitque denarium ſexdecim aſſibus per„ mutari, &c. unde adjectæ ſunt à C. Titinio numerales notæ XVI. pro X. denarium indicantes. C. autem Titinius C. F. M. N. renuntiatur Tribunus Plebis an. $^{534.}_{5}$ uno antequam ſecundum illud bellum cœpiſſet. Ergo aut in Prætura Provinciali, aut in legatione, illum ſignavit, ut vox ROMA, quæ in eo deeſt, arguit. Sed illud pretium ſedecim aſſium pro denario, paulum duraſſe denotant pauci, qui in hac Familiarum ſerie reperiuntur nummi argentei, præter hunc & alterum in gente Julia, quod è contra in nummis æreis, forſan ob pondus ; ut mox dicturi ſumus.

II.

Caput Jani bifrontis, barbatum : ex poſtico latere, M. TITINI. in imo ROMA. Navis.

M. ille Titinius C. filius, Marci nepos, fuit C. Titinii, cujus denarium ſupra explicuimus, frater natu minor. Is Tribunatum Plebis geſſit anno primo ſecundi belli Punici $^{535.}_{6}$ & in Quæſtura

quam

quem iniiſſe videtur quinque annis prius, ut moris erat. Inter illam & Tribunatum Plebis, nummum hunc ſextantarium, ut ex pondere noſcitur, percuſſit. *Plinius*, *lib.* in ſuperiore denario C. Titinii, *citato*, narrat, Aſſes librales, bello Punico primo, quùm im- „ penſis Reſpublica non ſufficeret, imminui cœpiſſe, & ſextantario pondere cudi. Poſtea quùm, ſecundo Punico bello, Annibale urgente, unciales facti ſint, non amplius ad ſextantarium rediere; ut obſervare licet in hac nummorum Conſularium congerie, ob monetæ forſan pondus, & facilem rei nummariæ uſum.

TITVRIA.

TITVRIA gens, etſi valde antiqua, utpote quæ originem ſuam à Sabinis, qui Tatium T. Sabinum Regem comitati ſunt ad Romam habitandam, an fuerit tamen Patricia & Plebeia, ignoratur: ita dicta quod primus fiſtulæ cantui vacaret.

I.

Caput Jani bifrontis barbatum: ex averſa parte L. TITVRI. in imo ROMA. Navis.

L. Titurii nulla fit mentio apud *Hiſtoricos* quos legimus. Porro ut Quæſtor Provincialis hunc nummum ſecundæ magnitudinis pro aſſe unciali, ad uſum Provinciæ, ad quam cum Prætore proficiſcebatur, Romæ percuſſit, ut epigraphe ROMA denotat. Nummus ſecundo bello Punico, aut poſt illud, dum as uncialis, ut ſæpe diximus, ob Reipublicæ neceſſitates, factus fuiſſet, ſignatus eſt. De Jano, illius ſolito ſymbolo, & Navi ejus perpetua nota, abunde diximus.

II.

Caput Jani bifrontis barbatum, ex altera parte, L. TITVRI. in imo SABINVS. Navis.

Ab eodem L. Titurio, percuſſus eſt etiam hic nummus pro aſſe, ut ex pondere & forma noſcitur; ſed in Provincia, quùm vox ROMA in eo deſit, & altera ſubſtituta ſit, SABINVS, ejus cognomen, per quod ex Sabina oriundus eſſe videtur, ut abunde confirmant ſequentes denarii ab eodem cælati. De Jano aſſis nota, & Navi ejus ſymbolo, ſupra.

III.

SABIN. Caput T. Sabini Regis: ex averſa parte, L. TITVRI. Victoria in bigis, d. coronam, ſ. habenas equorum, in imo galea inverſa.

L. Titurius ex una parte caput T. Tatii Sabini expreſſit, cum hac epigraphe SABIN. alludens tum cognomini ſuo cùm Regis nomine, ut ſuam originem ab eo tempore, quo Rex ille cum Romulo in regni conſortium accitus eſt. Ex altera parte bigatus eſt, ſic à victoria in bigis dictus, & quùm coronam flagri loco gerit, victoriam aliquam denotare diximus, ſed Prætoris, ſub quo Quæſtor erat Titurius, nomen ignoratur, & quid ille inſigne geſſerit, reconditum manet.

IV.

SABIN. A. PV. id eſt, *argento publico.* Caput Regis T. SABINI ante quod in area palma: ex altera parte, L. TITVRI. Duo Romani duas Sabinas rapiunt.

Idem prodit Sabini Regis vultus, ſed in area palmæ ramus, ad victoriam Prætoris ſeu Conſulis, cujus erat Quæſtor Titurius, denotandam; ut Victoriam in bigis, ad ipſam arguendam, cælavit. Sed has voces, A. PV. *argento publico.* interpretamur, ad demonſtrandum denarium ex illo argento manubiali, quod in caſtris hoſtium fuerat repertum, & in ærarium publicum à Victore delatum, eſſe percuſſum: nam dum bellum in Provinciis prolongabatur, denarii cudebantur, ſeu ex vectigalibus, vel ex manubiali, ſi res fieri poterat: ſin vero Quæſtores Urbani illos ex ærario ſuppeditabant. De raptu Sabinarum in ſequente denario.

V.

TA. SABIN. Caput Tatii Sabini Regis: in poſtico latere L. TITVRI. Duo Romani duas Sabinas rapiunt.

Nihil hic denarius à ſuperiore differt, niſi quod TA. id eſt *Tatius* nomen Sabini, apponatur in antica parte, ad indicandam illam imaginem eſſe Tatii Sabinorum Regis, ſub quo Sabinarum raptus à Romanis factus eſt. Hi quùm uxores non haberent, ſibi jungere deſtinarunt, Ludis Conſualibus. Pace facta Romulus cum finitimis, Ludos Neptuno inſtituit in Circo, quod ille equos primum domuerat & equitandi artem invenerat. Hocce Sextili menſe, die octavo ſacra fiebant, immolabaturque mulus; quoniam id genus

quadrupe-

quadrupedum primum vehiculo junctum fuiſſe credunt, eo quod Lunæ vehiculum traherent. Poſtea Ludus agebatur, ut equi & muli juncti & ſoluti magno ſpectantium plauſu currerent. Ubi ſpectaculi tempus venit deditæque eo mentes cum oculis erant: tum ex compoſito orta vis, ſignoque dato, juventus Romana ad capiendas virgines diſcurrit.

Qui vero fuerit raptarum numerus, inter *Autores* diſcrepat: *Quidam* non ultra triginta fuiſſe tradunt, quæ curiis nomina dedere. *Nonnulli* quingentas: *Plerique* ſeptem & viginti, ut *Valerius Antias*. *Alii* ſexcentas & tres ſupra octoginta. Magna pars forte, ut in quem quæque inciderat, raptæ: quaſdam formâ excellentes primoribus Patrum deſtinatas: ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant. Hunc vero typum expreſſit L. Titurius, ut Romanos deinde natos ex Sabinis puellis eſſe natos ſignificaret.

VI. VII.

SABIN. A. PV. Caput Sabini, in alio lauri ramus: ex averſa parte, L. TITVRI. Tarpeia Virgo, clypeis obruta, à duobus Sabinis: in alio clypeus in vertice.

L. Titurius, ut originem ſuam à Sabinis, qui Romam pace inita commigrarunt, & forſan ex illis qui Tarpeiam ſcutis obruerunt, indicaret, ejus hiſtoriam in denario conſignavit. Sabini, qui Capitolinum montem Romanorum arcem occupare tentabant, quùm aquatum ibant, Tarpeiæ virgini Veſtali occurrentes, petierunt ut in arcem, patris ſui Tarpeii cuſtodiæ commiſſam, ingreſſum daret. Pactaque cum illis, quidquid in ſiniſtris brachiis geſtarent, armillas intelligens, quas illi aureas gemmataſque lævo in brachio ferebant: tum ut eam prodidit, promiſſi mercedem petiit, & ipſi ſcutis eam obruerunt; unde monti nomen *Tarpeius mons* qui primus erat Saturnius.

VIII.

Caput Jovis Capitolini laureatum: ex averſa parte P. SABIN. Q. id eſt, *Quæſtor*. Victoria, d. coronam trophæo porrigit, ſ. palmam gerit.

Fulvius

Fulvius ex Sabini cognomine hunc Quinarium P. Titurio Quæſtori tribuit, cui lubenter accedimus; ſed dum illum ad Q. Titurii, Sabini, qui Cæſaris Legatus in Gallia fuit, filium revocat, & trophæum & victoriam, ad patris contra Unellos geſta referri conjicit, ex *Cæſaris* verbis, *Comm. de Bell. Gall.* ejus opinioni non aſſentimur. Antiquior eſt hic quinarius filio ejus Q. Titurii, & ejuſmodi quinarii à Victoriæ trophæum perpetuo coronantis typo, dicti ſunt victoriati, & non à victoria, quam retulit is, qui quinarium percuſſit: & ſemper ii Jovis Capitolini caput præferunt, ex inſtituto, ut videtur illius, qui primus eos ſignavit, quem Livium Druſum in Tribunatu fuiſſe ferunt.

Cicero, *in Oratione pro Fonteio*, nobis Titurium, Q. Titurio Cæſaris Legatò antiquiorem ſuppeditat. Hæc ſunt illius verba: Itaque Titurium Toloſæ quaternos denarios in ſingulas vini „ amphoras portorii nomine exegiſſe. Hic forſan Publius cogno- „ mine dici potuit, & antequam in Galliam Ulteriorem Prætor iviſſet, Quæſturam ſuſcepiſſe. Hi vero omnes P. L. & Q. Titurius ex eadem Familia fuiſſe videntur, etiam ſi obſcuri in *Hiſtoria Romana* illorum Magiſtratus extiterint, quùm illi antiquitatem ſuam ex Sabinis per denarios ſuperiores notarent.

TREBANIA.

TREBANIA gens videtur Plebeia, ut TREBATIA, quæ forſan pronunciatione, litteraque mutata, eadem fuit: nam idem nomen ab antiqua voce quadam derivari quis ſuſpicari poteſt.

I.

Caput Romæ galeatum: ex averſo latere L. TREBANI, in imo ROMA. Jupiter in quadrigis decurrentibus, d. fulmen vibraturus, ſ. ſceptrum & equorum habenas.

Quis fuerit L. Trebanius altum eſt apud *Hiſtoricos* ſilentium. „ Trebaniæ gentis nulla, inquit *Fulvius*, reperitur mentio apud „ eos *Scriptores*, quos ipſe viderim, niſi vero nummus extaret æreus, „ in quo hic Trebanius notatus ſit, crederem erratum fuiſſe ab eo, qui denarium cudit. *Patinus* vero, quidquid *Fulvius* attulit, ille abſtulit, & ait, „ *Cicero* quidem Trebatii meminit, quem Caium no- „ minat: ideoque error factus eſt dum pro TREBANIO appoſitus eſt TREBATIVS; ſed quot obſcuras & aliunde ignotas nobis protulere gentilitia id genus numiſmata; ut in hoc opere legere eſt. L. autem Trebanius in Quæſtura, hunc quadrigatum ſignaſſe videtur, in quo Jupiter Fulminator expreſſus eſt.

II.

Caput Jovis laureatum, pone quod nota s. ex averſa parte L. TREBANI. Navis, in imo ROMA, ad latus littera s.

Non modo L. Trebanius in Quæſtura argenteos denarios, ſed æreos nummos ad uſum Provinciæ ſignavit: littera s. pone Jovis caput ſolita ſemi aſſium nota, illum etiam pro ſemi libra notatum, licet tunc eſſet ſemiuncialis, tamen adhuc permutari arguit. Aſſes decem denarius faciebat. As dividebatur in moneta in ſemiaſſem, trientem & quadrantem, & aliquando in ſextantem. Aſſis nota erat littera I. quia primùm erat ex una libra. Semis vero s. Trientis 4. globuli, quatuor uncias, ſeu tertiam aſſis partem. Quadrantis 3. globuli

globuli tres uncias ſeu quartam aſſis partem, & denique ſextantis 2. globuli, uncias duas ſeu ſextam aſſis partem deſignantes.

III.

Caput Herculis pelle leonina amictum, pone quod tres globuli: ex altero latere L. TREBANI. Navis, in imo ROMA. ad latera tres globuli.

Eſt quadrans, tribus illis globulis in utraque parte nummi ſignatis, pro quarta aſſis parte, à L. Trebanio, in ſua pariter Quæſtura percuſſus, cum Herculis imagine, in anteriore illius parte. Ut autem Jovis caput in ſemi aſſibus ſemper iis temporibus; ita plerumque Herculis vultus in quadrantibus exhibebatur. Jupiter quidem, ut ſummus & tutelaris Romæ deus, Hercules vero ut præcipuus, poſt illum, Romanorum numen: nam Romulus, quùm ab Albanis ſuis deos adſciviſſet, Herculem, cujus cultum Arcades, qui Pallantium condiderant, in Foro Boario inſtituerant, imprimis veneratus eſt, & Romani deinceps ſuum Herculem appellarunt, Potentem, Pollentem, & Alexicacum.

IV.

Caput Romæ galeatum, ſupra quod tres globuli: in poſtica parte L. TREBANI. Navis.

Ut etiam in Quadrantibus Romæ caput, ſicut in denariis cuderetur mos invaluit; ita ut L. Trebanius illud in hoc nummulo exhibuerit. At quùm vox ROMA in eo non expreſſa eſt, ille in Provincia à Quæſtore cuſus exiſtimari poteſt, ceu ad monetam Romanam eſſe, indicandam, ſeu quod ipſa Roma apud gentes exteras, Trebanii ætate, pro dea coli inciperet; ut teſtantur nummi Græci, in quibus ΘΕΑΝ ΡΩΜΗΝ legimus. Smyrnæi, apud *Tacitum*, *Ann.* 4. ſe primos jactant templum Urbis Romæ ſtatuiſſe, M. Porcio Conſule, ſtante adhuc Punica urbe.

TREBONIA.

TREBONIA gens Plebeia, ſed Conſularis; ex qua Trebonia Lex de Comitiis Tribuniciis an. $^{350}_{1}$ Cognomen *Aſper* nobis ſupereſt in denariis, inditum L. Grebonio Tribuno Plebis, quod infeſtus eſſet Patribus, apud *Livium, lib.* 3.


I.


ASPER. Jupiter pectore tenus, pone quem ſceptrum: ex altero latere C. TREBONI. C. F. Ovis ante aram, ad cujus imum culter.

C. Trebonius Aſper, C. filius, ab illo Tribuno Plebis L. Trebonio originem traxiſſe indicat cognomen *Aſper*, quod retulit in Tribunatu an. $^{350}_{1}$ Infeſtum, quùm ſe Patribus Lege lata de Comitiis Tribuniciis reddidiſſet. T. autem Trebonius Quæſturam Urbanam geſſit an. $^{693}_{4}$ Tribunatum Plebis an. $^{698}_{9}$ quo Legem de Conſularibus tulit, poſt Tribunatum *C. Cæſari* Legatus in Galliam profectus eſt, ut colligitur ex *ejus Comm.* 5. Præturam Urbanam extra ſortem obtinuit à Cæſare an. $^{705}_{6}$ Ex Prætura Urbana Hiſpaniam Ulteriorem Procoſ. habuit an. $^{706}_{7}$ ut refert *Hirtius, de Bell. Alexand.* & eundo Maſſiliam oppugnavit. Anno ſequenti è Provincia ejectus eſt G. Scapula Duce apud *Dionem, lib.* 43. Conſul poſtea ſuffectus eſt an. $^{708}_{9}$ ut eruitur ex *Fragmento Tabulæ Collotianæ*, quùm Cæſar ſolus & ſine Collega factus eſſet initio anni. Porro cum aliis Cæſaris percuſſoribus in eum conjuravit, licet ei Proconſulatus Aſiæ à Cæſare decretus eſſet, in quem abiit an. $^{709}_{10}$

Prætor, ex *Suetonio* & *Macrobio*, ferias, advocata concione in Urbe indicere ſolebat; Idus vero omnes Jovi ſacræ, ideoque ipſis, Ovis mutabatur, quæ ob id dicebatur Idulis. *Ovidius.*

Idibus alba Jovi grandior agna cadit.


TITVRIA
SABINVS
L·TITVRI
SABIN
A·PV
TREBANIA
L·TREBANI
ROMA
TREBONIA
ASPER
C·TREBONI
C·F
P·DOLAEELLA
TVLLIA
ROMA
M·TVLLI
DECVLA
SERVI
M·F
M·TVLLIVS
TAB. CXXXIX.



TAB. CXL.

De qua tiam *Feſtus*, Idulis, ait, ovis dicebatur, quæ omnibus Idibus Jovi mactabatur; ut & *Macrobius*, *Saturn.* 1. Itaque C. Trebonius denarium hunc percuſſit, cum Jovis capite ex anteriore, & ovem ad aram ex altera cum cultro ad immolationem; ut ſe ſacrificium hoc Jovi factum indicaſſe denotaret. *Amicus* putat hoc ſacrificium ſpectare ad Conſulatum Trebonii, quod Conſules Jovi ſacra faciebant, Magiſtratum inituri: ſed injuges juvenci mactabantur, ex more ſolito, uti refert *Ovidius*.

Jamque novi præeunt faſces, nova purpura fulget,
Et nova conſpicuum pondera ſentit ebur.
Colla rudes operum præbent ferienda juvenci,
Quos aluit campis herba Phaliſca ſuis.

II.

P. DOLABELLA. caput Dolabellæ: ex altera parte, C. TREBONI. L. SEST. P. F. Tripus, ſupra quem corona, & altera in ambitu.

In Cornelia gente num. 64. jam prodiit hic denarius, ut pote qui P. Dolabellæ ejus gentis cognomen præferentis caput exhibet: ſed quùm à C. Trebonio, de quo nunc agimus, ſit percuſſus iterum memorandus venit. Trebonius tunc agebat Smyrnæ, Proconſul Aſiæ à Senatu confirmatus, dum Dolabella, cui Syria ex Senatuſconſulto fuerat decreta; ſed anno ad exitum vergente, ibi commoratus eſt Dolabella, & ita, ut refert *Dio*, Trebonio uſus eſt, ut is ſummam ſibi „ Dolabellæ benevolentiam polliceretur, ejus militibus ali- „ menta ultro daret, ac cum eo citra omnem metum con- „ victum haberet. Imo hic denarius nos edocet, ſibi mutuam fidem & amicitiam juraſſe, & in id ſimul ſacra feciſſe: in cujus gratiam L. Seſtius, Trebonii Quæſtor, Dolabellæ effigiem tanquam Proconſulis in antica parte exhibuit, & tripodem ſacrificii teſtem, cum Trebonii nomine & ſuo in altera expreſſit.

Quam ad confidentiam poſtquam Trebonius devenit, ac

nulla ſui ipſius cuſtodia uteretur, Smyrnam repente noctu Dolabella occupavit, Trebonium interfecit, ejuſque caput ad Cæſaris ſtatuam projecit; ſed hoſtis à Senatu judicatus, Caſſius eum in Syria Laodiceæ obſeſſum ad voluntariam mortem compulit, & quanquam Trebonium inhumatum projeciſſet, tamen ſepultura dignatus eſt ille.

TVLLIA.

TVLLIAM gentem fuiſſe Patriciam indicat *Livius*; Sed Plebeiæ nummi tantum ſuperſunt. Ejus nomen à prænomine *Tullo*; ominis autem cauſa Tullus dictus eſt, quaſi *tollendus*, o in u verſo ex *Valerio*. Sic cognomen *Decula*, prius *Decola*, ex *Pighio* & *Glandorpio*, quod nullum haberet domicilium, ut *Publicola* his temporibus dictus eſt. Alii cognomen habuiſſe *Decolæ* volunt, quod de *cole* natus ſit, quem vidit ejus mater apud *Plutarchum*, *lib. de Fort. Rom. pag.* 323. *Cicerones* antiqui vocati ſunt, quod *Cicer* optime ſererent, ex *Sigonio*. De Cicerone vero Oratore *Plutarchus* ait *in ejus vita*, habuit in extremo naſi in modum *ciceris* cæcam inciſuram, unde cognomen quæſivit.

I.

Caput Romæ, pone quod ROMA, ex averſa parte, M. TVLLI. Victoria, in quadrigis decurrentibus, d. habenas equorum, ſ. palma, in vertice corona.

Idem typus à Trajano reſtitutus, Lugduni aſſervatur, apud *D. Romans de Rive*. Licet M. Tullius, ſine cognomine, in hoc denario reperiatur, ex illius forma antiquitatem redolente, eum ad M. Tullium Deculam, Conſularis patrem, revocamus; nec alius prænomine Marcus, cum alio cognomine, inter Magiſtratus occurrit. Is Quæſturam Pro vincialem ſuſcepit an. $^{624.}_{5}$ quo hunc quadrigatum percuſſit; at quia Victoria in eo palmam gerens, ut & corona in area ſpectatur, victoriam aliquam denotant, illam, à M. Aquilio Conſule in Aſia de Ariſtonico & Aſianis relatam indicare poteſt, cujus forſan Quæſtor fuit, poſt Quæſturam vero Tribunatum Plebis accepit an. $^{629.}_{30}$

II.

SERVI. DECVLA. Caput Servii Tullii Deculæ, Regis diade-

mate

mate ornatum: ex altera parte, M. TVLLIVS M. F. Figura nuda, d. equum capiſtro tenet, ſ. ſtrophium.

M. Tullius M. filius Decula patri ſuccedit, & alludens cognomini Servii Regis Deculæ, ſe ab illo originem trahere volebat; Ideo Quæſtura Provinciali ſuſcepta an. $\frac{655.}{6}$ hunc denarium percuſſit, cum Servii Regis imagine, ornati diademate, quo in hoc regium ſe infundere perſuaderet. Ita hoc tempore plurimorum erat jactantia levitaſque, qui falſis imaginibus ita nobilitatem quærebant, quod obliquè poſtea notavit *Tullius Cicero in Bruto*,
„ hæc proferens; ut ſi ego me à M. Tullio eſſe dicerem, qui
„ Patricius cum Ser. Sulpicio Conſule, anno 10. poſt exactos reges.

In averſa parte Eques capiſtro equum ducit, ad denotandum Cenſum, quem primus Rex Tullius invenit; itaque Legem de Cenſu tulit, quinto quoque anno. At quùm Romulus tres Equitum Centurias inſtituerat, & Tarquinius Priſcus eorum numerum duplicaſſet; Tullius vero Rex novas alias duodecim adjunxit, & ad equos emendos dena millia æris ex publico ipſis dari & in duas attribui juſſit, quæ bina millia æris in ſingulos annos penderent, quibus equos alerent. Poſt autem exactos Reges, Cenſores facti ſunt an. $\frac{310.}{1}$ & Equites citabantur nominatim à Præcone, in ſua quiſque tribu, vocatuſque equum publicum traducebat, ut in hoc denario demonſtratur, Cenſoribus oſtendens.

Ex Quæſtura Tullius Decula Tribunatum Plebis adeptus an. $\frac{650.}{1}$ Ædilitatis repulſam paſſus an. $\frac{663.}{4}$ eam obtinuit an. ſequente, Prætor deinde Provincialis fuit an. $\frac{668.}{9}$ & tandem Conſul creatus eſt cum Cn. Cornelio Dolabella an. $\frac{672.}{3}$ quùm Sylla creatus eſt Dictator Reipublicæ conſtituendæ cauſa M. Deculæ Italia & Dolabellæ Macedonia obtigere.

III.

Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA; ex poſteriore parte, M. TVLLI. M. F. CICERO. Caſtor & Pollux, equites aſtris inſignes, decurrunt cum haſtis.

M. Tullius M. filius Cicero, ille eſt Orator, omnium Sabinorum Princeps, cujus geſta hic deſcribere non inſtituimus, quæ *Plutarchus* & *alii* illuſtrarunt; ſed ordine noſtro illius Ma-

giſtratus

giſtratus proferemus, & quidquid ad illius nummos explicandos prodidit. Is Quæſturam Provincialem ſortitus eſt Siciliam, ſub Prætura anni ſecundi Sex. Pæduccii Lilybetana an. $^{678.}_{9}$ quo, ante in eam profectionem, denarios, ad Provinciæ impenſas, Romæ percuſſit, in quibus ſe M. filium appellat, quem ex Equeſtri ordine quidam fuiſſe exiſtimant. Ciceronis cognomen ei inditum eſt & tulit; quod quùm amici, ut abjiceret, conſulerent, quando honores peteret, fertur glorians dixiſſe, eniſurum ſe illuſtrius Ciceronis nomen Scauris & Catulis reddere.

Tribunus Plebis non fuit; liberum enim erat hunc Magiſtratum vel Ædilitatem omittere. Ædilis fuit an. $^{684.}_{5}$ & Præturam Urbanam geſſit an. $^{687.}_{8}$ Quæſtionique de repetundis præfuit. Anno ſequenti in Provinciam ire recuſavit ex Prætura, annumque adeptus 43. Legibus ad Conſulatum obtinendum præſcriptum, geſſit cum C. Antonio an. $^{690.}_{1}$ quo Catilinaria ab eo conjuratione detecta, dictus eſt Pater Patriæ; ſed quæ illi poſtea exilium procuravit. In Conſulatu Macedoniam, quæ illi obtigerat, ut Collegam Reipublicæ ſtudioſum redderet, ipſi conceſſit Galliamque minus quæſtuoſam accepit an. $^{691.}_{2}$

IV.

ΕΠΙ Μ. ΤΥΛΛΙ. Caput Cereris velatum, ante quod duæ ſpicæ: ex poſteriore parte, ΤΡΙΜΕΝΟΘΥΡΕΩΝ. Diana Epheſia, tutulo inſignis.

Jam vulgavit *Seguinus*, hunc nummum dum ſuus erat, & Tullio Cimbro inter Cæſaris percuſſores præcipuo addixit, tunc regius factus. Ipſum M. Tullio Ciceroni tribuimus. Locus, in quo cuſus erat, *Seguino* ſuadebat, ipſo favente, ut ad Oratorem revocaret. Trimenothyritæ erant tunc Phrygiæ Majoris, ultra Mæandrum, quæ, ut ipſe notavit, in adminiſtratione Cilicienſi addicta erat Ciliciæ Rectoribus, & nunquam Bithyniæ, cui præerat Cimber: ſed quùm Imperatoris nomen deeſſet, quod in ſequente ſcriptum eſt, maluit eum ad Cimbrum detorquere, qui à plurimis *Scriptoribus* Lucius appellatur; quaſi vero Imperatoris nomen eſſet neceſſarium ad cudendos nummos. Illum autem titulum Cicero nondum obtinuerat, dum hic ſub ejus nomine à Trimenothyritis percuſſus eſt.

Cicero, duodecimo anno poſt Conſulatum, ex s. c. & Lege Pompeia, Ciliciam & Cyprum Ap. Claudio ſuccedens rexit. Plures erant ſub Imperio Cilicienſi Ciceronis Provinciæ; nempe Cilicia Campeſtris, Pamphylia, Lycaonia, & Phrygiæ Majoris; pars ultra Meandrum, in qua erat urbs Trimenothyræ, ut ceteri alii nummi innuunt. Deinde tres Diœceſes, Aſiaticæ ab eo dictæ, *Ep.* 67. *l.* 13. nempe Laodiceam, Cybiram & Apameam, quas Appius ejus Prædeceſſor quoque rexerat extra ordinem: quippe quæ ad Aſiæ Proconſulem antea pertinebant, quin & Cyprus Inſula. Ad III. Kal. Sextiles cum imperio veniens Laodiceam, quæ prima ejus ingreſſui occurrit, incredibilis fuit ex omnibus urbibus ad eum inviſendum concurſus; quùm ut minimo ſumptui Provinciæ eſſet Proconſul, nil mirum ſi parvæ etiam civitates in ejus memoriam ſuam monetam ſignarent.

Trimenothyritæ, ut hic nummus & *Ptolemæus* illos vocant, in parte anteriore Cererem, ſuam deam tutelarem, cum ſpicis exhibuerunt, cujus rei teſtis eſt *Maximus* ille Valeriani & Gallieni in *libro de Nummis Græcis Impp.* cum epigraphe ΚΛΕΟΒΥΛΟC ΑΡΧ. Α. ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥCΙΝ. Ceres in quadrigis vehitur, utraque manu tædam gerens, quam Phryges magno honore proſequebantur. At in averſa parte nummi noſtri ſignata eſt Diana Epheſia, ad arguendum Temenothyritas hujus Provinciæ diœceſeos eſſe.

II.

Corona ex hederæ foliis & baccis, in cujus medio ciſta aperta, ex qua exilit ſerpens: ex altero latere, M. TVLLI. IMP. ΛΑΟ*δικέων* ΛΑΒΑΣ ΠΥΡΡΟΥ, *Laodicenſium Labas Pyrrhi filius.* Duo angues, adverſi ſpiris ſuis, pharetram & arcum amplectuntur, ad lævum latus caduceus.

Cicero, compoſitis urbium ſuæ Provinciæ clariſſimarum rebus, cum duabus legionibus, quas obtinuerat à Senatu, in Cappadociam, ad reſtituendum juniorem Ariobarzanem, profectus eſt, & ad Amanum montem, cujus incolæ Parthis favebant, progreſſus, eos diſſipavit, & plurimos occidit, captiſque ſex in circa caſtellis, Imperator ab exercitu appellatus eſt. Confecto ſub exitum anni Cilicienſi bello, hyberna, per Q. fratrem, in agrum male pacatum exercitum diviſit, ipſe Tarſo ſe Laodiceam contulit,

ibique

ibique forum egit omnium diœceſeon, præterquam Ciliciæ, ex Id. Febr. ad Kal. Maias. Interea urbis Strategus ſeu Prætor, Sabas, Pyrrhi filius *Ciſtophoros*, id eſt, nummos tetradragmales argenteos cudit, à *Ciſta*, quam ab una parte præferunt, ita nominatos, quorum CCXLII. millia *Livius* triumpho M. Acilii de Antiocho Magno in ærarium illata profert, *lib.* 47.

Ex altera parte, inter angues, Aſiæ inſignia, ut teſtatur Augusti frequens quinarius, cum hoc lemmate & epigraphe, ASIA RECEPTA, nomen M. TVLLI. IMP. in æternam rei & geſtorum illius memoriam appoſuit; notata urbe ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ, in qua percuſſus eſt *Ciſtophorus*. Peracto cum ſui deſiderio Provinciæ Imperio uſque in adventum ſucceſſoris, A. D. III. Kal. Sextiles an. 703/4. deceſſit Rhodum profectus: reliqua ejus vitæ pete ex *Plutarcho & aliis Scriptoribus*.

VI.

AP. CLAVDI. C. F. PVLCHER. Caput Veſtæ velatum, pone quod VESTA: ex altera parte, M. TVLLI. M. F. CICERO IIII VIR. Templum rotundum, in cujus aditu Veſtæ ſignum, ſupra cippum.

Duas hic denarius Familias exhibet Tulliam & Claudiam: de hac jam in ea gente diximus num. 13. *Nobis*, ut de Tullia nunc agamus, ſupereſt. M. Tullius Cicero M. F. indigitatur, & ſic ad patrem denarius prima fronte ſpectare videtur, ſed vox IIII VIR. cum nomine Collegæ Ap. Claudii C. filii ad Ciceronem filium protinus illum revocat, quùm ambo eſſent coætanei: nam Pulcher Conſulatum geſſit cum Norbano Flacco an. 715/6. & Cicero Junior, Idib. Sept. ſuffectus eſt Conſul an. 723/4. An vero Quatuorviri Monetales? non quidem videtur quùm ſociati ſint. Veſtæ templum in poſtica, cum imagine illius deæ in anteriore parte, potius ad Quatuorviros ſacris ædibus reficiendis, de quibus loquitur *Livius*, lib. 25. extra ordinem nominatis, pertinere nummum denotant.

Veſtæ templum alibi à Numa extructum diximus, de quo ſic *Plutarchus* narrat: Traditur Numam, cuſtodiæ cauſa perenni, Veſtæ „ templum circumdediſſe; quod rotundum ab eo extructum eſt; „ non ut terræ (quaſi ea Veſtæ eſſet;) ſed ut univerſi figuram exprimeret.

M. Cicero filius à *Val. Maximo*, inter eos, qui à claris parentibus degenerarunt, collocatur; nec quidquam patris, præter ſolam patris dicacitatem, referens: Conſulatum tamen aſſequutus eſt, tribuente id memoriæ patris Auguſto, quùm in M. Antonium Alexandriam pugnaturus iret. Cicero Syriam poſtea Procoſ. obtinuit, ex *Appiano*, ſed Aſiam ex *Seneca* patre, *Suaſor*. 7. forſan utraſque adminiſtravit.

VALE.

VALERIA.

VALERIA gens cùm Patricia, tum Plebeia. Eam è Sabinis oriundam cum T. Tatio Rege Romam migraſſe narrat *Dionyſius*, *lib.* 4. Primo Valeſia, Valeſios ut Aureſios à ſole nuncupari ferunt: deinde Valeria, littera R. reperta; Valeriæ Leges plurimæ fuerunt. De ære alieno, de provocatione, de Sacerdotis Cereris civitate, de Tribunicia poteſtate. Hæc uſque ad ſeptendecim cognomina apud *Hiſtoricos* habuit, ex nummis ſuperſunt. *Aciſculus*, cognomen, ut Poblicius dictus eſt Malleolus. Sic ille à Martello acuminato reperto, ut præferunt nummi, Acius dictus eſt, & diminutivum inde factum Aciſculus, & ut ab acu facta eſt acicula, & Ἀκίς. Apud *Calepinum* Aciſcularius Lapidicina dicitur, quia eo utebantur, ut jam vidit *Ill. Spanhemius* in latomiis ubi notat ex *Gloſſario* Aciſculum verti λατόμος. *Barbatus* à *barba* quam gerebat. *Catulus* diminutivum à Cato, qui prudens dicitur. *Corvinus* pariter diminutivum à *Corvo*, quod cognomen tulit M. Valerius, qui cum Gallo pugnans à corvo juvatus eſt, teſte *Macrobio*. *Falſo* idem qui *Falco*, ut à quibuſdam *Hiſtoricis* appellatur. Falcones autem dicti, quod pollices pedum curvatos falconis inſtar haberent. *Flaccus* autem dicebatur qui aures latas haberet & ob magnitudinem deorſum reflexas. *Lævinus* diminutivum à *Lævo*, quod eſſet Mancinus Meſſala, dictus eſt M. Valerius à Meſſana devicta. *Potitus* quod poſt xviralem invidiam Plebeiam in Patres incitatam legibus, & conditionibus ſuis mitigavit, unde Potiti nomen adeptus.

I.

Victoria pectore tenus, cum alis in dorſo: ex averſa parte ACISCVLVS, cum Aciſculo ſeu malleolo, cujus alterum caput in mucronem deſinit, in laurea.

Ordine alphabetico Valeriæ gentis nummorum explanationem inchoamus. Hujus qui Aciſculi cognomen præfert, nulla mentio apud *Hiſtoricos*, & tantum per frequentes denarios argenteos no-

tus; unde per tot ænigmata quærendus. Hunc vero Quæſtor Provincialis, quùm in illo deſit vox ROMA, percuſſit, poſt aliquam victoriam à Prætore vel à Proconſule, cujus erat Quæſtor, relatam, ob Victoriæ caput in anteriore parte cælatum, & cujus particeps fuit; ut indicare videtur laurea, ipſi haud dubie conceſſa, in poſteriore parte, ut & in ſequentibus nummis frequens percuſſa.

Aciſculus cognomen detorquet *Fulvius* ad Aciſcolam, quaſi Acis fluvii, in Sicilia Valerii fuiſſent accolæ; quod plurimis probare nititur, ſed fruſtra: nam malleus ille probat originis nomen, ut alter in Poblicia gente, num. 5. & 6. Aciſculus dicitur quod à voce Græca Ἀκὶς derivatur, quæ generaliter ponitur pro acumine, alterum illius caput in mucronem deſinat, inſtrumentum Fabrile, quo ſaxa cædebantur in latomiis; ut ex *Heinſio, Bataviæ altero lumine*, hauſit *Ill. Spanhemius, Diſſ. 6.* & firmat *Veteri Gloſſario*, in quo Aciſculus, λατόμος, redditur, ſed rem dirimere videtur *Calepinus*, his verbis: *Aciſcularius, Lapicida. ſuppl.*

II.

ACISCVLVS. Caput Neptuni, laureatum in corona ex lauro: ex altera parte, L. VALERIVS. Amphitrite, ſuperiore parte femina, d. ſubmiſſa, inſtrumentum trifidum, ſ. verſus faciem admota, inferiore piſcis in duas delphini partes disjunctus.

Cognomen Aciſculi ſatis erat notum, dum percuſſus eſt ſuperior denarius, ut ejus coætanei illum Valeriæ genti adjudicarent, ſed *Antiquarii* hodie ignorarent, cuinam tribuendum eſſet, ut *Hiſtorici* quonam tempore vixerit illa Familia, neſciunt; niſi in ceteris nummis L. VALERIVS inſcriberetur. Is autem in memoriam victoriæ, quam ſupra ſuſpicati ſumus, hunc denarium percuſſiſſe arguit, eadem ex lauro corona circa Neptunum, cujus caput expreſſiſſe videtur, ad indicandam illam fuiſſe navalem; quùm Neptunus maris regnum obtinere ſit creditus, cujus ope victoria relata eſt. Propterea lauream ejus capiti impoſuit Valerius, potius quam illi tridentem, peculiare ipſius inſigne, tradere voluerit; ſed ut Neptunum eſſe nemo dubitaret, Amphitriten ejus uxorem in poſteriore ejus parte expreſſit. Illam arguit inſtrumentum trifidum, quod illa gerit dextra, tridentis inſtar, ut maris regina:

Regina: nam tridentem Neptuno ideo appingunt, quod aquarum natura triplici virtute fungatur, ut inquit *Fulgentius*, nempe liquida, fæcunda & potabili. *Aliqui* Nereidos figuram eſſe exiſtimant, quibus non aſſentimur.

III.

ACISCVLVS. Caput Caſtoris capillis cincinnatis, cum ſtella deſuper: in averſa parte Europa, cum velo volitante, lauro vecta.

Tertius hic Aciſculi denarius, in Quæſtura Provinciali ſignatus eſt, ad denotandam Valeriorum originem; non modo ex Sabinis, ut nos docuit *Dionyſius*, *lib.* 4. ſed è Pelaſgis, quos, late ſumpto nomine, pro Græcis omnibus intelligit, ex quibus Valeria gens ipſa erat promanata. Illa autem in denariis expreſſit, quidquid illuſtre olim apud eos exiſtimatum eſt. Sed quænam eſt in anteriore denarii parte ſignata imago? Illam Apollini tribuit *Fulvius*, ſed quam ab eo diverſa ſit, norunt *Tyrones*. Eam Arcadis Evandri eſſe ſuſpicatur *Ill. Spanhemius*, in memoriam, ait, forte Arcadum προσελήνων, ob ſtellam in vertice capitis; ſed Luna potius exprimi debuiſſet. Stella vero peculiariter Caſtori aſſignata eſt, ut vidimus in gente Sanquinia num. 3. & 4. Nemo neſcit, qui *Pauſaniam* legerit, quo honore Caſtores tota Græcia proſequuta eſt, quùm ipſi ex Laconica regione eſſent oriundi, quot in urbibus illis extructa ſint templa; unde teſte ipſo Autore appellati ſunt Magni dii, *Attic. lib.*

Conjunxit Aciſculus cum Caſtore Europam, alteram Græciæ deam; quam ita venerabantur Corinthii, ut ejus oſſa in pompa veherentur Ellotiorum feſto, ut narrat *Athenæus*, *lib.* 15. *cap.* 5. „Textam coronam è Myrto vocari ſcribit Ellotida, ambitu cu- „bitorum viginti, eamque in Ellotiorum feſto, quod apud „Corinthios ſolemne eſt, in pompa vehi cum oſſibus Eu- „ropæ, quam Ellotida Corinthii vocant. Ad hunc locum *Caſaubonus* addit ex *Heſychio*: Ἑλλώτης Εὐρώπης στέφανος πλεκόμενος „πηχῶν εἴκοσι, & alibi Ἑλλώτια Ἑορτὴ ἐν Κρήτῃ, à Cretenſibus, ait, „igitur acceperunt Lacedæmonii, ut reliquorum ſuorum inſti- „tutorum magnam partem.

IV.

IV.

ACISCVLVS. Caput, ut ſupra, Caſtoris ſtella ornatum; pone quod Malleus dictus aciſculus: in averſa parte, L. VALERIVS. Caput Sibyllæ Delphicæ.

Diu hæſimus in quærenda illius feminæ, ex Caſtoris averſa parte, expreſſa imagine: tandem eadem mulieris ſimilitudo, idem habitus, idem capillorum cum faſcia ſuper eos geminata comptus, in nummo Cariſiæ gentis num. 12. nobis ſuppeditavit Sibyllam, ſed in qua Græciæ parte, niſi Delphicam. Hæc ex decem tertia perhibetur, cujus mentionem fecit *Chryſippus*, *eo libro quem de Divinatione* in lucem dedit, & in *Annalibus* ſuis, nominavit *Piſo*. Creditur vixiſſe ante bellum Trojanum, adeoque Delphis nata. *Amicus* vero objicit, ſi probe cum Helleſpontiaca ſimilis ſit, illa eſt, inquit. Nonnulli etiam eandem eſſe volunt, quod his in locis frequenter verſata ſit. Dicitur & Delphis ſaxum quoddam conſcendiſſe, atque inde μαινομένη ϗ̀ ἐκ τοῦ θεοῦ κάτοχος proclamaſſe, cui quidem inde ſaxi Herophilæi appellatio inhæſit, quùm ejus proprium nomen eſſet Herophile. Hanc autem Valerius cum Caſtore ſociavit, tanquam alterum Græciæ lumen. Aciſculus pone caput, ad cognominis Aciſculi originem percuſſus eſt, ut alter Malleus in Poblicia gente.

V.

Caput ut ſupra, Caſtoris cum ſtella in vertice, & aciſculo pone illud: in poſtica parte, L. VALERIVS. Stymphalis avis galea ornata, & duobus ſpiculis armata, cum clypeo ſupra alam lævam.

L. Valerius, ad denotandam è Pelaſgis ſuam originem, quidquid in Græciæ partibus celebre erat, in denariis ſuis expreſſit, & quùm in moneta ferè ſemper aliquod caput exhiberetur, in his denariis Caſtoris caput expreſſit, cùm ad illuſtrandam originis Familiam, tum propter cultum, quo Caſtorem forte ille veneraretur ut patrium numen, quùm eſſet Romæ illius ædes, in Circo Flaminio, & templum cum fratre in foro Romano.

In

In ſuperioribus, quidquid Corinthus, Lacedæmon, & Delphi memorabile habuerint, expreſſum; nunc quid in Arcadia Stympalum urbs, juxta quam illæ aves Stymphalides dictæ, à lacu Stymphali, quæ totam Arcadiam devaſtarent, homines ſpiculis, quæ gerunt, impetentes: ſed ut tantæ magnitudinis erant, quæ ſolis radios adumbrarent, ne ipſæ occiderentur, galeam in capite geſtare, & clypeum ſub alam ferre dicebantur: unde hæc omnia in denario exhibentur, tandem ab Hercule, uti refert *Diodorus*, ænei crepitaculi ſonitu fugatæ ſunt. Quem bene errorem *Fulvii*, qui hanc avem pro Sirene, quam in gente Petronia explicuerat, nobis obtruſit, *Ill. Spanhemius* retexit; nec Harpyia eſt ut *Antonius Auguſtinus*, & illum ſequutus *Natalis Comes*, putant; clare enim eas diſtinguit *Petronius*.

Tales Herculeâ Stymphalidas arte coactas
Ad cælum fugiſſe reor, pennaque fluentes
Harpyias cum Phineo maduere veneno
Fallaces epulæ.

VI.

ACISCVLVS. Caput Apollinis radiatum, pone Aciſculus: ex altero latere, L. VALERIVS. Diana, cum Luna bicorni in bigis, d. habenas equorum, ſ. flagrum.

L. Valerium Aciſculum, poſt Quæſturam, ad Præturam Urbanam perveniſſe, nos edocere videtur hic denarius, in memoriam ludorum Apollinarium, ab eo editorum, percuſſus. Hi erant, ut ſæpe diximus, Apollini & Dianæ ejus ſorori dicati, teſte *Zoſimo*. Quare ex una parte caput Apollinis ſcælavit. Vides, *Lector*, per coronam radiatam qua ornatus eſt ut ſol, quantum differt à Caſtore, quem Apollinem falsò eſſe exiſtimavit *Fulvius*: Dii enim ut agnoſcantur, cum ſymbolis, vel inſignibus, aut attributis depinguntur: Caſtor quidem ſtella qua donatus eſt à Jove: Apollo vero lauream gerit, ob vaticinia, quibus laurus apta eſt, vel ob ejus erga Daphnem in lauream converſam, amorem; aliquando etiam ipſi lyra datur, quam à Mercurio accepit: ſed nunquam ſtella ei tribuitur.

Diana variis ſymbolis inſignitur ; ſed quando Apollinem comitatur ut Solem , ſemper Luna bicorni ſupra frontem decoratur. Illa in denario bigas agens depingitur , ob Ludos Apollinares, qui in Circo celebrabantur.

VII.

III. VIR. A. A. A. F. F. Incus : ex averſo latere , L. VALERIVS CATVLLVS, circa ambitum , S. C. in area.

L. Valerio ſuccedit alter L. Valerius , ſed diverſo cognomine ; nempe *Catullus* ; & an ex antiqua illa gente, è Sabinis profecta, dubium eſt , ſi *Fulvio* credimus , qui Valerii Catulli Poetæ filius credi poteſt , non autem , ut ait , vel illius frater ; nam hunc nummum cudit , ut Triumvir Senatus ſub Auguſto, quùm monetæ cudendæ poteſtas cum eo diviſa videtur , eodem tempore , quo Provinciæ an. $^{728.}_{9}$ C. autem Valerius fuit Veronenſis , natus in Peninſula Sirmione, lacu Benaci in agro Veronæ ; non tamen obſcuro nec humili loco genitus : ſi quidem Valerii ejus pateris Julius Cæſar hoſpitio uſus eſt ut ex *Suetonio* eruitur. Fratrem habuit , cujus mortem deflet , & ille juvenili admodum ætate, quùm annum circiter 30. haberet , apud *Euſebium*. Unde L. Valerius probè Senatus Triumvir Monetalis fuiſſe exiſtimari videtur.

VIII.

FALTO. Caput Romæ galeatum : ex averſa parte, Q. VALER. Q. F. in imo ROMA. Victoria agit bigas , d. flagrum , ſ. habenas equorum.

Ad Faltonis cognomen Valeriorum devenimus quod primum tuliſſe reperimus P. Valerium Prætorem an. $^{449.}_{50}$ qui filium habuit Q. Valerium Ædilem Curulem an. $^{476.}_{7}$ cujus major natus Q. Valerius Falto Quæſtor Provincialis an. $^{503.}_{4}$ hunc bigatum frequentem argenteorum denariorum ejus ætatis typum , percuſſit. Poſt Quæſturam vero Ædilitatem Curulem adeptus eſt an. $^{508.}_{9}$ Inter Cives & Peregrinos Urbanam primus obtinuit Præturam an. $^{511.}_{2}$ ſed hac Collegæ relicta ex S. C. cum imperio in Siciliam ire juſſus eſt. Ipſi Proprætore prorogata eſt Provincia an. $^{512.}_{3}$ & cum C. Lutatio

tatio Catulo, ex auctoritate Senatus, Carthaginienſibus pacem dedit poſt annos belli 23. cum tributo, & Sicilia Romanorum facta eſt, Hieronis regno excepto; unde cum Catulo Romam ad Triumphum venit, ut teſtantur *Tabulæ Capitolinæ*.

Q. VALERIVS. Q. F. P. N. FALTO. PRO. PR. A. DXII./DXIII. *Varr.*
EX SICILIA. NAVALEM. EGIT. PRID. NON. OCT.

Q. Valerius deinde Conſulatum cum C. Mamilio Turrino obtinuit an. 514/3 ſed horum Conſulum Provinciæ ac res geſtæ apud *Hiſtoriæ Scriptores* oblivione ſepultæ ſunt.

IX.

Caput Jani bifrontis barbatum: ex poſtico latere, P. FALTO. Q. F. in imo ROMA. Navis ſolita.

Ad P. Valerium Faltonem hic nummus, tertiæ magnitudinis, fratrem Q. Valerii Faltonis, de quo ſupra, pertinet. Is Quæſturam Provincialem geſſit an. 505/6 in qua hunc ſextantarium percuſſit, poſtquam As libralis hoc fere tempore, nempe dum arderet primum bellum Punicum, ad uncias duas, ex *Plinio*, reductus eſt. Iis autem aſſibus ſemper caput Jani bifrontis, quod ille cum Saturno, cui regnum communicaverat, pecuniam conflare cœperant, expreſſum eſt, cum Navi ſolemni eorum typo, ob ipſius Saturni in Italiam adventum.

P. Falto ex Quæſtura Ædilitatem Curulem adeptus eſt an. 510/1 & deinde Præturam Urbanam inter Cives & Peregrinos an. 512/3 & tandem Conſulatum cum Cn. Cornelio Blaſione an. 515/6 uno anno ſerius quam frater Q. Falto. Gallia Publio Conſuli obtigit; de quo *Zonaras* narrat, illum, quùm primo prælio à Gallis ſuperatus eſſet, poſtquam ab Urbe ſibi auxilia miſſa intellexiſſet, Gallos iterum aggreſſum fuiſſe, ante quam illa veniſſent, Gallos ingenti pugna viciſſe, ſed ob priorem cladem ipſi negatum Triumphum ſcribit *Oroſius*.

X.

Caput Jani bifrontis : ex altera parte, P. VAL. FL. in imo ROMA. Navis.

Valerii cognomine Flacci Faltones ſequuntur ordine alphabetico ; ſed cognomine antiquiores ſunt, licet ex eadem gente Patricia originem habeant. Nam ex ea Valerium Publicolam, liberatorem illum patriæ, cujus ſtirpis nulli ſuperfuerunt, dum nummi Romæ ſignati ſunt, fuiſſe indicat *Cicero, in Oratione pro L. Valerio Flacco.* Publius autem, de quo nunc agitur, filius fuit L. Valerii Flacci Coſ. cum T. Otacilio Craſſo an. $\frac{492}{3}$ & ipſe Conſulatum obtinuit, ut infra dicturi, & ad Magiſtratus aſcendit, per Quæſturam Provincialem, an. $\frac{516}{7}$ quo hunc ſextantarium aſſe librali, hoc tempore ad illum reducto, percuſſit.

Ex Quæſtura Ædilitatem Curulem adeptus eſt an. $\frac{521}{2}$ Præturam inter Cives & Peregrinos ſortitus eſt an. $\frac{524}{5}$ & Conſulatum tandem obtinuit cum M. Atilio Regulo an. $\frac{525}{6}$ quo Prætores primum quatuor creati ſunt, inter quos M. Flaccus, ejus frater, Sardiniam ſorte adeptus eſt. De Conſulibus nihil hoc anno certum.

XI.

AED. CVR. Caput Cereris corona ſpicea ornatum, in averſa parte, T. FLAMIN. T. F. L. FLAC. P. F. EX S. C. Duo Ædiles ſedentes, hinc & inde ſpica, in aliis modius adeſt.

P. Flacco patri Conſulari ſuccedit & ipſe filius Conſul etiam poſtea L. Flaccus, ut ipſa fert epigraphe, L. FLAC. P. F. Quæſturam Provincialem iniit an. $\frac{547}{8}$ eodem quo & T. Flaminius illam accepit, cum quo Ædilitatem Curulem geſſit, ex ipſo denario & *Livio*; quem ille illuſtrat an. $\frac{552}{3}$ ipſi frumenti vim magnam, quam ex Africa P. Scipio Africanus Procoſ. miſerat, quaternis in modios æris populo, ſumma fide & gratia, diviſerunt, ex Senatuſconſulto. In cujus memoriam hunc ſimul denarium ſignavere, in anteriore illius parte Cererem, ut deam quæ frugibus præeſt, cuderunt, & ex altera parte ipſi ſedentes viſuntur, pro frumenti diſtri-

butione;

VALERIA.



TAB. CXLI.

VALERIA



TAB. CXLII.

butione; cujus teſtes ſunt ſpicæ, ad latera. In altero, quem Romæ vidimus, aderat modius ante Ædilium crura.

Ex Ædilitate Præturam obtinuit Siciliam Q. Fulvio ſuccedens an. 554/5 & Conſul creatus eſt cum M. Porcio Catone an. 558/9 Italia obvenit Valerio, anno ſequenti 559/60 Procoſ. Galliam obtinuit, & inſignem de Inſubribus & Boiis Gallis, circa Mediolanum, victoriam reportavit; de quibus tamen non videtur triumphaſſe. Triumvir agris dandis, Bononiam colonos deduxit an. 564/5 Cenſuram cum Collega Catone in Conſulatu, geſſit an. 569/70

CENS. L. VALERIVS. P. F. L. N. FLACCVS M. PORCIVS M. F. CATO
LVSTR. F. XXXXVIIII.

In hac Cenſura L. Valerius Flaccus Princeps Senatus à Catone Collega dictus, & etiam numeratur in numero Pontificum an. 573/4

XII.

Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA: ex altero latere, L. FLACCI. L. F. Caſtor & Pollux aſtris ornati, equites, ſed averſi cum haſtis præ manibus.

L. Valerii Cenſoris hic filius, ut fert ipſa inſcriptio, L. FLAC. L. F. patre, avo & proavo Conſularibus illuſtris, & ipſe Conſulatum obtinuit; ad quem per Magiſtratus ordinarios aſcendit; primumque Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. 585/6 quo hunc denarium percuſſit cum Caſtoribus, ſed non ſimul decurrentibus, ſed in diverſa loca abeuntibus: nam immortalitate inter eos communicata, poſtea ex *Homero*, inter aſtra collocatos, alternis diebus, eorum quemque lucere; unde ſtellis inſigniti ſunt.

Ex Quæſtura Ædilitatem Curulem adeptus eſt cum L. Cornelio Lentulo Lupo an. 590/1 & cum Collega Ludis Megalenſibus *Heautotimorumenon Terentii Poetæ Comœdiam* primum dedere. Præturam Provincialem ſortitus eſt an. 594/5 & tandem Conſul cum M. Claudio Marcello III. creatus fuit an. 600/1 Valerio obvenit Gallia, in qua proſperè pugnatum fuiſſe *Julius Obſequens* affirmat.

XIII. XIV.

Caput Romæ galeatum, ponę quod x. & alter præfert XVI: in averſa parte, C. VAL. C. F. in imo ROMA. Victoria bigas agit, d. flagrum.

Temporis ordo poſtulat, ut ad Familiam Flaccorum alteram divertamus, & illam altius repetamus. P. Valerius Flaccus Conſularis, cujus nummum ſupra retulimus inter Flaccos primum, duos habuit filios, Lucium Cenſorium, cujus etiam denarium produximus, & Caium, Flaminem Dialem Ædilem an. 554. At quùm noſter denarius præferat C. Val. Flac. C. F. cum nota XVI. pro X. nimirum quùm denarius XVI. aſſes valeret ſecundo bello Punico incepto an. 535/6. ad C: Valerium, hujus C. Valerii Flaminis Dialis filium majorem, pertinere poſſet: nam habuit alterum prænomine Lucium, & vulgo primogeniti patris prænomen ferebant. Porro conjectura eſt, quùm de illo *Nemo* loquatur; ſed quanta ignorantur? aut poſt Quæſturam in qua denarium percuſſit, forte mortuus eſt.

Si hæc conjectura non arrideret, *Fulvius* in hac re etiam dubius „ addit, quamvis fieri poteſt ut, poſterioribus quoque tempori- „ bus Populus Romanus, ære alieno preſſus, argenti pondus „ minuerit, & denarius hujuſmodi à C. Valerio percuſſus fuerit, filio C. Valerii ejus, qui Conſul fuit cum M. Herennio an. 660/1. Is Syllanis temporibus Quæſtor fuit, quibus forſan, ob bella, denarii ad ſedecim aſſes iterum aſcenderunt: nam Præturam inter Cives & Peregrinos geſſit an. 669/70. de quo infra.

XV.

Victoria medio corpore, cum alis in dorſo: in averſa parte, L. VALERI. FLACCI. Mars galeato capite, ſtans nudus cum ſtrophio, d. haſtam tranſverſam, ſ. trophæum, à dextris apex, à ſiniſtris ſpica.

Si denarius ſuperior à C. Valerio Flacco C. Flacci Flaminis Dialis filio, ut conjicimus, majore, verè hic ad Lucium ejus filium pertinet, licet denarius id non præferat: ſed apex & Mars, L. Flaminem Martialem fuiſſe demonſtrant, ut videbimus in ejus Conſulatu. Is Quæſturam Provincialem iniit an. 609/10. factus eſt Ædilis Curulis cum L. Cornelio Siſenna an. 614/5. De ejus Ædilitate loquitur

Cicero,

Cicero, *in Orat. pro L. Flacco.* Adjungis, inquit, cauſas inimicitiarum, quod Patri L. Flacci, Ædili Curuli, pater tuus Tribunus Plebis diem dixerit, &c. Spica indicat denarium in hoc Magiſtratu, à L. Valerio, ob diſtributionem frumenti populo factam, ſignatum fuiſſe, quod L. Calpurnius Piſo ex Sicilia miſerat ex s. c.

Addidit ex altera parte apicem, ad indicandum ſuum ſacerdotium, ſed cum hic eſſet plurimis Flaminibus familiare, Martis ſignum exhibere voluit, ad declarandum ſe Martialem Flaminem eſſe. At neſcimus cur *Fulvius*, commentus ſit Martem d. pede tantum armatum, ut ad Valeriæ gentis originem eum longis argumentis transferret; porro optimè adjunxit, (*ut apparet*), detritus haud dubie erat ille denarius, quem vidit.

Ex Ædilitate Curuli L. Valerius Præturam inter Cives & Peregrinos ſortitus eſt an. 617. Provincialem obtinuerat an. 618. ſed in Italia retentus eſt ob ſacra. Conſul tandem creatus fuit cum P. Licinio Craſſo Muciano an. 622. magnæ inter eos obortæ ſunt contentiones, ob bellum contra Ariſtonicum gerendum, in Aſia, quod quùm Craſſus eſſet Pontifex Maximus, & Flaccus eſſet Flamen Martialis, ſe inter ſortiri vel comparare juſſi ſunt. Pontifex Maximus dixit multam Flamini ſi à ſacris diſceſſiſſet, tandem remiſſa eſt multa L. Flacco, & Craſſus ad bellum profectus; primuſque Pontifex Maximus extra Italiam armatus abiit, ſed anno ſequente victus occubuit.

XVI.

Victoria pectore tenus, cum alis in dorſo: ex altera parte C. VAL. FLAC. IMPERAT. EX. S. C. Aquila legionaria inter duo ſigna militaria, in quorum dexteriore H. id eſt, *haſtati*, & in poſteriore P. id eſt, *Principes*.

C. Valerius Flaccus ille, qui hunc denarium percuſſit, Imperatoris nomen ſibi aſſumit, & hic haud dubie eſt, de quo *Cicero* loquitur, *in Oratione pro Quinctio*, his verbis: Expulſus atque ejectus è prædio Quinctius, accepta inſigni injuria, confugit ad C. Flaccum Imperatorem, qui tunc erat in Provincia; quem ut ipſius dignitas poſcit, nomino. Sed quis ille fuerit, ut inquirere ſolemus, *Manutius* putat, *in explan. ad hunc Ciceronis locum*, eum eſſe, qui ante annos duodecim cum M. He-

rennio Conſul fuerat an. 660/1. Sed, pace *tanti viri*, non potuit Galliam Ulteriorem hoc tempore regere, nempe an. 661/2. ſed hic videtur eſſe filius C. Valerii Flacci, qui Prætor Provincialis an. 670/1. Citeriorem obtinuit, ut ex *Appiani Ibericis*, colligimus.

C. Valerius filius Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. 671/2. Ædilis Curulis factus an. 676/7. Prætor inter Cives & Peregrinos an. 679/80. & Provincialis ſortitus eſt Galliam Narbonenſem an. 680/1. & contra Gallos rem proſpere geſſiſſe videtur; ſi quidem ex s. c. approbatus illi ab exercitu Imperatoris titulus. In cujus memoriam exhibuit in denario, quem percuſſit, ipſius exercitus inſignia; nempe aquilam legionariam, totius legionis ſignum. Ut enim erat compoſita ex Haſtatis & Principibus & Triariis, quibus omnibus ſua peculiaria vexilla; ſic imprimis notata erat littera H. Haſtatos denotans, ſiniſteriore P. pro Principibus indicandis: Triariorum autem erat Aquila, quæ, ut totius etiam legionis erat ſignum, in medio collocabatur.

XVII.

LAEVINVS. Caput Romæ galeatum, pone quod ROMA: ex averſo latere, M. VALERI. P. F. Caſtor & Pollux aſtris inſignes, in equis decurrentes, cum haſtis.

Lævini Flaccos ſequuntur, ordine alphabetico, & hic M. Valerius Lævinus fuit, ut fert epigraphe, P. filius, avumque habuit Publium, qui primus, Tarentino bello, prælium cum Pyrrho commiſit, inter Pandoſiam & Heracleam, ad Syrim amnem, an. 473/4. Ille vero Quæſturam Provincialem inire cœpit an. 526/7. quo hunc denarium, cum ſolito Romæ capite typo, & Caſtoribus in averſa parte decurrentibus, ad indicandam fratrum concordiam, percuſſit.

Ex Quæſtura ad Ædilitatem Curulem pervenit an. 531/2. & Præturam non geſſit, ante Conſulatum, ſi credimus *Sigonio*, qui cum Æmilio Lepido Conſul ſuffectus eſt L. Veturio Philoni & C. Lutatio Catulo an. 543/4. quod *Livius* M. Valerium bis Conſulem ſæpius nominat: Præturam vero obtinuiſſe inter Cives & Peregrinos contendunt alii an. 538/9. & Tribunal extra portam cum Fulvio Flacco, qui jam bis Conſul fuerat, ob cladem Cannenſem, ut Conſulibus facilior typus redituſque foret: nam ipſi Valerio etſi

Urba-

Urbano Prætori decretæ ſunt, ad oram maritimam ſervandam, inter Brunduſium & Tarentum, viginti quinque naves. Prorogatum illi imperium anno 538/9 quo Oricum, contra Philippum Regem, Claſſe defendit, & ſequentibus etiam prorogatum eſt, uſque ad annum 543/4 quo abſens Conſul iterum creatus eſt, cum M. Claudio Marcello IV.

Lævino Italia cum bello contra Annibalem obvenit, & anno 544/5 Siciliam Procoſ. obtinuit prorogatumque illi imperium an. 545/6 quo æſtate, in Africam trajiciens, ingentem de Pœnis navalem victoriam & prædam retulit; de qua *Livium* conſule, qui eum anno ſequente 546/7 alteram navalem victoriam reportaſſe ſcribit, imo Propr. oram Græciæ maritimam extra ordinem an. 552/3 cum claſſe conatibus Philippi obſiſtere & ſocios in fide continere juſſum.

XVIII.

Caput Jovis Capitolini laureatum: ex altero latere, C. VALERI. M. F. P. N. LÆVINVS. Jupiter in quadrigis triumphalibus, d. fulmen, ſ. ſceptrum, cum habenis equorum.

Marco patri ſuccedit C. filius, ut habet denarii epigraphe, bellicæ virtutis paternæ heres, Quæſturam Provincialem geſſit an. 569/70 Ædilis Curulis factus eſt an. 572/3 Prætor ex quatuor, qui lege Bæbia, an. 574/5 creati ſunt, Sardiniam ſortitus obtinuit, & Conſul ſuffectus eſt à Q. Petilio Spurino an. 577/8 in locum Cn. Cornelii Scipionis Hiſpali, qui in Magiſtratu mortuus eſt ambo contra Ligures profecti ſunt, diviſiſque copiis, Petilius incautè occiſus eſt, & C. Lævinus, ob res ita proſpere adverſus illos geſtas, triumphum meruit; ut *Tabulæ Triumphales* & denarii denotant:

C. VALERIVS. M. F. P. N. LÆVINVS. COS. ANN. DLXVII. DLXVIII. *Varr.*
DE. LIGVRIBVS. ... ...

Denarius Jovem, quadrigas triumphales agentem, exhibet, cum litteris, C. VALERI. M. F. P. N. LÆVINVS. non autem ſemper Triumphans ipſe in quadrigis exprimitur; ſed Jupiter, cujus ope & auxilio hoſtes deviciſſe exiſtimabant; ad cujus templum in Capitolio ibant, gratias ei de victoria relata acturi: qua de re illius caput in anteriore denarii parte ſignatur.

XIX.

MESSALLA. Caput Romæ galeatum, pone quod ſpica: ex altera parte, M. MAX. M. F. in imo ROMA. Quadrigæ decurrentes, in quibus Victoria, d. flagrum, ſ. habenas equorum.

Lævinis ſuccedunt Valerii cognomine Maximi: ſed Manius Marci F. Marci N. qui denarium cudit, ſibi agnomen Meſſalæ adjunxit, ut infra dicemus. Is Quæſturam Provincialem iniit an. $^{482.}_{3}$ Ædilis Curulis fuit an. $^{486.}_{7}$ & poſtea Conſul creatus eſt an. $^{490.}_{1}$ cum Otacilio Craſſo. Jam ille Maximi cognomen paternum ferebat, quod M. Valerius Voluſi F. Dictator an. $^{259.}_{60}$ adeptus erat, ob bellum feliciter confectum contra hoſtes, & pacem inter Patres & Plebem exactè conciliatam, teſte *Cicerone in Bruto*, & ad poſteros reliquit. Sed quùm Conſuli Sicilia obtigiſſet, à devicta nobiliſſima urbe Meſſana dictus eſt, ut ſcribit *Seneca, ad Paulinum*, Meſſanam initio appellatum eſſe paulatimque vulgo permutante litteras, Meſſalam dictum. De Pœnis ideo meruit triumphum, ut teſtantur *Marmora Capitolina*.

M. VALERIVS. M. F. M. N. MAXIM. AN. $^{\text{CDXC.}}_{\text{CDXCI.}}$ *Varr.*
MESSALLA COSS. DE. POENEIS. ET. REGE SICVLOR.
HIERONE XVI. K. APRIL.

M. Valerius de manubiis victoriæ denarios, ad remunerandos eos qui eum in Triumpho comitarentur, percuſſit; & quidem quadrigatos, non triumphales, quod Victoria flagro equos agit; ſed ut illi ex Siciliæ manubiis viderentur, ſpicam pone caput, Siciliæ ſymbolum, expreſſit. Cenſuram tandem geſſit cum P. Sempronio Sopho, & luſtrum fecerunt XXXVII.

XX.

Caput Romæ galeatum: ex averſa parte M. MESSAL. M. F. infra ROMA Caſtor & Pollux, aſtris inſignes, decurrunt in equis, haſtas gerentes.

Patrem M. Valerium ſequitur M. Valerius Meſſala filius, ut fert denarii epigraphe, M. MESSAL. M. F. Is Quæſturam Provincialem geſſit an. $^{518.}_{9}$ quo hunc denarium ſignavit cum Caſtore & Polluce, qui ſolitus erat illorum typus, ut ſæpe diximus, ad concordiam fratrum indicandam. Ædilis Curulis factus eſt an. $^{522.}_{3}$ Prætor Urbanus Peregrinam ſortitus eſt Juriſdictionem an. $^{535.}_{6}$ & creatus eſt Conſul cum L. Apuſtio Fullone an. $^{527.}_{8}$ Provinciæ in obſcuro ſunt.

XXI.

XXI.

Caput Nemeſeos: in poſtico latere A. TORQVAT. A. F. COS. in imo. M. MESSALLA. M. F. Sella Curulis, per latera ex S. C.

Ab avo ad nepotem deſcendimus, hic eſt M. MESSALLA M. F. & M. ſuperioris nepos, qui conjungitur cum A. Torquato Conſule; de quo diximus in gente Manlia num. 5. Is patre & avo Conſularibus Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. $^{581.}_{2}$ Ædilitatem Curulem geſſit cum M. Cornelio Cethego an. $^{586.}_{7}$ Præturam Urbanam iniit an. $^{589.}_{90}$ quo A. Manlius Torquatus Conſulatum gerebat, cum Q. Caſſio Longino; at hoc in Magiſtratu mortuo ejus loco cum Conſule videtur Deæ Nemeſi ex Senatuſconſulto ſacra feciſſe, ut indicat epigraphe; ſed præſertim caput ipſius in antica denarii parte expreſſum: *Pomponinius* autem *Lætus*, Romani, inquit, „ profecturi ad bellum Nemeſi ſacrificabant & munus gladiatorium „ edebant. Corſi & Sardi rebellaſſe videntur verſus anni exitum, & ita Conſul & Prætor ſacrificarunt, dum bellum hieme contra eos pararetur. Sella Curulis, Conſulis ut & Prætoris inſigne, in rei memoriam cælata eſt.

M. Valerius poſt Præturam creatus eſt Conſul cum C. Fannio Strabone an. $^{592.}_{3}$ ſed ob *Hiſtoriæ* penuriam quidquid geſſerint ipſi, ignoratur: Sed Meſſala poſtea Cenſuram egit an. $^{599.}_{600}$ cum Caſſio Longino & luſtrum fecerunt LV. teſte *Floro*.

XXII.

Caput Apollinis cincinnatis capillis ornatum: in latere poſtico, M. VALERIVS C. F. MESSALA. Sella Curulis. EX S. C. per latera.

M. Valerius C. filius in hoc denario appellatus videtur eſſe nepos Cenſoris ſuperioris, qui habuit filios, M. Valerium Prætorem an. $^{655.}_{6}$ & C. Valerium natu minorem, de quo ignoramus Quæſturam & Ædilitatem, propter defectum *Hiſtoriæ Romanæ*: ſed anno quo Conſulatum geſſit, *Cicero* nobis, *in Bruto*, illum Præturam petiiſſe, refert, unde eam hoc ſequente $^{691.}_{2}$ obtinuiſſe opinamur; & illius denarius cum capite Apollinis, ipſum Ludos Apollinares, ut Prætoris munus erat, celebraſſe nos edocet; & id confirmat

Sella Curulis in averſa parte, Prætoris inſigne, cum notà EX S.C. illos editos fuiſſe ex Senatuſconſulto arguente.

Poſt Præturam Urbanam M. Valerius, Provincialem ſortitus obtinuit an. $^{692.}_{3}$ Poſtea illum ſerius magno ambitu ad Conſulatum perveniſſe ſcribit *Cicero*, *ad Atticum*, *lib.* 4. *Ep.* 15. cum Cn. Domitio Calvino an. $^{700.}_{1}$ De illis Conſulum geſtis ut & Provinciis, obſcurum eſt. *Macrobius* vero, *Saturn. lib.* 1. hunc Meſſalam per quinquaginta annos Augurem fuiſſe refert.

XXIII.

MESSAL. F. Caput Minervæ galeatum, cnm haſta ſupra humerum lævum: ex averſa parte, PATRE COS. S. C. Sella Curulis, in imo Thyrſus per tranſverſum.

Meſſala hic, qui denarium patre Conſule cudit, filius eſt M. Valerii Meſſalæ, de quo diximus in ſuperiore nummo. Hic dum Conſulatum gereret cum Cn. Domitio Calvino an. $^{700.}_{1}$ ipſe Ædilis Curulis factus eſt, ut denotat Sella Curulis, hujus Magiſtratus inſigne; Sed penitus caput Minervæ, thyrſus, & nota S.C. confirmant. Si quidem Minervæ imago Ludos Magnos in Ædilitate ſua, ut & thyrſus Liberalia in honorem Liberi & Liberæ, ex Senatuſconſulto, edidiſſe nos edocent. Hæc omnia ex *Cicerone*, *lib.* 5. *Act. Verr.* 2. ſic prodit: Nunc ſum
,, deſignatus Ædilis, habeo rationem, qui à Populo R. accepe-
,, rim mihi Ludos ſanctiſſimos, maxima cum cerimonia Ce-
,, reri, LIBERO LIBERÆque faciendos; hæc ſunt Liberalia. De-
,, inde addit. Mihi Ludos antiquiſſimos, qui primi Romani ap-
,, pellati ſunt, maxima dignitate, ac religione Jovi, Junoni,
,, MINERVÆque eſſe faciendos; in cujus memoriam illius caput
,, in denario expreſſit.

De illius Prætura nihil habemus; ſed poſt Ædilitatem duos aut tres annos, eam obtinuiſſe credibile eſt. An vero ille eſt, ex
,, *Dione*, qui Cæſaris Legatus Salaſſos vicit, de quo inquit, Sa-
,, laſſos autem, & qui eorum rebellionis ſocii fuerant Valerius Meſſala domuit an. $^{720.}_{1}$ Sed *alii* Meſſalam Corvinum fuiſſe putant.

XXIV.

XXIV.

ATRATINVS. Caput Libertatis : in poſtico latere L. SEMPRONI. L. F. N. VALERI. M. F. MESSALLA Sella Curulis, ſupra quam corona.

Numerius Valerius Meſſala renuntiatur in hoc denario Marci filius, & ſi noſtra conjectura vera eſt, frater minor fuit M. Valerii, cujus denarium ſupra retulimus, & filius M. Valerii Meſſalæ Conſulis an. $^{700.}_{1}$ de quo ante egimus. Id temporis ratio indicare videtur. Numerii Quæſturam non habemus; Sed hic denarius illius Ædilitatem Curulem nobis cum L. Sempronio L. filio ſuppeditat an. $^{698.}_{9}$ ut Sella Curulis, illorum inſigne, nos edocet. Eorum Conſulatus *Marmora Antiqua* proxime ſubſequentia proferunt : nam M. Antonius IIIvir abſens Conſul cum L. Scribonio, ex pactione cum Cæſare & Sex. Pompeio facta, Kal. Jan. iniit an. $^{719.}_{20}$ ſed mox in locum ſuum ſuffecit L. Atratinum, & *Tabula Capuana*, poſt duos annos, nempe $^{721.}_{2}$ N. Valerium K. Nov. ſuffectum nominat. Libertatis caput, ad eam P. Romano, etiamſi Triumviri eſſent Reipublicæ conſtituendæ, indicandam expreſſum eſt.

XXV.

M MESSALA M. F. III. VIR. Capita Honoris & Virtutis jugata, COSSVS LENTVLVS CN. F. Pons, ſupra quem INSVBRIA. cum duobus fornicibus, in aqua cymba.

M. ille Meſſala M. filius in hoc denario appellatus, videtur habuiſſe patrem M. Meſſalam, qui ſupra Salaſſos domuit an. $^{720.}_{1}$ ut temporis ratio indicare videtur : nam ille Duumvir cum Coſſo Lentulo renunciatur, ut apud *Livium, lib.* 25. adjunctum à Duumviris muris turribuſque reficiendis, & ut credibile eſt, ſub Auguſto, cujus juſſu hunc pontem, ſuper Adduam in Inſubria, ad eundum Mediolanum, ut diximus in gente Cornelia, num. 5. potius quam illos Duumviros Monetales Auguſti, qui fere numquam duo in denariis reperiuntur. Capita Honoris & Virtutis jugata expreſſiſſe videntur, ut majores eorum honores per virtutem, nempe belli, eam adeptos eſſe, & etiam eodem modo ſe obtenturos indicarent.

XXVI.

MESSALLA APRONIVS III VIR. Ara: ex averſo latere, GALLVS SISENNA A. A. A. F. F. circa ambitum. S. C. in area.

XXVII.

SISENNA. MESSALA III VIR. Incus: ex averſa parte GALLVS APRONIVS. A. A. A. F. F. circa ambitum. S. C. in area.

An idem ſit M. Meſſala, qui ſuperior, dubitari poteſt; ſed certo pronunciare non liquet. Ut ut ſit, inter III viros Monetales Senatus recenſetur, ſed *Antiquarios* valde torquet Quatuorvirorum numerus, ut dubitandi locus ex gemino illo nummulo, eadem nomina diverſo modo exhibente, nullus ſit: ipſa etiamnum in Apronia gente obſervare poteſt; unde extra ordinem unum à Senatu, ob pecuniæ ad bellum aut Populi uſum, electum conjiciamus: quot enim Magiſtratus tum majores cùm minores ob aliquam neceſſitatem creati ſunt ad tempus? Nec *Lectorem* moveat quod inſcriptum ſit IIIVIRI. quùm ſint quatuor: nam in Coloniarum nummis ſæpe ſcribuntur tria nomina & II VIR. tantum exhibent.

XXVIII.

CAESAR AVGVST. PONT. MAX. TRIBVN. POT. Caput Auguſti nudum: ex altera parte VOLVSVS VALER. MESSAL. III. VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum S. C. in area.

An ille Voluſus Valerius Meſſalla idem ſit cum ſuperiore ignoratur: nam prior cognomen, quùm plurimi in nummulo Monetarii cælari deberentur, tantum exhibet: hic vero prænomen, nomen & cognomen præfert. Prænomen vero Voluſi Sabinum eſt, quo pater V. Valerii Poplicolæ uſus eſt, quod hic Senatus Triumvir Monetalis ſibi adſumit, aut potius ei à parentibus inditum eſt, ad denotandam illius ab eo Valerio, qui cum Sabinis Romam migravit, originem: Porro obſervandum iis temporibus nempe ſub Auguſto, illos qui Valerii nominabantur, illud Voluſi cognomen non modo uſurpaſſe; ſed illo tanquam agnomine uſos eſſe; niſi dixerimus propter aliquam adoptionem illud geſſiſſe; ut in ſequentibus videbimus.

XXIX.

XXIX.

Hercules pectore tenus laureatus cum clava lævo humero, & ante illum malum granatum: ex altero latere, POTITVS VALERIVS MESSALA. Templum ſex columnarum, in cujus aditu Herculis ſtantis ſignum.

Hic eſt, quem *Dionis* exemplaria vocant Valerium Potitum, pag. 458. καὶ ὁ ὕπατος Οὐαλέριος Πότιτος, *& Conſul Valerius Potitus*, at quia in Indice *lib.* 55. L. Valerius Conſul appellatur apud *eundem* Potiti filius Meſſala, Λ. Οὐαλέριος Ποτίτου υἱὸς Μασσάλας Οὐόλαισος. *L. Valerius Potiti filius Meſſala Voleſus. Omnes* opinantur eſſe mendum in *Dionis exemplaribus*, & patrem vocari Potitum Valerium Meſſalam, & denarius hic illis omnino favet. Potuit ſane à quodam Valerio Familiæ Potitorum adoptari, & cognomen pro prænomine aſſumere, ut vidimus in Æmilia gente, filium Æmilii Paulli ab Æmilio Lepido Triumviri patre adoptatum, in adoptionis memoriam deinceps Paullum Æmilum Lepidum appellari.

De Potito Valerio, inquit *Dio*, loco laudato. „Is igitur Potitus publice pro S. P. Q. R. propter adventum Cæſaris, ſacrificavit, quod ante id temporis, pro nemine unquam factum fuerat. *Zonaras* bovem immolaſſe Conſulem ſcribit, ob Cæſaris adventum, quod nulli prius acciderat. Potitus vero ſucceſſerat Sex. Apuleio Kal. Juliis an. $\frac{724}{5}$ quùm Cæſar Conſulatum in Inſula Samo hoc anno initum retinuiſſet.

Caput Herculis ab una parte expreſſum videtur, ad denotandum erga hunc deum Valeriorum antiquum cultum, quod ii, ut diximus, ſe à Sabinis eſſe oriundos jactarent; Sanctus autem Hercules dictus eſt à Sabinis. *Ælius* apud *Varronem*, hunc eſſe Sanctum, ait, à Sabina lingua, id eſt propitium, Herculem à Græca. Templum vero Herculis in altera parte ad revocandum Sabinos Herculi templum erexiſſe, de quo *Ovidius*, *in Faſtis*.

Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini
Inque Quirinali conſtituere jugo.

Malum Punicum, ex *Æliano*, concordiæ ſignum fuit. Illud autem

videtur

tum? In Neronis denariis nonne EX S. C. legitur, an ideo Senatus Neronis nummos argenteos ſignavit? Sed quod Senatuſconſulto opus fuit, ad id quod typus expreſſit, puta ad reſtaurandum Concordiæ templum, cujus caput in denario, in rei memoriam, expreſſum eſt, cui alludit forte L. Voluſus, ad concordiam Valeſiorum gentis arguendam; quod per malum Punicum, concordiæ ſymbolum, demonſtrare voluit Potitus Valerius ejus pater, in ſuperiore denario.

XXXI.

M. ANT. IMP. AVG. III. R. P. C. M. BARBAT. Q. P. Caput M. Antonii Triumviri: ex altera parte, CAESAR. IMP. PONT. III. VIR. R. P. C. Caput Auguſti nudum.

M. Barbatus in hoc denario M. Antonii Triumviri Quæſtor Provincialis, ut hæ litteræ Q. P. initiales declarant, ex Valeria gente fuit, & quidem ex Meſſalæ Familia; at quia nimis ampla indies creſcebat, plurimis cognominibus uti coacta eſt, ita ut ille M. Valerius Meſſala Barbatus vocaretur. Is forſan, ad diſtinctionem Marci illius, quem ſupra à Triumviris proſcriptum retulimus, Barbati cognomen addidit, duobus cognominibus uſus; ut in hac gente obſervavimus.

Is Quæſtor Provincialis renunciatur in denario. Ipſi Macedonia ex Senatu poſt Conſulatum decreta fuerat. Sed non adiit, & in Galliam Citeriorem profectus ad D. Brutum ex ea extrahendum, in fugam à Conſulibus actus eſt, & ad Lepidum confugit, cum quo & Cæſare Triumviratum uſurpavere. At quia conjungitur in denario Antonius cum Auguſto, illum denarium percuſſit, non ut Urbanus Quæſtor; ſed tanquam Antonii Quæſtor Provincialis, qui Provincias cum Triumviris tunc ordinans, pro arbitrio plures habuit eodem tempore Quæſtores; ut videre eſt in gente Antonia, in qua hunc & alios Barbati denarios explicuimus.

XXXII.

M ANT. IMP. AVG. III. VIR. R. P. C. M. BARBAT. Q. P. Caput M.

Antonii Triumviri: ex altera parte, L. ANTONIVS COS. Caput L. Antonii Conſulis.

Appianus narrat, *lib.* 5. M. Antonium contra Barbatum, (quem male Barbatium, quùm ſit cognomen, appellat,) aliquomodo offenſum, poſt pugnam Philippenſem, dimiſiſſe; ſed ille Romam reverſus id diſſimulavit, & licet ad Cæſarem ſe contuliſſet, denarios cum capitibus fratrum, ex utraque parte, percuſſit, ut M. Antonii partes ſemper ſe ſequi fingeret, in bello Peruſino, quod Cæſar cum L. Antonio tunc agebat, & ſic Cæſari prodeſſet; ut tradit *idem Appianus*: Interea, ait, Barbatus Antonii „ Quæſtor, ab offenſo dimiſſus, ſciſcitantibus militibus, reſpon„ dit, eum iraſci gerentibus bellum contra Cæſarem & communem potentiam, quo factum ut quotquot dolum Barbati non ſentirent, à Lucio deficerent ad Cæſarem.

XXXIII.

L. TARI. RVFVS. Caput juvenile Tarantis: ex averſa parte, M. MESSALLA. M. F. BARBAT. Figura inequitans delphinum, ſub quo tridens per tranſverſum.

M. Meſſala M. filius Barbatus, ut ex temporis ratione colligere poſſumus, M. Barbati Quæſtoris Antonii Triumviri filius fuiſſe videtur: nam cum L. Tario Rufo ſociatur, ut ambo Quæſtores Urbani, & ſimul denarium percuſſere, ſed in quo totus typus ad Tarium ſpectat, ut in Taria gente diximus; nam ille Tarantis effigiem in anteriori parte, & ipſum tanquam Neptuni filium, delphino inſidentem, cum tridente in imo, ut ejus ſymbolo percuſſit.

An Ædilis fuerit Meſſala Barbatus, & quando Præturam egerit, ob *Hiſtoriæ* penuriam, ignoratur. Conſul renunciatur cum Quirinio à *Dione*, *lib.* 54. an. 741. his verbis: M. Valerius Meſſala Barbatus & P. Sulpicius Quirinius Conſules fuere. Barbatus vero apud quoſdam AEMILIANVS eſt appellatus, quaſi ex gente Æmilia in Valeriam tranſiiſſet; in Conſulatu mortuus eſt, & in ejus locum factus eſt C. Valgius Rufus.

XXXIV.

M. MESSALLA COS. Caput M. Meſſalæ Corvini Conſulis ex averſo latere, M. VALER. M. F. M. N. CORVIN. Simpulum, aſpergillum, ſeceſpita & apex.

A Barbatis altero Valeriorum Meſſalarum cognomine, ad Corvinorum nempe alterum, ordine alphabetico tranſimus. Ultimis autem Reipublicæ temporibus ita ſe propagaverat Valeriorum Familia, cognomine Meſſallarum, ut etiam ſecunda Barbati, Corvini & Nigri cognomina ſibi adjicere coacta ſit. Ecce M. Valerius Corvinus, qui hoc cognomen aſſumpſit, in memoriam M. Valerii, à quo originem ſumpſerat; illius nempe Valerii Conſulis, qui Meſſanam cepit: nam Corvini cognomen ferebat, & nepos erat M. Valerii Publicolæ, qui primus ita cognominatus eſt, quùm Tribunatum militum ageret ſub Dictatore Camillo, Gallum ex provocatione vicit adjuvante Corvo; unde illi cognomen inditum *Corvini*. Ejus nepos M. Valerius, qui capta Meſſana, dictus eſt Meſſala, ut ſupra diximus, & cognomen ad poſteros ſuos etiam tranſmiſit, quod tandem ad diſtinctionem Familiarum recepit M. Valerius M. F. M. Nepos, & ut ab eo ſe originem duxiſſe demonſtraret, ejus imaginem expreſſit cum epigraphe M. MESSALLA COS.

Sed quis ille eſt inter tot Valerios prænomine Marcos? Pontificalia inſtrumenta eum denotant fuiſſe Augurem: inde conjicimus M. Corvinum eſſe; nam ille, turbata cæde Dictatoris Republica, cum ſe Bruto conjunxiſſet, ideo proſcriptus cum illo fuit: ſed Triumviri veriti ejus prudentiam, teſte *Appiano, lib.* 4. *Civ. Bell.* „ edictum tale perhibuerunt. Quoniam Meſſala ut ex ipſius co-„ gnatis didicimus, ne in Urbe quidem fuit quùm C. Cæſar oc-„ ciſus eſt, exemptus eſto è proſcriptorum numero; at ille noluit uti hac venia. Poſt Bruti & Caſſii cladem, quùm plurimi eum ducem optarent, ſervari beneficio Cæſaris maluit, quam dubiam ſpem armorum tentare amplius. Nec, ait *Paterculus*, Cæſari quidquam ex victoriis ſuis fuit lætius, quam ſervaſſe Corvinm. *Dio* de illo ait, Cæſar vero Valerium Meſſalam quùm id tempus in tabulis proſcriptorum morti addixerat, inter Augures ultra numerum retulit an. 7,6/7 Ergo

 dena-

denarius in ejus Conſulatu, de quo mox dicturi ſumus, videtur ſignatus.

XXXV.

CORVINVS. Caput Jovis Capitolini laureatum, in imo ROMA: ex averſo latere, M. MESSALLA. Quadrigæ triumphales in quibus Jupiter, d fulmen, ſ. ſceptrum & habenas equorum.


Ad eundem M. Meſſalam Corvinum ſpectat hic denarius. Is ut ſemper Cæſari fuerit gratus, neſcio cur *Appianus* dicat, eum familiariter adhæſiſſe Antonio, quùm ille fuiſſet, ex *Dione*, ab illo proſcriptus, donec Cleopatræ faſtu offenſus migraſſet ad Cæſarem, quùm *Plutarchus*, & *Paterculus* præſertim, ſcribat majus exemplum hominis grati ac pii, quam Corvinum in Cæſarem, nullum fuiſſe. Ab eo mox, quùm Antonius hoſtis iterum judicatus eſt, in ejus locum illum Conſulem ſuffecit ſecum III. an. 722. & ambo profecti ſunt ad Actium contra Antonium. Sunt qui tradant in conflictu navali dextrum cornu Valerio, quum Aruntius lævo, victoria penes Cæſarem fuit, & quùm celebraretur ab illo, quod quamvis fuiſſet ad Philippos infeſtiſſimus ipſis, Bruti cauſa, hoſtis, egregiam operam tamen ſibi præbuiſſet ad Actium, dixit; Tu me, Cæſar, ſemper ſectæ partiumque invenies meliorum & juſtiorum; ut refert *Plutarchus in Bruto*.


Anno ſequente 723. M. Corvinus Galliam Narbonenſem Procoſ. obtinuit, Galli autem rebellarant, ex *Appiano*, illos contudit „ & domuit an. 724. de illo inquit; contra Gallos rebelles miſſus, „ victor triumphum meruit. Celebrat ejus res geſtas, victoriam & triumphum de Aquitanis *Tibullus* Poeta, qui ſub eo militavit, *Eleg. lib.* I. teſtantur etiam *Marmora Capitolina.*

M. VALERIVS M. F. M. N. MESSALLA. A. DCCXXVI. DCCXXVII. *Varr.*
CORVINVS. PRO. COS. EX GALLIA VII. K. OCT.

Hic nummus argenteus omnino ejus triumphum confirmat. Ab una parte exarata eſt Jovis Capitolini imago, cui ſacra fecit poſt triumphum Corvinus, ipſeque Jupiter vehitur quadrigis triumphalibus, cujus ope ſe victoriam contra Gallos retuliſſe exiſtimabat Procoſ.

Auguſtus quùm, ex *Suetonio*, vias ſternendas principibus viris diſtri-


VALERIA
L·TARQVIN·RVFVS
M·MESSALA M·F·
BARBAT
M·MESSALA
COS
M·VALER·M·F·M·N·
CORVIN·
CORVINVS
M·MESSALA
M·MESSALA
EX S·C
NIGER
VALGIA
SATVRNIN·RVFVS
C·VALGI·C·F·
VARGVNTEIA
M·VARG
ROMA
M·VARG·
ROMA
M·VARG·
ROMA
VARIA
DIVI·F· AVGVSTVS
SEX·IVL·POT·
III·VIR·Q·C·VAR·RVF·
TAB. CXLIII.


VATINIA
COS. P·VATINI·P·F·
Q·MAX·Q·P·
S·C
C·CAESAR·IMP· III·VIR R·P·C·
S·PRO·COS·
P·VATINIVS P·F·
VENTIDIA
M·AN· IMP·
PON· IMP· P·VENT·
IMP·ANT·AVGVR·III·VIR·R·P·C·
P·VENIDI·P·F· PR·COS·
VERGINIA
VER·CAR·OCV·
VER· CAR·OCV·
OCV·CA· VER·CAR·
VETTIA
SABINVS S·C
IVDEX
T·VETTIVS
VETVRIA
ROMA
ROMA
TAB. CXLIV.

diſtribuiſſet, Meſſala ex manubiis Gallicis viam ab Urbe per Albam & Tuſculum duxiſſe refert *Tibullus*, *Eleg.* 7.

Non taceant monumenta viæ, quæ Tuſcula tellus
Candidaque antiquo detinet Alba lare.
Namque opibus congeſta tuis hîc glarea dura
Sternitur, hîc apta jungitur arte ſilex.

Forſan eſt illa via, quam *P. Victor* Valeriam appellat.

Corvinus poſtea ad Præfecturam Urbis evectus, quem Magiſtratum Auguſtus tum primum inſtituerat, Sexto mox die ſe abdicavit, ex *Tacito*, immodicam & non civilem poteſtatem profeſſus: vixit uſque in medium Auguſti principatum. Ante biennium vero quam decederet, ita memoriam ac ſenſum amiſit, ut proprii nominis oblitus, vix paucula verba conjungeret, apud *Euſebium.* Scripſit ſenex volumina de *Romanis Familiis*, in quibus prohibuit genti ſuæ Lævinorum alienam imaginem inſeri, tradente *Plinio.* Vir fuit maximus, cujus dignitatem prædicat *Fabius.* Liberos tres reliquit, M. & L. & filiam unam Valeriam. Marcus Conſulatum geſſit, Lucius in Aureliam gentem adoptione tranſiiit & L. Cotta Meſſalinus eſt appellatus, & ipſe Conſularis ſexto poſt fratrem anno, Valeria Statilio nupta; unde Statilius Corvinus.

XXXVI.

Caput Jovis Capitolini laureatum: in poſtico latere, M. MESSALA NIGER. Sella Curulis, & per tranſverſum, EX S. C.

Valeriorum genti finem imponit M. Meſſala M. F. M. N. Niger; cujus originem & Magiſtratus non abſolute tradiderunt *Hiſtoriæ Scriptores*, ob eorum libros temporum injuria amiſſos. Porro ut commendatur à *Cicerone*, *in Ep. ad Atticum*, ut vir egregius & fortis, & in *Dialogo ad Brutum*, ut Orator prudens, & acutus, minime incautus, patronus in cauſis cognoſcendis componendiſque diligens, magni laboris, multæ operæ multarumque cauſarum; illum exiſtimamus fuiſſe patrem M. Corvini, de quo ſupra diximus.

Denarius Meſſalæ cum cognomine *Niger*, ex una parte exhibens

VALGIA.

VALGIA gens, ut videtur, Plebeia, cujus nomen à *Valgo* deſumptum eſt. *Valgos* autem dici, qui diverſas ſuras habeant, refert *Sex. Pompeius*, *lib.* 19. Duplex cognomen; *Saturninus* nempe & *Rufus*, à capillorum colore.

I.

SATVRNINVS RVFVS. Caput Junonis Lanuvinæ, pelle caprina amictum: ex averſa parte, C. VALGI. C. F. Q. N. Figura togata eſcam porrigit ingenti ſerpenti, in gyros circumvoluto, ara intermedia, ſupra quam crater amplus.

C. Valgius, in denario, C. Filius Q. nepos inſcribitur, ejus pater videtur eſſe C. Valgius Hippianus, à *Cicerone* commendatus, *Ep.* 30. *lib.* 13. qui ex Hippia Familia in Valgiam adoptatus eſt, quùm eadem *epiſtola Ciceronis*, Q. Hippius etiam memoretur ut amicus & neceſſarius, qui avus C. Saturnini fuit. Is eruditione ſpectatus, poſt Catonem, ſcripſit ad Auguſtum, de uſu herbarum, ſed imperfecto volumine, *lib.* 25. *cap.* 2. clarus & poeſi fuit, & M. Corvino Oratori familiaris, ad quem ſcripſit *Tibullus*, *lib.* 4.

Valgius, æterno propior non alter Homero.

Eum *Quintilianus*, *lib.* 3. *cap.* 1. Apollodori diſcipulum vocat. Quo tempore Quæſturam & alios Magiſtratus obtinuerit, incertum eſt; ſed Conſul fuit ſuffectus, ex *Tabulis Græcis*, ut & in *Cuſpiniano*, an. 741. ſed ipſe Valgius abdicavit, & in ejus locum faſtus eſt C. Caninius Rebilus, qui in Magiſtratu mortuus eſt. *Acron* & *Porphyrio*, *interpretes Horatii*, Valgium vocant Conſularem in *Odar. lib.* 3. *oda* quam ad illum ſcribit.

C. Valgius, ut Conſulatum adeptus, de more ſacra fecit

Junoni

Junoni Lanuvinæ, in cujus memoriam hunc denarium cum ipſius imagine expreſſit, & ut Lavinii quotannis Virgo in antrum ubi Draco erat ingens, ad ei eſcam porrigendam deſcendebat, quam ſi comederet, annum eſſe fertilem exiſtimabant: unde in poſtico latere Valgius ipſe depingitur eſcam ei porrigens, ad fertilitatem anni indicandam; & ara Junoni ſacra peracta indicat. Adeſt ſuper eam crater, in quo eſca continetur.

VARGVNTEIA.

VARGVNTEIA gens an Patricia vel Plebeia, incertum. Patriciam vero ſuſpicatur *Fulvius*, quod L. Vargunteius Senator apud *Salluſtium, de Bell. Catilinario*, citetur.

I.

Caput Jovis laureatum, pone quod nota s. id eſt, *ſemiſſis*: ex poſtica parte M. VARG. in imo ROMA. Navis.

Quis ſit ille M. Vargunteius, qui hunc nummum cudit, altum eſt apud *Hiſtoriæ Scriptores* ſilentium. L. Vargunteius Senator in conjuratione Catilinaria refertur à *Salluſtio*, C. inquit, Cornelius, Eques Romanus, operam ſuam pollicitus, & cum eo „ L. Vargunteius Senator, conſtituere ea nocte paulo poſt cum ar- „ matis hominibus, ſicuti ſalutatum introire ad Ciceronem, ac de „ improviſo domi ſuæ imparatum confodere. Illum aliquando „ defenſum à Q. Hortenſio in cauſa ambitus narrat *Cicero, pro Flacco*, unde colligitur eum Magiſtratus adeptos fuiſſe? An vero M. Vargunteius fuerit illius pater aut avus forte? nam nota s. & denarii pondus ſemunciale eum antiquum fuiſſe, nempe poſt ſecundum bellum Punicum, arguunt.

II.

Caput Herculis pelle leonina tectum; ex averſa parte, M. VARG. in imo ROMA. ad latera tres globuli, in area Navis.

Eadem, quæ ſuperior, epigraphe, M. VARG. ab eodem M. Vargunteio nummulum hunc æreum fuiſſe, & quidem in ejus Quæſtura cuſum, denotat. Tres globuli tres uncias deſignantes, illum eſſe quadrantem, id eſt, quartam aſſis partem, indicant, etſi ejus pondus trium unciarum non eſſet; ſed ita globuli illum arguentes ex ponderis bello ſecundo Punico imminutione facta, ut ſæpe diximus. Alter Vargunteius M. Craſſi Legatus, ex eadem, ut videtur, Familia, cum eo in Parthos ivit, ex *Appiano, de Bell. Parth.* ſed deprehenſus cum 4. cohortibus oppreſſus eſt.

III.

M. VARG. Caput Romæ galeatum : ex altera parte ROMA. Jupiter in quadrigis Triumphalibus, d. fulmen, ſ. ſceptrum & equorum habenas.

Hic denarius à M. Varg unteio ſignatus ex Quæſtura ad Præturam illum ſaltem aſcendiſſe demonſtrat : nam ut Triumphi memoriam exhibet, non licebat niſi Prætoribus aut Conſulibus; at M. Vargunteium geſſiſſe Conſulatum non opinamur, qui in *Faſtis* non præteritus fuiſſet; ſed *Hiſtoriæ Romanæ* penuria illius Præturam, res geſtas & victoriam de hoſtibus relatam in ignoratione reliquit. Soli ejus denarii ſuperſtites illius triumphum nobis ſervarunt, & quùm victoriam Jovis ope & auxilio à ſe reportatam exiſtimaret, eum in quadrigis triumphalibus, ut in aliis plurimis alios id obſervare diximus, exhibuit. Quadrigas triumphales à quadrigatis denariis ſæpe diſtinximus : illæ exhibentur cum equis lento paſſu gradientibus, ut moris erat pro triumpho; hæ vero decurrentes, ut bigæ ſolent exprimi.

VARIA.

VARIA.

VARIAM gentem Plebeiam fuiſſe conſtat ex *Cicerone.* Nomen ejus à *Varo* cognomine deſumptum. *Varus* autem dicebatur, qui crura introrſum habet inflexa.

I.

AVGVSTVS DIVI F. Caput Auguſti, C. VAR. RVF. SEX. IVL. POL. II VIR. Q. id eſt *Quinquennales.* Inſtrumenta Pontificalia.

Patinus hunc nummum æreum in Quintilia gente inſeruit, quùm forſan exiſtimaret Varum eſſe illius cognomen; ſed ille C. VAR. RVF. Caius Varius Rufus appellatur, ergo illius Familiæ eum reſtituimus, ne videremur nummum ſuſtuliſſe, quem *V. Cl.* produxerat, licet gens Varia non ſit illuſtris, & pauca de hoc nummo dicenda, qui potius inter nummos Imperiales relegandus.

Duo occurrunt in *Hiſtoria Romana* Varii nomine, alter Q. Varius Sucronenſis ex Hiſpaniæ Tarraconenſis oppido, alter L. Varius Cotyla. Prior Tribunus Plebis an. $^{662}_{3}$ de quo *Cicero* & *Pædianus*, *in Orat. pro Scauro filio.* Poſterior M. Antonii familiaris, Ædilis Plebis an. $^{709}_{10}$ de quo etiam *Cicero*, *Philip.* 13. Lucius in exilium Lege ſua actus eſt; & ut erat Hiſpanus, C. Varius etiam erat Hiſpanus forſan ex illius Familia; ſed quùm nummus urbem, in qua fuit Duumvir Quinquennalis cum Sexto Julio Pollione, id in incerto manet.

Quinquennalis Magiſtratus erat ut Coloniis in Romæ Cenſor. Vide quæ de illo ſæpe diximus in *noſtro Coloniarum libro*, ubi deſcriptus fuiſſet hic denarius, ſi nomen urbis, in quo cuſus eſt, non deeſſet. Hi vero Duumviri Quinquennales eum percuſſerunt anno $^{740}_{1}$ quo M. Lepidus IIIvir mortuus eſt ad prid. Non. Mart. Pontifex Maximus, quod Sacerdotium Auguſtus ſuſcepit; in cujus memoriam illi gratulantes ſimpulum, aſpergillum, ſeceſpitam & apicem, inſtrumenta nempe pontificalia, in averſa ejus parte exhibuerunt.

II.

C. CAESAR. IMP. III. VIR. R. P. C. Caput Auguſti lanugine ornatum: ex averſa parte, P. VATINIVS P. F. PRO. COS. Victoria in bigis currentibus, d. palmam, ſ. habenas equorum.

J. Cæſar, qui Vatinium Conſulem creaverat, eum & Proconſulem nominavit, eum contra Illyrios mittens cum tribus legionibus & magno equitatu an. 706/7. Illi autem tributa & obſides negabant, ut refert *Appianus, in Illyricis*. Sed defuncto Cæſare rati Romanorum res, ejus morte extinctus iri, Vatinio alterius parere recuſarunt: unde bellum, &, ſi *Appiano* credimus, Vatinius pulſus fuit; ſed Vatinii litteræ è Provincia ad *Ciceronem* de iis victoriam retuliſſe, ut & hic denarius demonſtrant; nam Victoria ipſa in bigis palmam gerit, debellatorum hoſtium inſigne. Quùm autem Senatus copias in Illyrio agentes Bruto & Caſſio aſſignaſſet, iis devictis Triumviri Vatinio conceſſerunt, ut *Fragmentum* hoc *Capitolinum* teſtatur.

P. VATINIVS. P. F. PRO. COS. DE ILLVRICO.
PRID. KAL. IAN. A. DCCXI. / DCCXII. *Varr.*

Ideo in memoriam ejus triumphi Vatinius denarios percuſſit, permiſſu Cæſaris Triumviri, ut milites, qui eum comitati eſſent in triumpho, remuneraret, in quibus Cæſaris imaginem expreſſit.

VENTIDIA.

VENTIDIA gens Plebeia, è Piceno orta. Cognomen *Baſſus* ei datur à plurimis, ſed in *Fragmentis Capitolinis* & in nummis non occurrit.

I.

M. ANT. IMP. Caput M. Antonii, pone quod lituus: ex altera parte, P. VENTID. PON. IMP. Figura nuda ſtans, d. haſtam, ſ. pateram.

P. Ventidius, è Piceno ortus, cum matre captiva in triumpho Pompeii Strabonis, patris Pompeii M. ulnis geſtus, deinde adultus, equis meritoriis & vehiculis conducendis victum quæſivit, & in ea arte cognitus Cæſari Dictatori, cum eo in Gallias profectus. Tum quia in ea Prouincia ſatis gnaviter verſatus eſſet, & deinceps civili bello mandata ſibi pleraque impigrè, & ſtrenuè feciſſet, non modo in amicitiam Cæſaris, ſed ad Magiſtratus evectus eſt, & Senator factus, Quæſturam iniit an. $\frac{703}{4}$ Tribunuſque Plebis factus videtur an. $\frac{707}{8}$ Poſt cædem Cæſaris ſe M. Antonio addixit, & ab illo deſignatus Prætor in annum $\frac{710}{1}$ Magiſtratum geſſit, quo & Conſulatum obtinuit, Q. Pedio, qui in Magiſtratu mortuus erat, à Triumviris ſuffectus, ex *Collotiana Tabula.*

A. HIRTIVS. A. F.
SVF. Q. PEDIVS. Q. F.
P. VENTIDIVS. P. F.

Factus erat Pontifex, ut videtur à Julio Cæſare, vel potius ab Antonio; nam quùm factus eſt Conſul, illud ita intoleranter tuliſſe P. Romanum ſcribit *A. Gellius*, *lib.* 15. *cap.* 4. ut vulgo per vias Urbis verſiculi proſcriberentur.

Concurrite omnes augures, aruſpices,
Portentum inuſitatum conflatum eſt recens.
Nam mulos qui fricabat, Conſul factus eſt.

M. An-

M. Antonio adhærens in Piceno Legiones ſollicitavit in ejus gratiam, & cum iis, licet poſt Mutinenſem cladem, ad illum profectus cum eo hoſtis à Senatu judicatus eſt. M. autem Antonius Triumvir, ei Proconſulatum procuravit, & ejus Legatus factus an. 714/5 ad bellum Parthicum præmiſſus eſt, & quùm T. Labienum ad Taurum montem & Parthos deleviſſet, Imperator appellatus, hunc denarium cudit cum hoc titulo: in anteriore cujus parte M. Antonii caput expreſſit cum lituo, quùm hic Augur eſſet, & hujus Sacerdotii ſymbolum lituus haberetur. Figura nuda videtur eſſe ipſe M. Antonius, ſub Jovis imagine, d. gerens haſtam divinitatis inſigne, & pateram læva, ad indicandum forte huic deo ſacra eſſe perpetranda.

II.

IMP. ANT. AVGVR. III. VIR. R. P. C. Caput M. Antonii Triumviri: ex altera parte, P. VENTIDI. P. F. PR. COS. Victoria in bigis decurrentibus, d. palmæ ramum, ſ. equorum habenas.

Ventidium tribus præliis Parthos fudiſſe ſcribit *A. Gellius*, *ex Suetonio*; illos autem, victo eorum Imperatore Labieno, Aſia, Cilicia, Tauro monte & Syria ipſe expulit, Palæſtinamque recepit? ob quas victorias Romæ Supplicationes M. Antonio decretæ ſunt apud *Dionem*, *lib.* 48. vide *Joſephum*, *lib.* 14. & *Plutarchum*, *in Antonio*.

Dio inquit, hoc agenti *Ventidio*, ſubito ſupervenit, ac non „ modo non gaviſus eſt, ſed invidit etiam ob rem proprio ductu „ præclare geſtam, & quamvis ipſi propter utrumque factum Ven- „ tidii & decretæ Supplicationes & triumphus erant, illum offi- „ cio detruſit, & neque tum, neque deinceps ulla in re ejus opera „ uſus eſt. Romam itaque venit Ventidius ad Triumphum ſibi decretum, primuſque omnium de Parthis triumphavit, ut teſtantur *Marmora Capitolina*.

P. VENTIDIVS. P. F. PROCOS. EX. TAVRO. AN. DCCV. DCCVI. *Varr.*
MONTE. ET PARTHEIS. V. KAL. DECEM.

In ejus memoriam denarios, cum effigie M. Antonii, cujus erat Legatus, ex una parte, & Victoriam palmæ ramum gerentem, ad denotandam

tandam de bellicoſiſſima Parthorum gente victoriam, ex manubiis, ad remunerandos milites & Duces, qui ſtrenuè in hoc bello egiſſent, percuſſit.

Licet ex ſervitute ad magnos Magiſtratus pervenerit Ventidius: ſed quod Parthos fuderit tot præliis, & Pacorum Regis filium occiderit Populi R. auram ita occupavit, ut morte obita publico funere ſepultus ſit, teſte *A. Gellio*, *lib.* 15.

VERGINIA.

VERGINIAM gentem, ſeu VERGINIAM, Plebeiam eſſe conſtat; ſiquidem A. Verginius Tribunus Plebis, Legem de decem Tribunis creandis, tulit an. $\frac{296}{7}$ Nomen ejus à *virga*, ut *vetus in Claudianum epigramma* innuit.

Et vates, cui virga dedit memorabile nomen.
Laurea, &c.

I.

Caput Jani bifrontis barbatum: in altera parte, VER. CAR. OGVL. id eſt *Verginius, Carvilius, Ogulnius.* Navis.

Tria hæc nomina Verginius, Carvilius, & Ogulnius, in tribus Familiis locum poſtulant; jamque idem nummus in Carvilia & Ogulnia prodiit; eſtque ſemiſſis, quando as libralis, primo bello Punico, ad ſextantarium reductus eſt, ex *Plinio*, à tribus hic percuſſus, quùm moneta imminuta eſt; etſi noſtra valet conjectura, iſti tres, facti ſunt Triumviri ad illam ordinandam: nam coætanei reperiuntur, ut in Ogulnia gente dictum eſt; & hic T. Verginius A. F. A. N. Rutilus indigitatur, qui Quæſturam Provincialem iniit an. $\frac{509}{10}$ Tribunatum vero Plebis an. $\frac{514}{5}$ & ſic cum Sp. Carvilio Trib. Plebis an. $\frac{510}{1}$ & Q. Ogulnio Trib. etiam Plebis an. $\frac{509}{10}$ coætanei ſunt, qui ſimul monetæ novæ Præfecti fuiſſe videntur. De Jano, aſſium & ſemiſſium typo, ut de Navi Saturni ſæpe dictum eſt.

II.

Caput Jovis Axuris laureatum: ex averſa parte, VER. CAR. OGVL. Jupiter in quadrigis, d. fulmen, ſ. agit equos.

III.

Caput idem, ſub quo fulmen, ex altera parte, Q. OGVL GAL. VER. CAR. Jupiter, ut ſupra, agit quadrigas, d. fulmen.

Ab iiſdem monetæ Præfectis cuſi ſunt hi denarii argentei, ex typo quadrigati appellati, quod quadrigas exhiberent; ut & alii, bigas exprimentes, nominati ſunt bigati. Eadem quæ ſupra fert nomina prior nempe, VER· CAR. OGVL. Poſterior vero ordine diverſo primum appellat, nam habet Q. OGVL. GAL. *Q. Ogulnium Gallum.* Hi autem Præfecti, pro ut quiſque in officina ſua nummos cudebat, ita & nomen ſuum præponebat. Sic Ogulnius prænomen & cognomen ſcripſit: ſed an quia ille in eminentiore loco poſitus, & Jupiter Axur ſuo ſtipatus eſt fulmine, conſueto ſymbolo, ad originem ſuam ex Campania, ubi præcipue colebatur, denotandam.

Jupiter ille ut puer imberbis depingitur; ideo cognominatur Axur, vel Axurus, quaſi ἄνευ ξυροῦ, id eſt, *ſine novacula*; quod barbam nunquam raſiſſet. In tractu Campaniæ colebatur; ejus eſt mentio in 8. *lib. Virgilii.*

> *Circæumque jugum, quîs Juppiter Anxurus arvis*
> *Præſidet.*

Quo loco vide *Servium.* In priori denario, ne Honoris imago depicta putaretur, poſterior ei fulmen Jovis, ſolitum inſigne, ut nullus eſſet dubitandi locus, adjecit.

VET-

VETTIA.

VETTIA gens perantiqua, origine Sabina; ſed Plebeia. Ejus nomen à *vecte* deſumptum videtur: ſiquidem Vectius & Οὔεκτιος à quibuſdam *Hiſtoricis*, dicitur. Cognomen *Judex*, quod vel jus diceret vel à recto judicio.

I.

TA. SABINVS S. C. Caput Tatii, Sabini Regis: T. VETTIVS IVDEX. Figura in bigis, lento paſſu gradientibus, pone eam ſpica.

In *Fulvio* T. VETTIVS IVDEX ſcribitur, & denarium ad Lucium ille revocat. *Patinus* autem prænomine T. Titi non appoſito, an *Fulvii* explicationem tolerare voluerit? Nos ex *Regio Nummo* argenteo T. id eſt, Titum legimus, & denarium T. Vettio Judici tribuimus; de quo loquitur *Cicero*, *in Orat. pro L. Flacco.* Is in Ædilitate denarium cudiſſe, & ſpica & S. C. nota demonſtrant. Spica quidem frumenti abundantiam pro annonæ ubertate, S. C. nota, eam ex Senatuſconſulto decretam arguunt: nam inter Ædilium officia erant, ne Urbs penuria annonæ, aut caritate laboraret; ſed etiam frumentum undiquaque ex S. C. procurarent. Unde illa in denario nota exarabatur.

Judex ex Ædilitate Præturam Urbanam obtinuit, & Quæſtionem de repetundis ſortitus eſt an. 694. Apud illum V. Valerius Flaccus, ex Aſia repetundarum poſtulatus, quem Q. Hortenſius & M. *Cicero* defenderunt, ut teſtis eſt illa *pulcherrima hujus Oratio* nobis ſuperſtes. Poſt Urbanam Præturam T. Vettius Provincialem Africam ſorte habuit, anno ſequente 695. ut profert, his verbis *Cicero*: Tu T. Vetti, ſi qua tibi in Africa „ venerit hereditas, uſu amittes? An tuum nulla avaritia, ſalva dignitate retinebis?

Sed ad denarium redeamus. T. Vettius, ex anteriore parte, Tatii Sabini caput expreſſit, ut ſe à Sabinis, qui cum illo Romam migrarunt, originem traxiſſe, denotaret. Id probare videtur *Fulvius*, qui Vettium quendam, ex *Plutarcho*, interregem quando Numa Rex creatus eſt, producit. Numa autem Tatiam, Tatii filiam, duxerat uxorem; ſed ille, ad alteram aliquam Tatiæ gentis Familiam refert triumphum. An non potius ad T. Tatium de Cruſtumeriis triumphum, quem ille, ut Romulus, egit? nam *Dionyſius* Romuli & Tatii Regum auſpiciis geſtum refert, quem conſule.

VETVRIA.

VETVRIAM gentem eſſe antiquiſſimam teſtatur Veturius ille faber, qui ſub Numa Rege floruit, apud *Plutarchum, in ejus vita.* Unde Patricia fuit & Plebeia. Patricii fuere Gemini Philones, & Cicurini dicti; Plebeii Calvini. Ceterum ut *Vetuſtas* Auſelios, Papiſios & Valeſios, ita & Vetuſios dixit, Unde *Vetuſius* nomen à voce *vetus* dictum eſt; poſtea ut Aurelii Papirii & Valerii nominati ſunt, ita & Veturii. Ejus gentis cognomen nobis ſupereſt *Philo*; an à voce Græca φίλος?

I.

TI. VET. Caput Virtutis, ut videtur, galeatum, ex averſa parte, ROMA. Duæ Figuræ ſtantes, & alteragenu flexa, inter eos media, porcam tenentes.

Ad Ti. Veturium ſpectat hic denarius; ſed quis ille? Si nobis conjecturæ locus, eſt Ti. Veturius Sp. F. Ti. N. Calvinus, qui, à Ti. Graccho Sempronio adoptatus, poſtea dictus eſt Gracchus Sempronianus, & in ejus locum Augur factus eſt an. 579/80 apud *Livium, lib.* 41. Is vero Quæſturam Provincialem ſuſcepit an. 583/4 quo hunc denarium percuſſit cum capite Virtutis galeato, ut ſignari ſolet; ut indicaret ad omnes honoris gradus virtute omnes pervenire poſſe. In poſtica parte, Duo viri ſtantes, alter Romano more veſtitus, alter alienigeno, baculo ſupra porcam admovent, quam Fecialis genuflexus feriendam tenet, fœderis faciundi ſymbolum.

Pactis fœderis initis, Fecialis, quam erat mactaturus porcam accipiebat, & eam ad ſecurius tenendam manibus, genuflexus conſtringebat, hinc & inde pacis Legatus, cum baculo beſtiæ ſupra poſito, ſe fœdera ſervaturum jurabat. Quo facto, Fecialis, populum, aiebat, illum ferito Jupiter, ut ego hunc porcum hodie feriam, tantoque magis ferito, quanto magis potes, polleſque: id ubi dixit, porcum ſilice percutit, &c. ex *Livio, lib.* 2. Sed hoc fœdus inter quos ictum eſt, in ſequente denario inquirendum.

 II.

II.

Caput Jani biſrontis imberbe, ſine epigraphe: in poſtica parte, Fœderis ſanctio coram Feciale, ut ſupra.

Etiamſi in hoc denario aureo epigraphe TI. VET. non adſcripta ſit, tamen idem typus eum eidem Veturio adjudicat, qui fœdus aliquod ſancitum inter Romanos, & alios Populos denotat. At quùm *Fulvius* Veterum aliquem tantum ſuſpicatur Fecialem paci inter Romulum & T. Sabinum interfuiſſe, nobis etiam liceat ad pacem inter Romanos & Ligures in Quæſtura Ti. Veturii hoc anno $^{583.}_{4}$ initam revocare; cujus memoriam in denariis poſteritati relinquere voluerit. Illam innuere videtur *Livius*, *lib.* 41. his verbis: Quare „ Coſ. A. Serranus, ſatis explorata pace ejus anni, milites duarum „ legionum Rom. intra dies 40. quam Provinciam venit, dimiſit. Janus modo barbatus, modo imberbis depingitur; ſed ſæpius ſine barba in denariis argenteis & aureis.

III.

Caput Jovis barbatum & laureatum, pone quod quatuor globuli: in averſa parte, VET. Aquila inſiſtens fulmini.

Quin à Ti. Veturio percuſſus ſit hic etiam nummus æreus conſtricta hæc VET. in ſuperioribus denariis epigraphe dubitare non ſinit. Quatuor autem globuli, pone caput Jovis expreſſi, totidem uncias denotant, nummum eſſe Trientem declarant, qui tertiam aſſis partem componebat; de quo *Juvenalis*, *Satyr.* 3.

Non habet infelix quem porrigat ore trientem.

Cur autem Jupiter depictus eſt in nummo? Illum eſſe frequentem ſemiſſium typum, ut Janum aſſium, obſervavimus; ſed cur Aquila, etſi ejus dei inſigne, ut pote quæ illi fulmina in bello giganteo miniſtrabat; niſi tamen infrequens in nummis ad cultum, quo illum proſequebatur Quæſtor, cujus nomine percuſſa eſt moneta? Niſi potius dixerimus illum in Ædilitate, ad Ludos Magnos Jovi Capitolino dicatos, quos celebraverat, revocandos, ut in ſequente denario iterum videbimus. At *Amicus* objicit nummum eſſe æreum: & quid tum? nonne illi ſunt Hiſtorici.

IV.

IV.

Caput Jovis laureatum & barbatum : ex averſa L. VETVR. PHILO in imo ROMA. Navis.

A Veturiis Familiæ Calvinorum ad alteram nempe Philonum Patriciam accedimus. At quùm occurrunt coætanei duo Lucii Philones, alter Titi filius, & pater L. Veturii Philonis Conſularis & in Cenſura mortui an. 543. 4 alter Lucii filius, & pater L. Philonis Conſulis an. 547. 8 pondus & typus nummi cum Jovis capite, nos, ut ad poſteriorem L. Veturium Philonem nummum revocemus, impellunt : nam ut prior, Quæſtor Provincialis renunciatur an. 494. 5 nummus, qui uncialis eſt & ſemiſſis, As tunc libralis, ut refert *Plinius*, *lib.* 33. *cap.* 3. nondum primo bello Punico ad ſextantarium reductus erat, & quùm cœperit tantum an. 489. 90 Reſpublica non adhuc detrimenta tot acceperat, ut monetæ pondus imminuere coacta ſit; ſed poſterior L. Veturius, qui dum Quæſturam Provincialem ageret an. 508. 9 moneta erat tunc imminuta, ut Jovis imago teſtatur, quæ tantum in ſemiſſibus tunc ſignari cœpit. De navi Saturni ſparſim dictum eſt.

V.

Caput Romæ galeatum : ex altera parte, L. VETVR. PHILO. in imo ROMA. Caſtor & Pollux, aſtris inſignes, in equis decurrunt.

Eadem. L. VETVR. PHILO conſtricta epigraphe, ad eundum L. Veturium Philonem, qui in ſuperiore nummo deſcriptus eſt, hunc denarium argenteum revocat, quem percuſſit etiam in Provinciali Quæſtura an. 508. 9 nam argentea ut ærea ad uſum Provinciæ ſignabatur, & ut illa erat drachmalis ſtipendium legionarii quotidianum efficiebat. De Caſtore & Polluce, argenteorum denariorum ſolemni typo, ſæpe dictum eſt.

VI.

CN. SCIPIO CALV. COS. Caput deæ Monetæ : ex āverſo latere, L. VETVRI. L. F. PHILO AED. CVR. Templum octo Columnarum.

Diverſa L. VETVRI. ſcriptura & additio L. F. ad alium L. Veturium

rium Philonem, quam ad illum, qui ſuperiores nummos percuſſit, hunc revocant, & Magiſtratus Ædilitatis Curulis, quo ſub Cn. Scipione Calvo Conſule functus eſt hic L. Veturius Philo, eum adjudicant Philoni L. filio, T. nepoti, qui Quæſturam Provincialem iniit an. 525/6. & factus eſt, Cn. Scipione Calvo cum M. Claudio Marcello Coſſ. Ædilis Curulis an. 531/2. Denarius autem per deæ Monetæ imaginem, & proſpectum ejus templi in parte averſa expreſſum, indicare nobis videtur L. Veturium Ædilem, monetaria fraude deprehenſa, damnatis argentaris, ex multaticia pecunia Monetæ templum, ut Ædilium Curulium muneris erat, reſtauraſſe. In cujus rei memoriam ipſius deæ imaginem, & templi iconem, in denariis exhibuit.

L. Veturius Philo deinde ad Conſulatum venit cum C. Lutatio Catulo an. 533/4. ut ferunt *Tabulæ Græcæ*, & ex *Zonara*, Hi Conſules per Galliam & Liguriam omnem ad Alpes uſque progreſſi cum exercitu, ſine obſtaculo ac pugna, plures populos in poteſtatem redegerunt. Tandem L. Veturius factus eſt Cenſor cum P. Licinio Craſſo Divite an. 543/4. ſed Veturio in Magiſtratu mortuo, P. Licinius abdicavit.

VIBIA.

VIBIA.

VIBIA gens Plebeia, cujus nomen à *Vibo*, prænomine antiquo, uti refert *Sigonius Liviumque* teſtem affert, *lib.* 33. apud quem legitur Vibus Virius, & *Conſulares Faſtos*, in quibus an. $^{300.}_{1}$ ſcribitur P. SESTIVS Q. F. VIBI. N. CAPITOLINVS. *Fulvius* à Vibone oppido. Cognomina habuit plurima, ex quibus nobis in nummis ſuperſunt Habitus, Panſa, & Varus. *Habitus* quidem dictus fuit, qui obeſior; *Panſa* vero, cui lati & panſi pedes, ut Plancus, cui plani ſunt; denique *Varus*, qui crura incurva habet, & eſt contrarius Valgo.

I.

Caput Jani bifrontis barbatum: in averſa C. VIBI. C. F. in vertice ROMA. Tres Naves, ſive tres navium proræ.

Ad C. Vibium C. F. Panſam pertinet hic nummus ſecundæ magnitudinis. Is C. Cæſaris & Ciceronis familiariſſimus fuit, & gener Q. Fufii Caleni, uti liquet ex *Philipp.* 10. Quæſturam Urbanam geſſit an. $^{697.}_{8}$ quo nihil mirum, ut Cæſari addictus, ſi tot nummos pro impenſis Claſſis, quâ hic Venetos navali prælio devictos ſubegit, cuderit. Tres autem naves in averſa nummi parte ad Claſſis uſum, aſſes, pro quibus ſignati ſunt hi nummi, manifeſte denotant. C. Vibius ſe Caii filium perhibet, & non Quinti, ut male habetur apud *Patinum*, cujus nummum ex integriore reſtituimus.

II.

Caput Jani bifrontis, ut ſupra: in averſa parte, C. PANSA. Tres Naves, ſeu tres navium proræ.

Ad eundem C. Vibium Panſam pertinet hic nummus ſecundæ formæ, etiamſi non præferat gentis Vibiæ nomen; ſed ſolum Panſæ cognomen, quod Apuleiis, Genutiis, Serviliis, & Seſtiis familiare refert *Glandorpius*. Tres illæ naves huic nummo peculiares, ſatis eſſent, ſed idem typus & eadem nummi forma id penitus arguunt, ad Claſſis impenſas & pro rei navalis uſu, ut ſupra diximus, ſignati.

III.

Caput Jani bifrontis barbatum ut ſupra: in averſa parte, C. PANSA. in vertice ROMA. Tres Naves, ad latera pilei Dioſcurorum, cum aſtris deſuper.

Nihil habet peculiare quod ad inſcriptionem hic nummus, ſecundi moduli, præter ROMA in vertice; ſed ad latera navium expreſſi ſunt Dioſcurorum pilei, cum aſtris deſuper. *Philo* & *Euſebius* ex Phœnicum Theologia, Dioſcuros è Saturno & Selech eſſe natos, navigiaque primos fabricaſſe ſcribunt: unde illi à Græcis appellati ſunt ἄνακοι, quod tempeſtates depellant, vel quod navigantes ſervare crederentur, dum ſtellæ ipſæ apparent. Unde *Horatius*, *lib.* 1. *Carm.*

Dicam & Alcidem, pueroſque Ledæ,
Hunc equis, illum ſuperare pugnis
Nobilem: quorum ſimul alba nautis
Stella refulſit.

Vibius ergo Panſa, ut Claſſis Romana à tempeſtate ſervaretur, Diſcuros Ledæ, filios Caſtorem & Pollucem, invocare videtur, ut illi ſint propitii, eorum ſigna percuti curavit.

IV.

PANSA. Caput Jovis Axuris ſine barba laureatum: ex altera parte C. VIBIVS C. F. Jupiter nudus & imberbis, in quadrigis, d. fulmen, ſ. haſtam & habenas equorum.

C. Vibius in Quæſtura Urbana non modo nummos æreos, ſed ſe denarios argenteos ſignaſſe, per hunc denotare voluit: nam pro ærario cujuſlibet metalli monetam Quæſtores quotannis ſignabant. In hoc autem Jovis Axuris, in Campania culti, caput, ad denotandam ex ea originem, exhibere videtur, ut ab altero ex ſequentibus denariis, in quo ille ſedens depingitur, videbimus. De illo jam ex *Virgilio* diximus:

————Quis Jupiter Axurus arvis
Præſidet.

Quo loco *Servius* ait: eſt autem fons in Campania juxta Terracinam quæ aliquando Anxur eſt dicta. Jupiter ille eſt etiam Axurus, in quadrigis, fulmen dextra gerens, ſed imberbis, & ἄνευ, ξυρῦ, id eſt, ſine novacula.

V.

V.

C. VIBIVS. C. F. Minerva in quadrigis decurrentibus, d. trophæum, ſ. haſtam & habenas equorum: in altero latere, PANSA. Idem typus, ſed ex adverſa parte.

Soliti erant Romani in Moneta ex una parte caput aliquod exhibere, quæ partem nummi anteriorem conſtituebat, & ex altera aliquod Numen ſtans aut ſedens, vel aliquod egregium belli aut pacis factum. Itaque hic denarius, Monetariorum errore, eandem averſam partem duas vertendo quadrigas, in quibus Minerva ſtat, trophæum gerens, expreſſit, eorum capita in altero denario, ut in gente Sentia vidimus, proferentes. Sed ad quid Minerva in quadrigis, niſi ad cultum, quo illam ut Scientiarum deam, colebat Vibius Panſa? nam ille doctus erat & Epicureorum ſectam ſequebatur. Illi etiam trophæum addit, quùm bellorum gubernatrix æſtimata ſit: imo & auxiliatrix, ad cujus ædem, teſte *Clitonymo, in libro rerum Italicarum ex Plutarcho*, Caſſius Brutuſque confugerant.

VI.

C. VIBIVS C.F. Caput deæ Monetæ, pone quod V. quinarii nota, ex averſa parte, PANSA. in vertice DCCX. Victoria agit quadrigas decurrentes, d. flagrum.

C. Vibius Panſa non modo denarios expreſſit, ſed etiam quinarios, ut nota V. nobis indicat. Hæc littera numeralis apud Romanos Quinque arguebat, ad denotandum, quod hæc moneta argentea quinque aſſes valeret, ut in denariis nota X. pro decem accipitur. At quùm hæc moneta nobis nova videtur, nempe quadrigati quinarii, ut denarii quadrigati, ideo deam Junonem, vocatam Monetam, ſub cujus tutela erat moneta, expreſſit; imo monetæ officina erat juxta illius templum, quod alii in Aventino, alii in Capitolio collocant: & eſt ab aliis traditum, repoſitam eſſe illius ædem in tertia Urbis regione, ut apud *P. Victorem* eſt videre. Litteræ autem numerales DCCX. illas numerum quinariorum percuſſorum indicare exiſtimat *Amicus* noſter; ſed annum potius V. C. 710. deſignat, quo percuſſa eſt hæc moneta, quando creatus eſt Conſul C. Vibius cum A. Hirtio, ut infra proferemus: qui quidem denarius magni momenti videtur, quùm

nobis Romanos Catonis annos numerare, ut *Faſti Capitolini* deſcripti ſunt, demonſtret.

VII.

Caput Jovis laureatum & barbatum: in averſa parte, VIB. id eſt, *Vibius*· Victoria imponens coronam trophæo.


Hunc denarium ſuperiori adjunximus, ut Romanos in moneta cudenda aliquando luſiſſe, oſtenderemus. Superior qui quadrigatus eſt appellatus, quod quadrigas exhiberet, ut bigatus dictus eſt, quod bigas ageret Victoria, non quod eſſet in utroque triumphus, ut ſæpe retulit *Fulvius*, ſemper denarium occupare ſolebat, & tamen in quinario ſuperiori obſervatur. Ita hic typus quinariorum ſolitus, qui à Victoria trophæum coronante, nominatus eſt à Romanis Victoriatus, in denario à Vibio Panſa exhibetur. Ideo moneta nova dici poteſt, quùm in tota hac denariorum ſerie non alter occurrit Victoriatus in denario: non autem hic typus ad aliquam victoriam, ab eo qui illum cudit relatam, ſpectat: ſed ad victoriam, quam P. Romanus ſæpe reportavit: unde Roma Victrix appellatur, & monetæ fuit inſigne typuſque.

VIII.


PANSA. Caput Liberæ corona hederaceà ornatum: ex altera parte, C. VIBIVS C. F. C. N. Ceres in curru duorum draconum, quos d. regit, ſ. tædam gerens.

Vibius Panſa ex Quæſtura ad Tribunatum Plebis acceſſit an. $^{702}_{\;\;3}$ & Ædilis Curulis factus eſt an. $^{705}_{\;\;6}$ quo Ludos Cereri & Liberæ ſortitus edidit, de quibus loquitur *Cicero, Act. 7. in Verrem*. Nunc ſum, inquit,
„ deſignatus Ædilis: habeo rationem quid à Populo Romano acce-
„ perim, mihi Ludos ſanctiſſimos maxima cum cerimonia Cereri,
„ Libero Liberæque faciendos. Ideo Vibius Panſa, ut à ſe celebratos & Liberæ & Cereri Ludos denotaret, hinc Liberæ caput expreſſit, hedera coronatum, quod hæc planta ebrietatem vinì prohibeat: nam ex *Macrobio*, *Saturn*. 1. habet illa vinciendi obligandique naturam. Quidam caput illud Liberi eſſe putant, quod ſæpe feminea, juxta *Phornutum*, fingitur eſſe forma, quia vigorem omnem carpit ebrietas. Inter Conſentes *Varro* Cererem & Liberum recenſet, quod ab his cibus & potio venit: ideo illos Vibius forte in eodem etiam copulavit. Ceres in curru ſerpentum depingitur, quem, *Apollodoro* teſte,

Tripto-


VETVRIA
L·VETVR·PHILO
ROMA
CN·SCIPIO CAV.
COS.
L·VETVR
PHILO
ÆD·CVR·
VIBIA
ROMA
C·VIBI·C·F
C·PANSA
ROMA
C·PANSA
PANSA
C·VIBIVS·C·F
C·VIBIVS·C·F
PANSA
C·VIBIVS C·F
PANSA
ROMA
PANSA
TAB. CXLV.

VIBIA



TAB. CXLVI.

Triptolemo ab alatis trahendum draconibus comparavit, ut tritico conceſſo per aerem vectus, univerſo terrarum orbi ſereret. Sed forſan illius currum trahunt ſerpentes, quod ſub ſerpentis ſpecie filiam Proſerpinam compreſſerit, ex *Arnobio*. De face, quam dextra gerit, in ſequente.

IX.

PANSA. Caput iterum Liberæ, C. VIBIVS C. F. C. N. Ceres gradiens, utraque manu tædas accenſas gerit, ante illam aratrum.

En iterum Libera cum Cerere in eodem denario ſociata, Ludos Liberæ & Cereri, à Vibio Panſa celebratos, arguentes. Sed forſan etiam alludit quod Libera ex *Arnobio*, *lib.* 5. eadem ſit cum „ Proſerpina, Cereris filia; De Cerere loquens, ait, quam ætas „ mortalium conſequens, modo Liberam, modo Proſerpinam „ nuncupavit. Id ante jam dixerat *Cicero, 6. Act. in Verrem.* Nam, ait, „ & natas eſſe in his terris deas, & fruges in ea terra primùm repertas „ arbitrantur, & raptam eſſe Liberam, quam eandem Proſerpinam „ vocant, ex Ennenſium nemore. Quo in loco tædas accendiſſe „ Cererem ad quærendam filiam narrant, ideo illas utraque manu gerit in denario, unde apud Poetam:

Et per tædiferæ myſtica ſacra deæ.

Ante Cererem aratrum eſt, quia, ut ſupra diximus, dea frugum eſt, & triticum ſerere Triptolemum docuit.

X.

PANSA. Caput Jovis Axuri imberbis, laureâtum: in poſtico latere, C. VIBIVS C. F. Ceres gradiens, ambabus tædam accenſam, in imo porca.

Non amplius caput Liberæ ſociatur cum Cereris typo, ſed imago Jovis Axuris, ut in quarto denario tabellæ ſuperioris protulimus, & in ſequente ſedentem dabimus. Signatus ille eſt Jupiter Axur, à Vibio Panſa, ad denotandam ex Campania, ubi hic deus colebatur, ſuam originem. Ceres ad ipſius Ludos, in Ædilitate Vibii Panſæ editos, exhibetur. Illa tædas gerit, ut ſupra dictum eſt, ad quærendam Proſerpinam filiam, à Plutone raptam, in Ætna monte accenſas. Ad

Cereris pedes porca adjecta eſt, quia huic deæ iis ludis immolari conſueverat. „ Priuſquam meſſem facias, inquit *Cato*, porcam præci-
„ daneam hoc modo fieri oportet. Porca autem præcidanea appellata, quam, piaculi gratia, ante fruges novas fieri cœptas, immolari Cereri mos fuit, ex *A. Gellio*, *lib.* 4. *cap.* 6. Unde *Ovid.* 4. *Faſtorum*:

A bove ſuccincti cultros removete miniſtri:
Bos aret, ignavam ſacrificate ſuem.

XI.

PANSA. Caput Sileni: ex averſo latere, IOVIS AXVR. C. VIBIVS C. F. C. N. Jupiter Axur lauri foliis coronatus, ſeminudus, cum pallio ſedens, d. extenſa, ſ. haſtæ innixa.

In ſuperiore denario caput Jovis Axuris, ad denotandam Vibiorum originem è Campania, ubi ille colebatur, expreſſum; nunc C. Panſa illum ad eandem rem ſedentem exhibet. Ipſe ſeminudus ſedet, pallio divinitatis ornatus, ut Jupiter ſolet, dextram extendit, ad indicandum imperium; haſtam, divinitatis ſymbolum, ſiniſtra tenet, quæ huic deo tribui moris eſt. Sed ut in averſa ſuperioris denarii parte Ceres exaratur, ad ejus Ludos Cereales à Vibio celebratos; ſic in anteriore caput Sileni ad arguendos Libero Ludos etiam in ejus Ædilitate editos, arguit. Silenus autem Bacchi nutricius fuit, quem vites colere & ex earum racemis in torculari vinum exprimere docuit, & ſæpe pro eodem depingitur, eundemque eſſe Liberum & Bacchum, nos docet *Seneca*, ut & *Tibullus*.

Candide Liber ades, ſit tibi myſtica vitis,
Sic hedera ſemper tempora juncta feras.

XII.

PANSA. Caput Sileni, hedera coronatum: in altera parte, C. VIBIVS C. F. Perſona, ante quam tibia.

Silenus iterum prodit, ſed hedera coronatus ſicut Bacchus, ut idem pro Ludis Libero Liberæque, à Vibio Panſa editis, videatur expreſſus: ſeu quod erant Scenici Ludi in iis, Silenus, ut Satyrorum Princeps, eos denotaret. Silenus Bacchi nutricius eum plurima docuit. Eum *Ælianus*, *Var. Hiſt. lib* 3. Nymphæ filium facit, diis quidem conditione inferiore, motralibus vero morte ſuperiori: & *Maximus* *Tyrius*

Tyrius, ſerm. 30. ita ait, Silenum ebrium laqueis & vinculis conſtrictum, Midæ Regi prædixiſſe varia & diverſa. Perſona in averſa denarii parte Ludos Cereri, Libero Liberæque editos fuiſſe etiam Scenicos nos edocet. Ante perſonam tibia eorum originem arguit, quia in iis Lndiones ex Etruria acciti ſine carmine, ad tibicinis modos ſaltantes non indecoros motus, more Thuſco, dabant.

XIII.

LIBERTATIS. Caput ejus deæ laureatum: ex averſa parte, C. PANSA C. F. C. N. Roma inſidens ſpoliis, galeata, d. haſtam, ſ. parazonium, lævo pede globo impoſito, & Victoria per aera volitans ei porrigit coronam.

Ex Ædilitate C. Panſa ad Præturam acceſſit an. $\frac{708}{9}$ & Galliam Ciſalpinam obtinuit, M. Bruto ſuccedens, deinde Conſulatum geſſit cum A. Hirtio. an. $\frac{710}{1}$ at quùm in Senatu nunciatum eſt M. Antonium obſidere Mutinæ D. Brutum, poſtquam ille Senatus Legatis non morem gereret, bellum contra eum decretum eſt. Profecti ſunt contra Antonium Conſules; Panſa vero adverſo prælio contra dimicavit: ſed Hirtius victoriam hoſtibus eripuit. At quùm uterque Conſul pro libertate dimicaret, Panſa, in denariis, Libertatis deæ imaginem ex una parte, & Romam ex altera, ſpoliis inſidentem, expreſſit, cui Victoria per aerem volitans, coronam porrigit; quia, ut inquit *Dio, lib.* 46. A militibus Senatuque, Hirtius & Panſa Imperatores nominati ſunt. Roma inſidet ſpoliis ut Victrix, pedem globo imponit, ut caput orbis. Haſtam & parazonium gerit, quibus pro bello utitur.

XIV.

C. PANSA. Caput Sileni: ex altera parte, ALBINVS BRVTI. F. Duæ dexteræ, caduceum alatum gerentes.

Jam vulgatus eſt hic denarius in gente Junia num 27. ubi de A. Poſtumio Albino Bruti filio diximus, qui ex gente Junia cognomine Bruti in Poſtumiam gentem adoptione tranſiit. Hic conjungitur cum Vibio Panſa, quod quùm hic Mutinæ in Provincia ſua Ciſalpina à M. Antonio contra jus obſideretur, Panſa & Hirtius Conſules in ejus auxilium à Senatu miſſi ſunt. Ideo denarius percuſſus, ad indicandam eorum concordiam per dextras junctas. Illæ caduceum

tenentes

tenentes, aut felicitatem argnunt, aut pacem optare denotant. Sed dubium movet *Amicus*, an Brutus, an Panſa denarium cuderit. Sed quùm Panſæ nomen nobiliorem illius partem occupet, à Panſa cuſum fuiſſe exiſtimandum eſt. At cur Sileni imago? Si conjecturæ locus, ut ſupra diximus, caput illius Ludos Libero Liberæque factos indicare, ſic ad Liberalia ſpectare, quibus victoria ſummo prælio ad Mutinam de M. Antonio relata eſt, quùm fuerit eo die victus, profligatus & caſtris exutus. Illa celebrabantur XVI. Kal. Aprilis, in cujus victoriæ memoriam quinquaginta dierum ſupplicationes Panſæ ſunt decretæ.

XV.

M. LEPIDVS PONT. MAX. III. VIR. R. P. C. COS. ITER. Caput M. Lepidi pone quod lituus: ex averſa parte C. VIBIVS VARVS. Concordia ſtolata ſtans, d. Victoriam, ſ. cornucopiæ.

C. Vibius Varus hunc denarium cudit, ſed quis ille ſit? eum C. Panſæ filium fuiſſe ſuſpicamur, nam ut Panſæ Familiam non bene novimus in hiſtoria, id cognomen in ea antiquum non videtur; unde filio Vari cognomen recens inditum eſſe potuit. Adde quod prænomen Caii ad primogenitum frequens ſpectat, & ratio temporis ſatis convenit. Is aut Quæſtor M. Lepidi, ut putant quidam, vel Quatuorvir Monetalis extitit. Qui priorem ſententiam ſequuntur, Lepido potius, quam duobus aliis, inſcriptionem adſcribunt, & aliorum tantum vultus tanquam ſociorum arbitrantur; qui vero poſteriori adhærent, C. Varum effigiem Triumvirorum in tribus diverſis denariis ſignaſſe, & quidem eundem typum M. Antonio tributum protuliſſe, adducunt. De M. Lepido ſat in Æmilia gente diximus. Hic Conſul iterum perhibetur, quem Magiſtratum cum L. Munatio Planco geſſit an. 711. 2

Concordia dea à Vibio Varo ſignatur, ad denotandam M. Lepidi Triumviri cum aliis Triumviris concordiam: illi Victoriam addidit, quod hoc anno victoriam in Campis Philippicis contra Brutum & Caſſium retuliſſent Antonius & Cæſar cum Lepido communem. Concordia læva cornucopiæ gerit, ut hoc ſymbolo notetur, ex concordia omnium rerum abundantiam derivari.

XVI.

XVI.

Caput M. Antonii ſine epigraphe: C. VIBIVS VARVS. Concordia ſtolata ſtans, d. Victoriam ei profert, ſ. cornucopiæ gerit.

Ab *Antiquariis* hæc M. Antonii imago pro Lepidi capite olim exiſtmata eſt: nullus autem in re nummaria ita novus eſt, qui primo intuitu eam ab altera non diſtinguat, ut in prima *Nummorum Præſtantiorum* editione jam dudum monuimus: ſed Vibius potius ut Quatuorvir Monetalis, caput M. Antonii ad concordiam Triumvirorum R.P.Q. indicandam, quam ut Quæſtor M. Lepidi hunc denarium cudit: nam ejus caput cum M. Antonio conſociaſſet, ut ſæpe M. Antonii Quæſtores Cæſaris cum eo effigiem junxere, ſemper imagine illius, cujus erant Quæſtores, addita. Concordia, ut ſupra, Victoriam gerit, in recentis illius à Triumviris de Bruto & Caſſio in Philippicis campis relatæ monimentum: ſiniſtra cornucopiæ ad arguendam ex concordia omnium rerum abundantiam.

XVII.

Caput Cæſaris Triumviri nudum: in poſtico latere, C. VIBIVS VARVS. Minerva ſtans galeata & ſuccincta, d. haſtam, ſ. Victoriam, pro pedibus clypeus eſt.

C. Vibius, ut Lepidi & M. Antonii Triumvirorum capita in denariis expreſſit, ſic & Cæſaris, Junioris etiam Triumviri, imaginem ſignat, ſed pro Concordiæ ſimulacro, in prioribus appoſito, in hoc Minervam cum Victoriæ ſigno percuſſit, ad denotandam pariter victoriam de Bruto & Caſſio, in Campis Philippicis, reportatam. Sed quùm Minerva multiplex habetur, illa militaris, Ἐργατικὴ, videtur, quæ bello & militiæ præeſt, cujus ope victoctoria de percuſſoribus Dictatoris relata erat. Unde in nummis MINERVA VICTRIX, & eadem cum Victoria reputatur, teſte *Ariſtide*, *Panathen.* De Cæſare vide quæ in gente Julia dicta.

XVIII.

Caput Herculis barbatum & laureatum: in averſa parte, C. VIBIVS VARVS. Minerva, ut ſupra, ſtans, galeata & tunicata, d. haſtam, ſ. Victoriam, ad pedes clypeus.

Idem Minervæ typus ad victoriam de Bruto & Caſſio, à Triumviris relatam, pariter ſpectat, cujus ope illam ſe retuliſſe gloriantur. Ideo ut plurimi Hercules Romæ colebantur, ille videtur qui Hercules Victor appellabatur, laurea coronatus, & ab altero, qui ſpoliis leonis coopertus eſt, diverſus: cujus ædes duæ à *P. Victore* ponuntur, parva & rotunda in Foro Boario; altera ad Portam Trigeminam. Hic vero Hercules Καλλίνικος apud *Artemidorum* appellatur, *lib. 2. Onirocrit.* Hæc omnia conſociavit C. Vibius, ut horum auxilio Triumviros de Dictatoris percuſſoribus victoriam eſſe conſequutos ſignificaret.

XIX.

Caput Minervæ galeatum: ex altero latere, C. VIBIVS VARVS. Hercules ſtans, nudus, d. innixa clavæ, ſ. ſpolia leonis.

Ludit in his Numinibus Triumvirorum tutelaribus C. Vibius, modo Herculis caput & Minervæ ſignum in uno denario, modo Minervæ imaginem & Herculis ſimulacrum in altero, exhibens. Herculi quidem Victori primus Ædem poſuit M Octavius Herennius, appoſita in rei teſtimonium ſtatua cum inſcriptione. Unde quis poſſet ſuſpicari, Cæſari Octaviano C. Vibium adulari, quod ille ex Octavia gente originem haberet; ut in ſequente denario Venerem, ad indicandam Juliorum, in quorum Familiam adoptione tranſiit, originem cælaſſe videtur.

XX.

Caput Veneris laureatum: ex altera parte, C. VIBIVS VARVS. Venus nuda ſtans, d. humero induſium ad talos uſque, ſ. baculum ſeu ſceptrum gerit, pone eam columna.

Quin C. Vibius ad Cæſarem Triumvirum reſpexerit dubitare non ſinunt ex anteriore parte caput Veneris Victricis, & in averſa Veneris Genetricis ſimulacrum: geminato ſic typo Juliæ gentis, in quam ille adoptione tranſiit, indicare haud dubie voluit. Et quùm Vibius

an.

an $^{711.}_{2}$ denarios eos omnes cuderet propter victoriam in Philippicis Campis relatam, ideo Veneris tutelaris deæ, ſub effigie Victricis, laurea coronatæ, imaginem expreſſit; & in altera Venerem Genitricem, in cujus gratiam Ludos anno præcedente à Dictatore patre, ob perfectionem ejus fani reſtitutos ipſe celebraverat: Venus baculum ſeu ſceptrum, tanquam Victrix, tenet ſeminuda, in locum Victoriæ ſigni, ad denotandum illius ſupra omnes imperium.

Columna pone Venerem, illius templum indicare videtur, parte pro toto poſita; ut in nummis obtingit.

XXI.

Caput Liberæ hedera coronatum: ex âverſo latere, C. VIBIVS VARVS. Ara, ſupra quam Perſona & thyrſus, ſuper eum pedes attollit panthera.

Hic denarius C. Vibium ad Ædilitatem Curulem perveniſſe demonſtrat: nam hæc ſunt Liberi & Liberæ Ludorum ſymbola. Liberæ ipſius imago in anteriore illius parte exhibetur; hedera coronatur, ut in Vibio Panſa diximus, quod hæc planta contra vini furorem prodeſt. In averſa parte Ara, ſacra Libero Liberæque facta ante Ludos, denotat. Thyrſus Bacchi inſigne, haſta erat aculeata, hedera contexta, mucrone acuto, quam in bigis Bacchæ etiam quatiebant. Panthera Libero comes & ſacra erat, de quibus vide *Phornutum, de Nat. deorum.* Perſona, quia Ludi illi erant Scenici.


XXII.


Caput Jovis Capitolini barbatum & laureatum: in altera parte, A. VIBI. HABITVS AED. CVR. Aquila, alis expanſis fulmini inſiſtens, ante eam urceolus.

A. Vibius Habitus in *Faſtis* C. F C N. renunciatur; Conſul ſuffectus cum L. Apronio ex Kal. Jul. an. $^{760.}_{1}$ Caii vero patris ut & avi prænomina, illum C. Vibii Vari filium, & C. Vibii Panſæ nepotem fuiſſe demonſtrant, quùm nihil de illius progenie habeamus. In Ædilitate Curuli hunc denarium cudiſſe nos edocet illius inſcriptio, AED*ilis* CVR*ulis*, & typus utriuſque partis Ludos Romanos, ab illo editos fuiſſe, denotat. Ab una parte caput Jovis expreſſum eſt, quod illi eſſent dicati; ex averſa ſcalpta

eſt aquila, ut ipſi comes & ſacra inſiſtit fulmini, ut quæ illi ea in bello contra Gigantas miniſtrabat. Adeſt urceolus, ad denotanda Jovi facta ante Ludos ſacra: hi vero primum erant Circenſes, deinde fuerunt Scenici, teſte *Livio*, *lib.* 32. Ludi, inquit,
„ Romani Scenici, eo anno magnifice apparateque facti ab Ædi-
„ libus Curulibus. Pridie Non. Septemb. celebrabantur.

Habitus Proconſul Galliam Narbonenſem habuit Provinciam ſub Tiberio an. 771. Teſte *Plinio*, *lib.* 34. *cap.* 7. ubi perperam Vibius Avitus pro Habitus, legitur.


VIBIA
VARVS
C.VIBIVS
VILLIA
EX S.C.
VINICIA
CONCORDIA
L.VINICI
S.P.Q.R.
IMP.CÆ.
QVOD V.
M.S.EX
EA.P.Q.IS
AD A.DE
L.VINICIVS
OB
SERVATOS
S C
VIPSANIA
IMP.CAESAR DIVI IVLI F.
M.AGRIPPA COS
DESIG.
DIVOS IVLIVS
DIVI F.
TAB. CXLVII.


VIPSANIA
AVGVSTVS
M·AGRIPPA COS·TER
COSSVS LENTVLVS
IMP·CAES·TRAIAN·AVG·GER·DAC·P·P·REST
IMP·CAESAR
M·AGRIPPA L·F·COS·III
S C
IMP·T·VESP·AVG·REST
IMP·D·AVG·REST
C·C·A
IIVIR
AVGVSTVS CAESAR
VISELLIA
VARRO
C·VISELLI

TAB. CXLVIII.

VILLIA.

VILLIAM gentem fuiſſe Plebeiam denotat Villia Titia Lex, à duobus Tribunis lata, de Prætoria in Provinciis juriſdictione. Nomen ejus à *Villo*, quod primus eſſet hirſutus. Cognomen *Tappulus*, ex Lege quam tulerat Villius: nam Tappula confictum eſt nomen, ex *Verrio*, quam ita Legem comitialem commentus eſt Valerius Valentinus, cujus meminit *Lucilius*, hoc modo:

Tappulam rident legem concere opimi.

I.

Caput deæ Fidei. EX S. C. ex altera parte, P. VILLVS TI. F. TI. N. TAPPVLVS in imo. L. MERVLA L. F. Sella Curulis, ſupra quam corona.

P. Villius Tappulus Ti. F. Ti. N. in denario appellatus, patrem habuit Ti. Villium Tappulum, Tribunum Plebis an. $^{510.}_{1}$ Ille Quæſturam Provincialem iniit an. $^{538.}_{9}$ Tribunatum Plebis an. $^{542.}_{3}$ iterum an. $^{545.}_{6}$ & tertium an. $^{547.}_{8}$ Ædilis Plebis fuit an. $^{549.}_{50}$ cum P. Ælio Pæto, & Ludos Plebeios per biduum inſtaurarunt. Deinde Prætor factus Siciliam ſortitus obtinuit an. $^{550.}_{1}$ ſecum ducens tria millia militum, in ſupplementum exercitus. Proprætore an. $^{551.}_{2}$ oram maritimam Siciliæ, prorogato imperio, cum Claſſe tenuit, & tandem creatus eſt Conſul cum L. Cornelio Lentulo an. $^{554.}_{5}$

Denarius copulat P. Villium Tappulum & L. Merulam è gente Cornelia. Sella Curulis ad Conſulem & ad Prætorem ſpectat: at non ſimul Conſules fuerunt, L. Merula Præturam geſſit uno anno ſerius quam Villius Conſulatum, ex *Livio*. Certior videtur denarius, & *Livius* alios *Annales* vidit; nam denarius ſatis convenit Hiſtoriæ L. Merulæ, qui Prætor Urbanus ſervorum conjurationem pro liberandis Pœnorum obſidibus detexit: in cujus memoriam Conſulis nomen in nobiliore loco poſuit, & Sellam Curulem, Conſuli & Prætori communem, expreſſit, cum corona, ſemper

honori-

honoris cauſa, ſuper eam appoſita. Romæ videtur eſſe caput maxime rei conveniens: nam ipſa Victrix exhibetur, ut in Porcia gente num. 5.

Amicus Fidei caput eſſe, & P. Villium & L Merulam ſimul Ædiles Curules fuiſſe exiſtimat, quorum inſigne eſt Sella Curulis; & Fidei imaginem eſſe expreſſam, aut alterius deæ, cujus ædes reſtaurarint ex Senatuſconſulto, ut Ædilium muneris erat. At ut inquit, *Seguinus, de Num. Pompeianis*, in antiquis Oraculis ſæpius duplex ſenſus, immo & contrarius occurrit, ita & in veterum nummorum inſcriptione multa viſuntur, quæ multiplicem patiuntur ut lectionem, ita & explicationem; eligant igitur Eruditi *Antiquarii*. Vide in Cornelia.

VINICIA.

VINICIAM gentem Plebeiam fuiſſe, vel uno L. Vinicii teſtimonio conſtat, ut refert *Fulvius*, qui cum Tribunus Plebis eſſet an. 702. cum tribus ſuis Collegis pro s. c. interceſſit. Alii illum ex *Cicerone*, Vicinium vocant: ſed remur perperam. Calibus ortum & Equeſtri tantum Familia, apud *Velleium*.

I.

CONCORDIA. Caput Concordiæ laureatum: in averſa parte, L. VINICI. Victoria gradiens, inter quatuor coronas, ſ. humero palmæ ramum, quem d. ſuſtinet.

L. Vinicius Quæſturam Provincialem iniit an 697. quo Pompeius Magnus Procoſ. Frumentariam procurationem obtinuit, & decreta in hanc rem pecunia in Sardiniam, Siciliam & Africam navigavit; & ex typo Victoriæ cum quatuor coronis, eum Pompeii Quæſtorem fuiſſe conjicimus, quas renovare voluit, ut illius concordiam cum Senatu denotaret. Unde ex una parte ipſius imaginem expreſſit, & ex altera Victoriam gradientem, quatuor coronis circumdatam; quas de Africa ut primam, de Europa ſecundam, de Aſia tertiam, & quartam maritimam de Piratis: ut Fauſtus, in Cornelia gente, ipſas quatuor coronas, in Pompeii gratiam, jam exhibuit, ut ibi videre eſt.

Ex Quæſtura Vinicius ad Tribunatum Plebis acceſſit an. 702. inde civile exarſit bellum, & de aliis illius Magiſtratibus nihil reperitur, quùm partes Pompeii eſſet ſequutus, uſque ad ejus Conſulatum, qui ſuffectus Kal. Sept. an 721. in *Tabulis Capuanis* indicatur. An de ipſo, an de illius filio ejuſdem nominis, ut de Oratore eximio, loquatur *Seneca*, *Controv. lib.* 2. videat Lector?

II.

AVGVSTVS TR. POT. VIII. Caput Auguſti nudum: in averſa parte

parte, L. VINICIVS L. F. III. VIR. Cippus, in quo, S. P. Q. R. IMP. CAE. QVOD. V. M. S. EX EA. P. Q. IS AD A. DE. id eſt, *Senatus Populuſque Romanus Imperatori Cæſari quod viæ munitæ ſint ex ea pecunia quam is ad ærarium detulit.*

L. Vinicius L. filius patrem habuit L. Vinicium, cujus denarium ſupra interpretati ſumus, & cujus parentis nomen haud reperitur. Hic Triumvir nempe Monetalis Auguſti, in ejus gratiam cudit denarium & ſequentes, quod vias munierit. Id nos docent *Suetonius*, & *Dio*. *Suetonius* autem inquit: „Quò facilius undique Urbs adi„retur, deſumpta ſibi Flaminia via Arimino tenus munienda, re„liquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia ſternendas diſtribuit: id factum nobis indicat denarius in illius Tribunitia Pot. VIII. quod reſpondet an. V. C. $^{738}_{9}$ quia illam ſuſceperat an. $^{730}_{1}$ poſt diem 14. Junii.

III.

Statua Equeſtris Auguſti, ſupra baſim, in qua S. P. Q. R. IMP. CAES. ante portam Urbis, cujus viſuntur mœnia, in poſtico latere, L. VINICIVS L. F. III VIR. & cippus ut ſupra cum litteris, S. P. Q. R. QVOD V. M. S. EX EA P. Q. IS AD A. DE.

Alterum eſt munitæ ab Auguſto viæ Flaminiæ monumentum, à L. Vinicio Triumviro Monetali expreſſum, nempe Auguſti ſtatua equeſtris extra portam Flumentanam, quæ viſitur in denario poſita; quod ab illa incipiebat via Ariminum uſque, à C. Flaminio it. Conſule, ex hoſtium Gallorum, de quibus triumphavit, manubiis in Cenſura, quam cum L. Paullo, an. $^{532}_{3}$ geſſit, ſtrata eſt, unde nomen. Rationem affert *Dio*, *lib.* 53. cur eam præcipue inter alias reficiendam ſelegerit, Quoniam, inquit, ea ducturus erat exercitum. *Plinius* notat hac via ad nonum lapidem, villam Auguſti, deinde Cæſarum fuiſſe, quæ ad Gallinas dicebatur. *Dio*, *loco ſupra laudato*, narrat, ob viam ita munitam Auguſto ſtatuas eſſe poſitas; unde denarius *Dionem*, & *Dio* denarium illuſtrant.

IV.

Caput Auguſti nudum, ſine epigraphe: in averſa parte L. VINICIVS. Arcus cum tribus fornicibus, ſupra quem quadrigæ, & in periſtylio, S. P. Q. R.

L. Vi-

L. Vinicius Auguſto carus admodum fuit; ut de illo hæc referat *Suetonius*, *cap.* 64. Ut L. Vinicio, claro decoroque juveni ,,
ſcripſerit, quondam, parum modeſte feciſſe eum, quod filiam ,,
ſuam Baias ſalutatum veniſſet. Is autem nihil prætermiſit in Ma- ,,
giſtratu ſuo Triumvirali monetæ cudendæ, quod in ejus gratiam ſuis denariis commiſerit. En arcus, ob viam Flaminiam ſtratam, Auguſto erectus, de quo loquitur *Dio*, *lib.* 53. Ac, inquit, ob id arcus Auguſto tam in ponte Tiberino, quam Ariminii. Nos reliquias arcus illius initio pontis Ariminii ſæpe obſervavimus, illac tranſeuntes.

V.

M. VINICI. P. F. L. N. Caput Romæ galeatum: ex altera parte vexillum, aquila legionaria, aratrum & decempeda. EX S. C. per tranſverſum.

En alter Vinicius, nempe Marcus P. filius & L. nepos, & ex ejus prænominibus videtur cum ſuperiore filius patruelis; nam uterque Lucium habuit avum, qui L. & P. genuit; unde ex Lucio ſuperior, & hic ex Publio, cujus Prætura Urbana notatur, an. $^{722.}_{3}$ quùm jam Conſulatum geſſiſſet L. Vinicius an. $^{720.}_{1}$ ſed denarius à M. Vinicio videtur percuſſus ob deductam Coloniam, cujus videtur primus è Duumviris, in cujus memoriam hinc caput Romæ, ob Senatuſconſultum in hanc rem decretum, & ex averſa omnia Coloniæ conſtitutæ ſymbola: Decempeda quæ eſt, menſura agri, qui Colonis diſtribuitur; aratrum, quo Coloniæ circuitus notatur; vexillum equites veteranos; aquila legionaria pedites in Coloniam tranſmiſſos denotat.

M. Vinicius ex Prætura Urbana quinquennio poſt Provinciam, ex Lege Auguſti, Legatus illius Propr. Galliam Celticam obtinuit an. $^{728.}_{9}$ de quo ait *Dio*, *lib.* 53. Fere hoc ipſo tempore M. Vini- ,,
cius Germanos quoſdam ultus, qui homines Romanos ipſo- ,,
rum regionem, commercii gratia ingreſſos obtruncaverant. Ipſe ,,
quoque nomen Imperatoris Auguſto (*ut remur VIII.*) conceſſit ,,
triumphique ei propter hanc, aliaſque res tunc geſtas, decreti ,,
ſunt: quos quùm recuſaſſet, arcus triumphalis in Alpibus ei poſitus ,,
eſt, dataque poteſtas, Kal. Januarii ſingulis, coronæ & veſtis ,,
triumphalis geſtandæ.

Tandem M. Vinicius creatus eſt Conſul ex Kal. Jul. an. $^{734.}_{5}$ quo

etiam Vipſanius Agrippa. Vinicium C. Sentio Saturnino prodit *Collotianum Fragmentum*, forſan Agrippa Q. Lucretio Veſpilloni, quod confirmat *Paterculus*, qui hiſtoriam Marco Vinicio ejus nepoti „ dicavit, dum inquit: Subinde bellum Pannonicum, quod inchoa- „ tum Agrippa Marcoque Vinicio avo tuo Conſulibus, magnum &c. ſed ille Agrippa non videtur eſſe Auguſti gener.

VI.

OB CIVIS SERVATOS. Corona quercea inter duos lauri ramos: ex averſo latere, P. VINICIVS M. F. III VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum. S. C. in area.

M. patrem ſequitur P. Vinicius, ut fert etiam ipſa inſcriptio. Is eſt, de quo celebre eſt Auguſti dictum, ingenium eum in nume- „ rato habere, apud *Senecam*. Et addit hic *Autor Declam*. 3. Vinicius „ vir exactiſſimi ingenii, nec dicere ineptias, nec ferre poterat. „ Et videtur eſſe Auguſti conviva cum Salvio patre, ex *Suetonio*: „ Cœnavi, mi Tiberi, cum iiſdem. Acceſſerunt convivæ Vini- „ cius & Salvius, (ut remur,) pater, inter cœnam luſimus, &c. P. autem Vinicio Conſule Tiberium Rhodo in Urbem rediiſſe ſcribit.

Per Magiſtratus ordinarios ad Conſulatum perveniſſe inſinuat hic nummus, quem, ut Triumvir Monetalis Senatus, percuſſit. De corona civica, quotannis Auguſto oblata, ſparſim diximus; ut de lauri ramis, ante fores domus illius appenſis, ex Senatus decreto, quod ille eſſet Civium Servator & hoſtium perpetuus Victor. Conſulatum geſſit M. Vinicius cum P. Alfinio Varo an. 754.

VIPSANIA.

VIPSANIA gens Plebeia, ſed Conſularis. Ejus nomen à Vipſano cognomine ductum quidam arbitrantur, ſed *Seneca in Controv.* 12. refert aliquem ei dixiſſe, M. Agrippam & quod vi medium eſt. Vipſanum judicavit, quaſi à verbo ſanna, quod eſt irriſio, unde Sanniones ex Nonnio dicuntur à Sanniis, qui ſunt in dictis fatui & in moribus ſæviet, quos μωροὺς vocant Græci. Cognomen gentis Agrippa, quod ex utero matris in pedes egreſſo nativitas dedit.

I.

IMP. CAESAR DIVI IVLI F. Caput Auguſti nudum: ex altera parte, M. AGRIPPA COS. DESIG. in area.

M. Agrippa è Vipſania gente ortus, Familia Equeſtri, ut ſcribit *Cornelius Nepos, in Attici vita*, vir ingentis animi, etſi nullis majorum imaginibus, ſuapte virtute clarus, ab Auguſto allectus inter familiares & amicos, C. Caſſium apud tribunal judicum, ut qui Dictatorem interfecerat, accuſavit an. $\frac{710}{11}$ Bello Peruſino an. $\frac{712}{3}$ eximia ejus opera & fortitudo ſpectata eſt. Præturam Urbanam obinuit an. $\frac{713}{4}$ at quùm Ædilis nondum fuerat, Ludos magnificentiſſimè edidit & demum Apollinares, teſte *Dione.* Ex Prætura Galliam Ulteriorem obtinuit an. $\frac{714}{5}$ Cæſaris auſpiciis prorogatum eſt Imperium an. $\frac{715}{6}$ in exitu anni. Ob res contra Gallos proſperè geſtas, Cæſar eum revocavit ad triumphum & Conſulem deſignavit.

In rei memoriam Proprætor denarios in Provincia, ad illius uſum, percuſſit; in anteriore cujus parte Cæſarem cum appellatione Divi filii & Imperatoris, qui erant tunc tituli, quos in moneta uſurpabat, expreſſit, & in averſa parte ſolum nomen, quùm ipſe Vipſanii gentilitium ſuſtuliſſet, ut humile; teſte *Seneca Rhetore, Controv.* 12. ſed deſignati Conſulis dignitatem in area nummi, ut rem Familiæ ſuæ glorioſam, inſcripſit.

II.

DIVOS IVLIVS DIVI F. Capita adverſa Dictatoris laurea ornati, & Cæſaris ſine corona: ex altera parte, M. AGRIPPA COS. DESIG. in area.

En rurſus M. Agrippæ nomen cum deſignati Conſulis titulo, ſed cum capitibus Cæſaris Dictatoris & Cæſaris Triumviri adverſis: & ut Cæſar ſe Divi filium cognominabat, Dictatorem patrem adoptivum, Divi nomine decoratum, ei comitem addidit, ut uno conſpectu Divum & Divi filium in moneta conſpiciendos exhiberet. *Dio* de priore inquit, *lib.* 45. Aram „ autem plebs eo in loco, quo rogus fuerat, extruxit; nam „ cremati reliquias, liberti ejus ſublatas in monumentum tunc „ depoſuerant, ſacrificareque apud eam, & libare Cæſari tan- „ quam deo inſtituit. Quare, inquit *Suetonius*, *num.* 88. Atque „ in deorum numerum relatus eſt, non ore modo decernentium „ ſed & perſuaſione vulgi. Laurea coronatus eſt ob calvitium, quod „ impatiens ferebat

III.

CAESAR AVGVSTVS. Caput Auguſti nudum: ex averſo latere, M. AGRIPPA. PLATORINVS III. VIR. Caput M. Agrippæ nudum.

Superiores denarii ab ipſo M. Agrippa, quùm eſſet Conſul deſignatus, in Prætura Provinciali percuſſi ſunt, & tantum ejus nomen & tituli dignitatem continent; ſed hic cum Auguſti effigie ſociatus eſt, poſtquam Cenſuram cum Cæſare egiſſet an. $^{724.}_{5}$ ut quibuſdam placet, ſed ex *Lapide Ancyrano* ſequente anno. Conſulatum iterum cum eodem VI. an. $^{725.}_{6}$ & tertium gereret cum Auguſto VII. qui in Magiſtratu hoc nomen obtinuit an. $^{726.}_{7}$ teſte *Cenſorino, de die Natali.* Quare uterque à C. Sulpitio Platorino, Triumviro Monetali hoc anno Auguſti, ob diviſionem cum Provinciis ſimul monetæ inter ipſum & Senatum conſtitutam, in eodem denario ſignatus eſt; ut ad ſimilem denarium gentis Sulpiciæ num. 18. diximus, ad quam pertinet hoc cognomen Platorini, de quo ibi actum eſt.

IV.

IV.

AVGVSTVS COS. XI. Caput Auguſti laureatum: ex averſa parte, M. AGRIPPA COS. TER. in imo COSSVS LENTVLVS, Caput M. Agrippæ gemina corona, murali nempe & roſtrata ornatum.

Iterum ſimul prodeunt in eodem denario Auguſtus & M. Agrippa: ſed qua occaſione percuſſus ſit inquirendum. Epigraphe COS. XI. non omnino denotat: nam ab an. 730. quo illum accepit non alium iniit uſque ad an. 747. quo deſignatus eſt XII.. Sed ſi nobis conjicere liceat, corona muralis, qua Agrippa ornatus eſt cum roſtrata, indicare videtur. Illa autem donabatur ab Imperatore ei, qui primus murum ſubierat, inque oppidum hoſtium aſcenderat. Id Agrippæ obtigiſſe *Hiſtoria* non memorat, ideo cauſa ejus à *Fulvio* non cognita eſt, qui, illa prætermiſſa eo loco, diſerte de roſtrata cecinit.

Non alia de cauſa muralis corona M. Agrippæ ab Auguſto conceſſa nobis videtur, quam an. 733. quo Auguſtus in Siciliam profectus erat, & ob ejus abſentiam res Romæ turbatæ ſunt, ita ut cordati viri Auguſtum Romam revocarent: ſed ille Agrippam miſit, qui urbem gubernaret. Et addit *Dio*, *lib.* 54. plus ei majeſtatis addendum ratus, quo facilius regere Urbem poſſet, uxo- „ re ſua *Octavia* repudiata, Juliam filiam *Marcelli viduam*, ducere „ juſſit, ac continuo Romam miſit, ad nuptias peragendas, Urbiſ- „ que adminiſtrationem ſuſcipiendam. Agrippa autem quùm turgentes adhuc motus in Urbe inveniſſet, omnia ſedavit. Ideo Coſſus Lentulus Triumvir, in moneta, quæ ſibi ut Triumviro Monetali erat cudenda, ex una parte ſocerum Auguſtum laureâ, ut perpetuo hoſtium victorem, & M. Agrippam generum, duplici corona, nempe roſtrata, quam jam ob Sex. Pompeium devictum gerebat, & murali, ob motus in Urbe compreſſos, quaſi illam ſervitute, illuſtrem expreſſit.

V.

AVGVSTVS COS. XI. Caput Auguſti, ut ſupra, laureatum: ex averſo latere, IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST. in ſecundo circulo M. AGRIPPA. COS. TER. in imo COSSVS LENTVLVS. Caput M. Agrippæ, duplici corona murali & roſtrata ornatum.

Cæſaris eſſet, & ærea penes Senatum maneret: unde in ea deinceps S. C. nota. At obſervandum, quando in argenteis & aureis denariis occurit EX. S. C. non ideo Senatus illos percuſſit, ſed quod exhibetur, opus habuit Senatuſconſulto, quando percuſſum. Hæc igitur Agrippæ effigies, Senatus autem ſui juris nimis erat initio ſtudioſus, & ita, ut ſæpe nummos Auguſti cum epigraphe OB CIVIS SERVATOS, & alios ſecundæ formæ, cum inſcriptione AVGVSTVS TRIBVN. POTEST. ſine capite; ſed eam, ut remur, ſignavit, poſtquam an. 735/6 Tribunitiam Poteſtatem accepit Agrippa, ex *Tacito, lib.* 3. nam Auguſtus illud ſummi faſtigii vocabulum repererat, ne Regis, aut Dictatoris nomen aſſumeret, tamen appellatione aliqua cetera Imperia præmineret: cujus Poteſtatis ſocium quùm illum feciſſet Auguſtus, non dubitavit Senatus ejus nomine nummos cudere, quos quotannis iterum ſignaret, unde illorum in hunc diem copia & abundantia occurrit. De Neptuno infra.

VIII.

M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput M. Agrippæ corona roſtrata ornatum: poſtico latere, IMP. T. VESP. AVG. REST. S. C. Neptunus, ut ſupra.

Inter Imperatores, quorum reſtituit nummos T. Veſpaſianus, ecce Agrippam, non quod clarus & inſignis fuerit, quùm reſtituerit etiam Druſi, Tiberii F. monetam, ſed quia, ut remur, ambo Tribunitiam Poteſtatem habuerint, tanquam ſocii ſupremæ Poteſtatis; & ideo ipſorum effigies in moneta ſignata eſt, quod noſtram confirmat de tempore, quando Agrippæ moneta à Senatu percuſſa eſt, ut ſupra diximus, ſententiam. Neptunus in Agrippæ nummis videtur ſelectus, quod ipſi ſemper fuerit propitius; nam apud Mylas primò Sex. Pompeium, qui ſe Neptuni filium appellabat profligaverit, & iterum ad Naulochos ultimo ſane prælio illum ſuperaverit, & tandem in pugna navali Actiaca Præfectus Claſſis Cæſaris, M Antonium & Cleopatram ingenti ſtrage devicerit.

IX.

M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput M. Agrippæ corona roſtrata inſigne

inſigne: ex altera parte, IMP. D. AVG. REST. S. C. Neptunus, cum delphino & tridente, ut ſupra.

Domitianus exemplum Titi fratris, qui aliquorum Imperatorum, nempe Auguſti, Tiberii & Claudii, monetam reſtituerat, ſequutus, nobis etiam Agrippæ nummos, ut frater ſuppeditat, eadem corona roſtrata inſignem, qua donatus fuerat aurea ob victoriam navalem, de Sex. Pompeio relatam, quamque in omnibus locis celebribus gerebat, ut illa ornatus, cum vexillo cæruleo, Cæſarem Triumpho Actiaco comitabatur equo ſublimi vectus. Eundem typum, nempe Neptuni effigiem, quem Titus, expreſſit. De „ Delphino, ejus dei ſymbolo, ait *Hyginus*, *lib.* 2. Qui Neptuno „ ſimulacrum faciunt, delphinum, aut in manu, aut ſub pede ejus, „ conſtituere videmus, quod Neptuno gratiſſimum eſſe arbitrantur. Tridens illius peculiare ſymbolum, triplicem aquæ naturam denotans, ex *Phornuto*.

X.

M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput M. Agrippæ corona roſtrata inſigne: ex averſa parte, C CA. SCIPIONE ET MONTANO II VIR. Colonus agens boves.

Renovata eſt M. Agrippæ memoria & effigies in monetis, ab Imperatoribus Tito & Domitiano fratribus Romæ; ſed, ante illos, Coloniæ ſub Caligula, illius nepote, nam is Agrippinæ filius erat, ejus caput in nummis reſtituerant. En Cæſarauguſta, Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs & Colonia, prius Salduba, quæ, Caligulæ adulans, ſub ejus Imperio totius Familiæ Principes in nummis, Montano & Scipione Duumviris, expreſſit, ut videre eſt in *noſtro de Coloniis libro*, ubi diximus, quùm ex *Suetonio* Agrippæ ſe „ nepotem neque credi, neque dici ob ignobilitatem ejus nole- „ bat, ſuccenſebatque, ſi qui vel oratione vel carmine imagini- „ bus eum infererent. Iratus contra Auguſtanos, & forſan contra alios, Hiſpaniæ Coloniis cudendæ monetæ jus aboleverit, ſiquidem poſt hunc Imperatorem nulla reperiatur cum eorum effigie.

XI.

XI.

CAESAR AVGVSTVS. Caput Auguſti nudum: in poſtico latere, P. VIPSANIO AGRIPPA. II. VIR. COR. Pegaſus.

Deſumptus eſt è *noſtro Coloniarum libro*, ut hîc collocetur, iſte nummus primæ formæ æreus, quippe Vipſaniæ gentis nomen præfert, & in ſuperioribus dumtaxat illius Agrippæ cognomen exhibetur. M. enim Agrippa ita illud ægre ferebat, ut à quoquam ſe coram nominari non pateretur. Hinc in tot ſuperbis ædificiis, quæ Romæ conſtrui curavit, ſe Lucii F. appellavit: P. autem ille Agrippa ut ejus Familiæ ſe eſſe, ob M. Agrippæ potentiam, oſtentaret, Vipſaniæ nomen exhibuit. An ille, aut pater ejus, in Coloniam Corinthum deductus eſt, quando Julius Cæſar eam conſtituit an. $^{708.}_{9}$ ut ex *Dione* colligimus? nam, ut P. Vipſanius Agrippa Duumviratum, qui Conſulis vicem Romæ obtinet, conſequeretur, 43. ætatis annum attigiſſe debuerat. Pegaſus in averſa nummi parte ſignatus eſt à Corinthiis, in herois ſui Bellerophontis memoriam, quo pro equo uti dicebatur, quod primus equo vehi homines docuiſſe fertur, apud *Plinium*, *lib.* 7. hæcque moneta Pullus vocabatur, teſte *Jul. Polluce*.

VISELLIA.

VISELLIAM gentem fuiſſe Plebeiam, ex eo conſtat, quod T. Viſellius pro reditu *Ciceronis* ex exilio interceſſerit, ut ille innuit, *lib. ad Attic.* 3. *Ep.* 23. Ejus cognomen *Varro* nobis in denariis Romanis ſupereſt. *Varrones* ſtultos dici putat *Cornutus*, *in Perſium*, *Satyr.* 5. eamque ob cauſam etiam ſervos militum *Varrones* dici ſcribit, quod utique ſint ſtultiſſimi. Quidam pro viris fortibus putant eſſe. *Calepino* idem quod Barones.

I.

VARRO. III VIR. Caput Cybeles turribus ornatum, & velatum: ex averſa parte, C. VISELLI. Duo homines gladio decertant, clypeo armati.

Duo occurrunt Viſelli Varrones, prænomine Caii, pater nempe & filius. Pater quidem C. Viſellii Aculeonis Juriſconſulti ingenii acutiſſimi, ex *Cicerone*, filius, alter vero ipſius ſoboles. Sed cuinam eorum tribuendus denarius? Si nobis conjicere liceat, illum filio dabimus, qui Triumvir Monetalis nominatur in eo. Ipſi videntur inſtituti, poſtquam Marius Gratidianus, Prætor Urbanus, Legem tulit nummariam de denariis probandis an. 667. de quibus *Ciceronis* locus eſt intelligendus ad *Trebatium* Juriſconſultum, *Ep.* 13. ubi ſic ſcribit „ Treviros vites cenſeo, audio capitales „ eſſe, mallem auro, argento, ære eſſent.

C. Viſellius Varro ex anteriore denarii parte caput Cybeles, ceu Magnæ deæ, ad denotandos Megalenſes Ludos à patre ſuo, C. Viſellio Varrone, in Ædilitate celebratos fuiſſe, expreſſit. Hunc vero Ædilitatem Curulem geſſiſſe nobis auctor eſt *Tullius in Bruto*, ubi de illo ſic inquit: „ Erat etiam vir doctus in primis C. Viſellius „ Varro, conſobrinus meus, qui fuit cum Sicinio ætate conjun- „ ctus. Is quùm, poſt Curulem Ædilitatem, judex quæſtionis eſſet, eſt mortuus.

In altera parte ſingulare eſt certamen pedeſtre, quod avus ejus C. Viſellius Aculeo, vel quidam alius ex majoribus celebre iniit, in quo victo-

victoriam ex hoſte retulit, cujus memoriam revocare voluit. *Quidam* illum putant fuiſſe Conſulem ſuffectum an. 764; ut monſtrat *Capitolinum Fragmentum*:

EX. K. IVLIS.
C. VISELLIVS. C. F. C. N. VARRO.

Ex eo quod Legatus Procoſ. Inferioris Germaniæ novos motus apud Treviros & Æduos oppreſſerit, an. 773; & *Tacitus* eum ſenecta invalidum, atque ideo bellum illud Gallicum C. Silio Legato ceſſiſſe, ſcribat.

VITELLIA.


VITELLIAM gentem fuiſſe potius Patriciam, quam alios qui eam Plebeiam & etiam obſcuram eſſe volebant, innuere videtur *Suetonius*, *in vita A. Vitellii* Imperatoris; & ut à Fauno Aboriginum Rege, qui toto Latio imperarunt, ortos relinquamus, è Sabinis Romam migraſſe, atque inter Patricios allectos, indicia via Vitellia, ab Janiculo ad mare uſque Coloniam ejuſdem nominis eſſe, videntur. Tempore deinde Samnitici belli, præſidio in Apuliam miſſo, quoſdam ex Vitelliis ſubſediſſe Nuceriæ, eorumque progeniem longo poſt intervallo repetiiſſe Urbem atque Ordinem Senatorium ſcribit, *Tranquillus*.


I.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ Caput Germanici nudum : ex altera parte, ΕΠΙ ΠΟΠΛΙΟΥ ΟΥΙΤΕΛΛΙΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. circa ambitum. Μ. id eſt, Μητροπόλεως ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ in area.

Nummulus hic mole parvus eſt, ſed nomine ingens: quippe qui Vitelliam gentem inter Conſulares nummos nobis expromit. Hæc ſub Auguſto Romam venit. P. Vitellius pater ejus, qui illum percuſſit, domo Nuceria ex illa Civitate, Felicis Campaniæ hodie, fuit Procurator illius Principis, & quatuor reliquit filios A. Q. P. & L. prænominibus diſtinctos.

Nummus P. Vitellium Tertium ex Publii filiis Proconſulem Bithyniæ, cujus erat Metropolis Nicomedia, appellat; quam adminiſtrare non potuit Senatus nomine, quùm illa Provincia ei non ceſſiſſet, apud *Dionem*, *lib.* 5. niſi poſt Præturam initam, quam plurimi recentes Scriptores aſſignant an. 779/80 ex his *Suetonii* verbis: „ Publius, id eſt, *Vitellius*, Germanici comes Cn. Piſonem inimicum & interfectorem ejus accuſavit, condemnavitque, ac „ poſt Præturæ honorem arreptus, & in cuſtodiam fratri datus, „ ſcalpro librario, venas ſibi incidit. Sed hæc *Tranquillus* ſtilo hiſtorico narrat, nec Præturam poſt Piſonis accuſationem denotat; cui repugnat


VITELLIA
VMMIDIA
VOCONIA
Q·VOCONIVS
VITVLVS
QVOCONIVS
S C
VITVLVS Q· DESIGN·
VOLCATIA
L·VOLCAT·Q·F·
ROMA
VOLTEIA
M·VOLTEI·M·F·
TAB. CXLIX.


VOLTEIA
M·VOLTEI·M·F·
VOLVSIA
INCERTA
VRSINI
VESTA·P·R·QVIRITIVM·
CAPITOLINVS IO·MAX·
CAPITOLINVS I·O·M·
VESTA·P·R·QVIRITIVM
ITALIA
BONI·EVENT
RENASCES ROMA
D·S·S·
ROMA
LEIBERTAS
PAX ET LIBERTAS
S·P·Q·R·
TAB. CL.

pugnat nummus, quùm Germanici effigiem exhibeat: unde quanta ex illis *Hiſtoriæ* lux. Inquirendum nobis, quo tempore Publius Præturam geſſerit, & Bithyniam adminiſtraſſe potuerit.

Germanicus Conſulatum geſſit an. $^{764}_{5}$ poſt illum exactum miſſus eſt ab Auguſto an. $^{765}_{6}$ in Galliam, ad reliquias belli Germanici conficiendas. P. Vitellius ejus in bello Quæſtor fuiſſe videtur. Auguſtus mortuus eſt an. $^{766}_{7}$ quùm Cenſus acciperet per Gallias Germanicus: tunc legiones Imperatorem Tiberium recuſantes, & illi ſummam rerum deferentes, compeſcuit, & ipſi Proconſulare imperium ex s. c. miſit Tiberius. Germanico decernitur Triumphus an $^{767}_{8}$ manente tamen bello, quo *Tacitus*, *Ann.* 1. inquit, At Ger-
manicus legionum, quas navibus vexerat, ſecundam & quar- „
tam decimam itinere terreſtri P. Vitellio ducendas tradit. Vide- „
turque fuiſſe Legatus Germanici.

P. Vitellius Romam reverſus, Præturam obtinuit an. $^{768}_{9}$ & ex *eodem Tacito*, miſſus eſt à Tiberio ad Cenſus Galliarum: nam in-
quit, de Tiberio loquens: Igitur huc intendit, miſſis ad Cen- „
ſus Galliarum, P. vitellio & Cantio. Publius Bithynicam Pro- „
vinciam Proconſulis nomine obtinuit an. $^{769}_{70}$. & poſtquam hoc anno Germanicus de Germanis triumphaſſet VII. Kal. Jun. & ea de cauſa Cæſari Germanico Senatus nummos percuſſiſſet, cum hac epigraphe: GERMANICVS CAESAR, Triumphantis effigie in quadrigis, & in altera parte, SIGNIS RECEPT. DEVICTIS GERM. S. C. & ipſo ſtante militari habitu, d. ſublata, ſ. ſcipione eburneo. Nicomedia mox ipſi gratulans, ei nummos cum ejus imagine expreſſit, ex inſcriptione ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, ſub Proconſulatu P. Vitellii ΕΠΙ ΠΟΠΛΙΟΥ ΟΥΙΤΕΛΛΙΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ.

Diviſis licet inter Auguſtum & Senatum Provinciis, apud *Dionem, lib.* 53. Senatus Provinciæ per Proconſules Populi, uti prius, adminiſtratæ ſunt, quorum exempla nobis ſuppeditant ſuperſtites rariſſimi nummi diverſarum Provinciarum non modo, ut apud *Seguinum*, Proconſulis Cypri Eprii ΑΝΘΥ. ΕΠΡΙΩ ΜΑΡΚΕΛΛΩ. ΚΥ. *Proconſule Eprio Marcello Cypriorum.* Sed ex *Act. Apoſtol.* ὃς ἦν σὺν τῷ Ἀνθυπάτῳ Σεργίῳ Παύλῳ, *ſub Sergio Paulo Proconſule Cypriorum.* Ut in Achaia ex nummis Λ. ΜΙΝΔΙΟΥ ΑΝΘΥΠ. ΠΑΤΡΕΩΝ. *ſub L. Mindio Proconſule Patrenſium*, & ex iiſd. *Act.* 18. Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας, *Gallione Proconſulatum gerente Achaiæ*, & plurimi alii, quorum deſcriptionem habes in *noſtro, de Numiſmatibus Græcis*

VMMIDIA.

VMMIDIAM gentem Patriciam fuiſſe conjicimus, quod C. Vmmidius, de quo in nummo infra, Ædilis Curulis ſine Trib. Pleb. mentione in inſcriptione recitatur.

I.

ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Caput Urbis Antiochiæ turritum : ex altera parte, ΕΠΙ ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΥ ΕΤ. ΑΡ. in alio ΕΤ. ΕΡ. in ultimo ΕΤ ϛτ. an. 104. 105. 106. Aries, pone caput Luna bicornis & aſtrum.

Ad C. Vmmidium Quadratum pertinent hi nummuli Antiochiæ percuſſi, quos ex gente Numidia à *Patino, & plurimis Scriptoribus* perperam tributos eripuimus, ut eos Vmmidiæ tribueremus ex Doct. V. *Jo. Mabillon*, qui Romæ nos monuit ſe illius Præſidis Syriæ inſcriptionem in celeberrimo *Caſinate Monaſterio* obſervaſſe; ubi C. Ummidius legitur, eam deinde in *itinerario ſuo Italico* expoſuit, ſed non integram, ut V. C. *Raphael Fabrettus*, in ſuis novis inſcriptionibus nuper edidit hoc modo:

C. VMMIDIO. C. F. TER. DVRMIO
QVADRATO. COS. XV. VIR. S. F.
LEG. TI. CAESARIS AVG. PROV. LVSIT.
LEG. DIVI. CLAVDI. IN. ILLYRICO. EIVSDEM. ET.
NERONIS. CAESARIS. AVG. IN. SVRIA PROCOS.
PROVINC. CYPRI. Q. DIVI. AVG. ET. TI. CAESARIS.
AVG. AED. CVR. PR. AER. X. VIR. STLIT. IVD. CVRAT.
TABVLAR. PVBLICAR. PRAEF. FRVM. DANDI. EX. S. C.

C. Vmmidius C. filius è tribu Terentina Durmius Quadratus appellatus, ita videtur fuiſſe ex Durmia gente, de qua ſuo loco per adoptionem in Vmmidiam tranſiit, & pro *Durmianus* nomen gentis *Durmius* conſervavit. Quæſtor ex inſcriptione dicitur D. Auguſti & Ti. Auguſti an. 766/7; nam Auguſto mortuo Tiberii Quæſtor manſit, deinde Ædilis Curulis, ut ſolet, poſt quinque annos, tandem Conſulatum

latum ſuffectus obtinuit. Poſt quem Cypri Proconſulatum, quæ Provincia erat Populi, geſſit; deinde Legatus fuit Tiberii in Luſitania; idem Claudii Principis & in Illyrico, & tandem ab illo præfectus eſt Syriæ licet Provincia eſſet Populi, Caſſio, de quo in Caſſia gente diximus, ſucceſſor datus an. $^{749.}_{50}$ & ibi manſit ſub Nerone per decennium, & mortuus eſt $^{812.}_{3}$

Epocha Antiochena cœpit ab Autumno an $^{704.}_{5}$ illa quæ notatur in primo Quadrati denario exhibet annum 104. qui ſi additur ſuperiori efficiet $^{708.}_{9}$ ab Autumno inchoantem, quo tertius Neronis etiam incipiebat, nam Claudius mortuus eſt A. D. III. Id. Octobr. $^{806.}_{7}$ Secundus denarius exhibet an. 105. correſpondentem an. $^{709.}_{10}$ Tertius denique præfert an. 106. & incidit in an. $^{710.}_{1}$ Autumno exeuntem, quo quintus inchoabat Imperii Neronis. At ex *Tacito*, „ Vmmidius an $^{812.}_{3}$ mortuus eſt, ſiquidem *lib.* 4. ſcribit; Corbulo „ in Syriam acceſſit morte Vmmidii Legati vacuam, ac ſibi permiſſam: ſaltem ergo noſcitur à primo Quadrati denario cuſo uſque ad ejus mortem quinque annos elapſos fuiſſe.

Caput turritum imago eſt urbis Antiochiæ, quæ ita muris circumdata eſt, ad demonſtrandum illam mœnibus fortiſſimis eſſe cinctam. In averſa parte Aries cum Aſtro & Luna bicorni ſpectant ad annum, à Julio Cæſare reformatum: nam annus ab Ariete inchoabat, & Aſtrum Lunamque eorum per annum motus arguit, in cujus memoriam hæc in moneta ſua ſignarunt Antiochenſes, quod ab illo immunitates & autonomiam acceperant, ut ſparſim dictum eſt.

VOCO-

VOCONIA.

VOCONIA gens fuit Plebeia; ſiquidem Q. Voconius Saxa Legem tulit de coercendis mulierum hereditatibus. Ex Aricino municipio venere Voconii apud *Ciceronem*, *Philip.* 13. Cognomen ex iis *Vitulus* nobis ſuperſtes, ductum nempe à pecore, teſte *Varrone*, *lib.* 2.

I.

DIVI IVLI. Caput Julii Cæſaris laureatum; pone quod lituus: ex averſo latere, Q. VOCONIVS VITVLVS. Vitulus.

Q. Voconius Vitulus nummum hunc argenteum cudit poſt mortem Julii Cæſaris, ut arguit epigraphe, DIVI IVLI. poſtquam inter deos adſcriptus eſt, de quo *Suetonius*, *num.* 88. Atque in „ deorum numerum relatus eſt, non ore modo decernen- „ tium, ſed & perſuaſione vulgi. Laurea coronatur, ob calvitiem „ quam impatiens ferebat. Lituus ad Pontificatum Maximum ſpectat, cujus Sacerdotii dignitate fungebatur.

Quatuorvir Monetalis Voconius videtur fuiſſe an. 710. qui adhuc Julii imaginem expreſſerit: ſed quis fuerit ejus pater, non certum eſt. Q. Voconius Judex, memoratur *Ciceroni* pro *A. Cluentio*; an ipſe fuerit, innuere poſſet illius prænomen, etſi cognomen diverſum. An etiam ab eo originem duxit, qui ſequenti inſcriptione notatus eſt apud *Gruterum*.

MARTI LEVCETIO
PRO SALVTE IMP. DOMINI. AVG. PII.
Q. VOCONIVS VITVLVS
LEG. XXII. PR. P. F.
PONENDVM CVRAVIT.

De Vitulo infra.

II.

Caput Julii Cæſaris laureatum, ſine epigraphe: in altera parte, Q. VOCONIVS VITVLVS. Vitulus.

Hunc denarium *Fulvius*, Cæſare adhuc vivente, ſignatum contendit, & pro ratione illum Quæſtorum numerum auxiſſe, ex *Suetonio*, & ex *Dione*, quadraginta deſignatos profert; ſed factos ait; magnum eſt autem inter deſignatum & factum diſcrimen, deſignabantur ante finem anni, & principio alterius Magiſtratum inibant Quæſtores, ſicut & alii Magiſtratus, ut etiam Triumvir Monetalis, & toto anno durabat: ita ut Voconius non potuerit eſſe Triumvir, nec deſignatus Quæſtor, vivo Cæſare, & alterum denarium cudit poſt ejus mortem, quùm in eo ſit Divus, & Q. DESIGN. non occurrat. Sed ambo videntur percuſſi, anno ſequente poſt ejus mortem; primus nempe initio anni, & ſecundus in fine anni, quando Voconius in Triumviratu Monetali, deſignatus eſſet ex Senatuſconſulto; Senatus autem numerum quadraginta Quæſtorum minuiſſe potuerat; quare Voconius deſignatus ab illo notam appoſuit S. C. quod in priore non reperitur.

Vitulus in utroque denario ſignatus eſt, ad deſignandum cognomen Vituli, & illud hoc ſymbolo illuſtrandum. Unde liquet illum gentis antiquitatem indicare voluiſſe, unde apprimè notat *Suetonius*, illis abolendis ſollicitum fuiſſe Caligulam, ita ut vetera hæc Familiarum inſignia ademerit.

VOLCA.

VOLCATIA.

VOLCATIA gens Plebeia eſt; ſiquidem L. Volcatius Trib. Plebis fuit an. $^{678.}_{9}$ ſed Conſularis. Illius nomen à Violentia, ut *Volcanus*, derivari volunt: Cognomen vero nobis ſuperſtes in denariis *Tullus*, quod ex prænomine in cognomen abiit. Ominis cauſa dictus eſt *Tullus* quaſi à *tollendo*, o in u verſo; teſte *Valerio*.

I.

Caput Herculis, cum ſpolio circa collum, & clava ſuper humerum: ex averſa parte, L. VOLCATI. Q. F. TVLLVS. Navis, in imo ROMA.

L. Volcatius Quinti filius Tullus, factus fuit Quæſtor an. $^{673.}_{4}$ quo Lege Cornelia Quæſtores primùm viginti creati ſunt. In hoc autem Magiſtratu hunc nummum ex forma pro ſemiſſe cum capite Herculis cudit, ut ex arbitrio Quæſtoris erat. Nam, ut diximus, temporum ſucceſſu, modo Janus, qui ſolus cælabatur, modo Jupiter, modo Hercules, ſignati ſunt in ſemiſſibus, ſæpius tamen Jupiter; ſed Navim Saturni ſemper eorum fuiſſe in averſa parte notam obſervavimus, ad monetæ antiquitatem, utpote ab eo repertam, denotandam.

E Quæſtura Volcatius ad Tribunatum Plebis acceſſit an. $^{678.}_{9}$ Ædilitatis repulſam paſſus, teſte *Cicerone, pro Plancio*. Conſulatum adeptus cum M. Æmilio Lepido an. $^{687.}_{8}$ inter Conſulares illos recenſet *Cicero, Ep. ad Atticum*, 22. *lib.* 12. His autem Coſſ. Catilina pecuniarum repetundarum reus, prohibitus eſt petere Conſulatum, quod intra legitimos dies profiteri nequiverit, ex *Salluſtio, de Bello Catilinario*. Volcatius autem vixit ſuperſtes Julio Cæſari, quod patet ex 14. *Ep. Ciceronis ad Atticum*, reliquit L. Volcatium Tullum, qui Conſulatum geſſit cum Auguſto an. $^{720.}_{1}$

VOLTEIA.

EAndem eſſe VOLTEIAM ac VULTEIAM gentem, quam fuiſſe Plebeiam ſuſpicamur. Cognomen *Strabo* ex ea nobis ſupereſt. Hic autem dicitur, qui oculos habet diſtortos.

I.

Caput Jovis barbatum & laureatum: ex altera parte, M. VOLTEI. M. F. Templum pulcherrimum, ſex columnarum, in cujus zophoro fulmen.

M. Volteius Marci filius indigitatur, cujus nulla fit mentio apud *Hiſtoriæ Scriptores*, ſed ejus avum M. Volteium in Achaia Quæſtorem an. $^{611}_{2}$ fuiſſe reperimus. Is etiam Quæſturam Provincialem iniit an. $^{677}_{8}$ quo hunc denarium argenteum percuſſit; in anteriore cujus parte caput Jovis Capitolini, & in averſa, illius templum pulcherrimum, quod arguit fulmen in zophoro inciſum; ad denotandam illius templi, quam habebat, procurationem. De templo Capitolino in rupe Tarpeia extructo vide *Tacitum*, *lib.* 4. *Hiſtor.* quod Tarquinius Priſcus voverat, Ser. Tullius & Tarquinius Superbus extruxere, & poſt Reges exactos Horatius Pulvillus iterum Coſ. dedicavit ex magnificentia, quam immenſæ P. Romani opes ornarent potius, quam augerent.


II.

Caput Herculis pelle leonina amictum: in averſo latere, M. VOLTEI. M. F. Aper.

Hunc etiam denarium in Quæſtura cudiſſe videtur M. Volteius, & ut in minutis æreis Hercules, tanquam antiquus Romanorum deus, nempe cujus ſacra ab Evandro erant ex Græcia allata, ſignari cœpit; ſic in argenteis ejus imaginem pro libito Quæſtores etiam cælarunt, & aliquot ejus ſymbolum ex duodecim ærumnis in averſa parte exhibuerunt; qualis tertia hæc ex *Auſonio* notatur.

Mox Erymanthæum vix tertia perculit aprum.

III.


INCERTA
VRSINI
HVMAN SALVS GENERIS
S·P·Q·R
INCERTA
PATINI
SPQR
HVMANI SALVS GENERIS
S·P·Q·R
MARTI VLTORI
S·P·Q·R
P. R.
SIGNA
VIC· AVG·
COHORT PRAE
PHIL
ROMA
ROMA
ROMA
ROMA
TAB. CLI.


INCERTA
PATINI
ROMA
ROMA
VAILLANT
ÆI
ROMA
TAB. CLII.

III

Caput Liberi ſeu Liberæ corona hederacea ornatum: ex altera parte: M. VOLTEI. M. F. Ceres ſtans in curru à duobus draconibus tracto, ambabus tædam gerens.

Quin Ædilis Curulis fuerit M. Volteius non ſinunt dubitare hic denarius & ſequens. Primus ex anteriore illius parte Liberum ſeu Liberam exhibet, ad quos pertinent Liberalia quæ edidit. De iis audias *Ciceronem*, 5. *Act. in Verr.* Nunc ſum deſignatus Ædilis.... mihi Ludos ſanctiſſimos maxima cum cærimonia Cereri, Libero Liberæque faciendos. Unde ex altera parte, Ceres in curru à duobus draconibus vecto, ad denotanda Cerealia huic deæ celebrata, quorum M. Volteius curam habuerit. Vide quæ de ſimili typo diximus in gente Vibia num. 8. tab. 1.

IV.

Caput Virtutis galeatum & laureatum: pone quod parazonium: ex altero latere M. VOLTEI. M. F. Cybele, ſeu Mater Magna, in curru duorum leonum, ambabus eorum habenas.

Ad Curulem M. Voltei Ædilitatem ſpectat & hic denarius. Ex averſa parte Matrem Magnam ſeu Cybelem exhibet, cui dedicati erant Ludi Megalenſes, qui ita dicti ſunt è Megaleſio ejus templo, Peſſiunte Pergami urbe, quando illa, ex libris Sibyllinis, Romam, permittente Attalo Pergami Rege, advecta eſt, teſte *Varrone.* In cujus memoriam celebrati ſunt quotannis per ſex dies, à pridie Non. April. ad 5. Idus, ut *Faſti veteres* demonſtrant, & de quibus vide *Manutium*, *Comm. in* 2. *Ep. lib.* 2. *ad Famil.* Cur Cybele ſit in curru leonum, vide in gente Licinia, num. 2.

Quidam caput Virtutis ad libitum putant eſſe à Volteio expreſſum: alii vero illius ædes eſſe ab illo reſtauratas ſuſpicantur: nam Ædilium Curulium munus erat non modo Ludos ſacros & ſolemnes inſtituere ac procurare, ſed & ſacrarum ædium & privatarum curam gerere, ut ſparſim diximus. Parazonium Virtutis eſt ſymbolum, quod dextra præfert, ut videre eſt in nummis tertiæ formæ, Galbæ, Vitellii & Veſpaſiani, in quibus legitur, HONOS ET VIRTVS.

V.

Caput Apollinis, muliebri effigie, laureatum: ex altera parte, M. VOLTEI. M. F. Tripus, cui inſertus eſt ſerpens, & per tranſverſum S. C. D. T. id eſt, *Senatuſconſulto, die tertio.*

Caput Apollinis eſt, ut exiſtimat *Fulvius*, ſed muliebri effigie, quùm ſæpe in nummis ipſo habitu ſit ornatus; & tripus in averſa parte ad eum ſpectat, tanquam ejus ſymbolum, nam Vates putabatur, ſupra eum reſponſa accipiebant. Sed alii dicatum illi referunt propter numeri ternarii perfectionem; alii vero propter tres cœli circulos, quorum unum ſecat Sol, annum curſum perficiens. Tripus etiam certantibus præmium dare ſolitus, id quod *Pindarus* & *Horatius* oſtendunt. Serpens ei videtur inſertus, quod medicinæ etiam inventor diceretur, & ideo illius deus creditur. Serpens autem ſalutis eſt ſymbolum, ex eo quod ille quotannis pellem deponit, & ſic reviviſcere videatur.

Apollo autem, & illius ſymbola in hoc denario expreſſa, M. Volteium Prætorem fuiſſe demonſtrant. Illius autem munus erat Apollinares Ludos, huic deo dicatos, edere. *Fulvius* Tripodem Apollini, ut nos, ſacrum eſſe tradit; ſed huic deo Ludis Sæcularibus, quùm præſit, M. Volteium ideo hunc typum, tanquam XV virum ſacris faciundis, ſignaſſe conjicit. Elige quæ tibi alterutrius gratior erit conjectura.

VI.

Caput Jovis laureatum & barbatum: ex altera parte, L. VOL. L. F. STRAB. Europa tauro vecta, ambabus velum tenet, ſub in eo imo flos.

L. Volteio hunc denarium adſcribit *Fulvius*, licet Volcatio, Volumnio & Voluſio tribuere etiam poſſit, qui omnes Lucii prænomen habuere: ſed quùm nullus eorum reperiatur cognomine Strabo, ipſi adſtipulari poſſumus. Lucius quidem Vulteius citatur à *Glandorpio*, his verbis: „L. Vulteius, memoratur *Ciceroni Verrinar.* 5. Sed nobis locum reperire non licuit, forſan alibi illum legit. Lucius ille Volteius Quæſturam geſſiſſe videtur, in qua hunc denarium cudit, & caput Jovis, ut ſupra de M. Volteio diximus, ad denotandam in gente ſua Jovis Capitolini templi eſſe procurationem; & *Fulvius* Europæ raptus picturam, in illo per Volteium expreſſam, fuiſſe credendum exiſtimat: nam illius tabulam in eo ſic depictam fuiſſe aſſerunt.

VOLV-

VOLVSIA.

VOLVSIA gens Plebeia eſt; ſiquidem M. Voluſius laudatur Ædilis Plebis à *Valerio Maximo*, *lib.* 7. *cap.* 3. Ipſa dicitur antiqua, ſed inſignis tantum Prætura, & in quam tantum Conſulatus ſub Auguſto invectus eſt. Ejus nomen à Voluſo prænomine deſumptum, unde ſuſpicamur originem è Sabinis traxiſſe. Cognomen ejus *Saturninus* à *ſatu*, ex *Feſto*, ut in Sentia gente dictum eſt.

I.

Caput Jovis laureatum: ex averſa parte, ΕΠΙ ΣΑΤΟΡΝΕΙΝΟΥ ΟΥΟΛΟ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. in area ΕΛ. an. 35. Genius Antiochiæ turritus & velatus, rupibus inſidens, d. palmæ ramum; pro pedibus Orontes fluvius emergens, brachiis extenſis, natantium more.

Primo intuitu *Antiquarii* hunc nummum Antiochiæ cuſum opinati ſunt, C. Sentio Saturnino Syriæ Præſidi, de quo ſæpe mentio apud *Joſephum lib. Antiq.* Sed poſtea litteræ numerales ΕΛ. in area exaratæ an. 35. deſignantes, eos turbarunt, quod ſcirent Sentio Saturnino ſucceſſiſſe Quinctilium Varum, Syriæ etiam Præſidem, cujus anni in ejus nummis ſignati, ut in ejus gente vidimus, tantum præferunt, ΕΚ. Εϛ. & ΕΖ. 25. 26. & 27. Antiochenæ Epochæ annos, mox ad ejus filium C. Sentium Saturninum confugerunt, Conſulem cum Sex. Ælio Cato an. 756/7. Epochæ Antiochenæ an. 33/4. reſpondente: nam illa cœpit poſt pugnam Actiacam vel Ægyptum captam an. 722/3. cui ſi addideris annum 36. in nummo ſignatum devenies ad annum 759/60. quo C. Saturninus poſt Conſulatum Syriam adminiſtraverit.

Obſtat ſane huic opinioni vox ΟΥΟΛΟ. quæ nihil aliud quam ΟΥΟΛΟΥΣΙΟΥ exprimere poteſt, ad tollendam Saturnini, utriuſque gentis Sentiæ & Voluſiæ familiaris cognominis, ambiguitatem, addita. L. Voluſius Saturninus Conſul citatur apud *Tacitum Ann.* 3. ætatis decrepitæ mortuus an. 772/3. Fine anni, inquit, conceſſere vitâ „ inſignes viri, L. Voluſius & Salluſtius Criſpus. Voluſia vetus Fa- „ milia

„ milia, neque tamen Præturam egreſſa: ipſe Conſulatum intulit, „ Cenſoria etiam poteſtate legendis Equitum decuriis functus, „ opumque, quîs domus illa immenſum viguit, primus accu- „ mulator. L. Voluſii ætatem ille profert, *Ann.* 13. At L. ait, „ Voluſius egregia fama conceſſit, cui tres & nonaginta anni ſpa- „ tium vivendi fuit. Hic Conſulatum ſub Auguſto geſſiſſe videtur, & quùm tot ſub eo Principe ſuffecti ſunt, quo tempore inierit, incertum: ſed hic nummus inſignis nobis eum Syriæ præfuiſſe, demonſtrat anno ejus Epochæ Auguſtanæ 36. anno V. C. $\frac{759}{60}$ correſpondente.

L Voluſius Saturninus videtur fuiſſe filius Q. Voluſii Saturnini, Legati *Ciceronis* an. $\frac{703}{4}$ de quo meminit ad *Atticum*, *lib.* 5. *Ep.* 21. ubi hunc laudat, ut gravem & mirificè abſtinentem, &, ut remur, avum L. Voluſium habuit. Ipſe reliquit Q. Voluſium Saturninum, Conſulem cum P. Cornelio Scipione an. $\frac{808}{9}$ illum ex matre Cornelia natum anno patris 62. & Conſulatu etiam perfunctum ſcribit *Plinius lib.* 7. *cap.* 14. Itaque ſi demas annos 43. pro Conſulatu gerendo neceſſarios ab anno Conſulatus Quinti $\frac{808}{9}$ ſupererunt tantum $\frac{765}{6}$ è quibus ſi rurſus tollas annum ætatis 62. quem gerebat dum natus eſt Quintus: pater ejus Lucius genitus eſt an. $\frac{703}{4}$ quo diximus avum ejus Q. Voluſium fuiſſe, ſupra Ciceronis Legatum habebimus.

FINIS

INDEX

INDEX AUCTORUM

Qui in hoc opere citantur, illuſtrantur, aut emendantur.

Acron Horatii Interpres
Acta Apoſt.
Ælianvs
Albricvs
Alexander ab Alexandro
Ammianvs Marcellinus
Ant. Avgvstinvs
Apollodorvs
Appianvs Alexandrinus
Apianvs Petrus
Apvleivs
Aratvs
Aristides
Aristophanes
Arnobivs
Asconivs Pædianus
Athenævs
Avgvstinvs D.
Avrelivs Victor
Avsonivs.
Avtor de Vir. Illuſtr.
Calepinvs
Capitolinvs
Cassiodorvs
Catvllvs
Censorinvs
Chrysippvs
Chronicon Alexandrinum
Cicero
Clavdianvs
Clemens Alexandrinus
Codex Jvstinianævs
Codinvs
Colvmella
Constantinvs Porphyrogenneta
Cornelivs Nepos
Cornelivs Severus
Cornvtvs
Cvspianvs
Dio Caſſius
Dio Chryſoſtomus
Diodorvs Siculus
Dio Halicarnaſſenſis
Dionysivs Periegetes
Dvcangivs
Epigrammata Græca
Evsebivs
Evstathivs
Evtropivs
Faber Joan.
Fabrettvs Raph.
Fasti Capitolini
Fasti Siculi
Florvs
Frontinvs
Fvlgentivs
Fvlvivs Urſinus
Gellivs
Germanicvs Cæſar
Gevartivs
Giraldvs Greg.
Glandorpivs
Goltzivs
Grativs
Grvtervs
Hesiodvs
Hesychivs
Hirtivs
Herodianvs
Herodotvs
Hieronymvs D.
Hippocrates
Homervs
Horativs

INDEX AUTORUM.

Hyginvs
Josephvs
Isidorvs
Jvlivs Cæſar
Jvlivs Obſequens
Jvstinvs
Jvvenalis
Lactantivs
Langivs
Lapis Ancyranus
Lipsivs
Livivs
Lvcanvs
Lvcilivs
Lvcretivs
Mabillonivs Joan.
Macrobivs
Malela Antiochenus
Manilivs
Manvtivs Aldus
Marcianvs
Marianvs
Marlianvs
Martialis
Martianvs Capella
Maximvs Tyrius
Mediobarbvs Comes
Morellivs Andr.
Natalis Comes
Nonivs Marcellus
Norisivs Card.
Onvphrivs
Orosivs
Orphevs
Ovidivs
Pacvvivs
Palladivs
Parvta
Patinvs Car.
Pavlvs Juriſc.
Pavsanias
Perizonivs
Phlegon
Philo
Phornvtvs
Photivs
Pighivs
Pindarvs
Plato
Plavtvs
Plinivs
Plvtarchvs
Polybivs
Pollvx
Pompeivs Feſtus
Pomponivs Juriſc.
Pomponivs Lætus
Porphyrio, Horatii Interpres
Priscianvs
Procopivs
Propertivs
Ptolemævs
Qvinctilianvs
Rainssant Petr.
Rosinvs
Sallvstivs
Salvianvs
Scaliger
Segvinvs
M. Seneca Rhetor
L. Seneca Philoſophus
Servivs
Sex. Pompeivs
Sex. Rvfvs
Sidonivs Apollinaris
Sigonivs
Silivs Italicus
Solinvs
Spanhemivs Ezech.
Spartianvs
Sponivs Jac.
Stativs Papinius
Stephanvs de Urbibus.
Strabo
Svetonivs
Svidas
Tabvlæ Capuanæ
Tabvlæ Collotianæ
Tacitvs
Terentivs
Tertvllianvs
Tibvllvs
Titivs Robert.
Torrentivs Lævinus
Tristanvs à S. Amante
Tvrnebvs Adr.

Vail-

INDEX AUTORUM.

VAILLANT Joan.
VALERIVS Maximus
M. Varro
VELLEIVS Paterculus
VELSERVS Marc.
VERRIVS Flaccus
VIRGILIVS
VICTOR Publius
VITRVVIVS
WOLPHANGVS Lazius
XIPHILINVS
ZONARAS
ZOZIMVS.

INDEX NOMINUM

Quæ reperiuntur in Nummis Conſularibus.

Aburia	6
Accoleia	1
Acilia	10
Æbutia	5
Ælia	12
Æmilia	56
Afrania	4
Albia	2
Alfinia	1
Alluna	1
Anicia	1
Annia	7
Anteſtia	5
Antiſtia	5
Antia	3
Antonia	104
Appuleia	7
Apronia	6
Aquilia	11
Arria	4
Arruntia	1
Aſinia	5
Atia	2
Atilia	18
Atteia	1
Aufidia	2
Aurelia	13
Autronia	4
Axſia	4
Bæbia	5
Betiliena	1
Cæcilia	44
Cæcina	2
Cædicia	1
Cæſia	1
Calidia	1
Calpurnia	32
Calviſia	2
Canidia	1
Caninia	7
Cariſia	16
Carvilia	5
Caſſia	22
Ceſtia	2
Cicereia	1
Cipia	2
Claudia	46
Clovia	1
Cloulia	2
Cocceia	3
Coelia	7
Conſidia	5
Coponia	1
Cordia	3
Cornelia	91
Cornuficia	4
Coſconia	1
Cornuficia	3
Crepereia	2
Crepuſia	3

INDEX NOMINUM.

Critonia 1
Cupiennia 2
Curiatia 5
Curtia 5
Didia 4
Domitia 24
Duilia 3
Durmia 7
Egnatia 4
Egnatuleia 1
Eppia 2
Fabia 24
Fabricia 1
Fabrinia 3
Fadia 2
Fannia 2
Farſuleia 1
Flaminia 7
Flavia 4
Fonteia 10
Fufia 3
Fulvia 10
Fundania 2
Furia 9
Furnia 1
Gabinia 1
Gallia 3
Gellia 4
Hateria 1
Helvia 1
Herennia 2
Hirtia 2
Horatia 1
Hortenſia 2
Hoſidia 2
Hoſtilia 7
Itia 1
Julia 72
Junia 47
Lælia 3
Lætoria 1
Licinia 38
Livia 8
Livineia 12
Lollia 9
Lucilia 1
Lucretia 5
Luria 3
Lutatia 5
Mæcilia 2
Mænia 5
Mamilia 5
Manilia 2
Manlia 14
Marcia 28
Maria 16
Memmia 7
Meſcinia 5
Mettia 4
Minatia 3
Minucia 13
Mucia 4
Mummia 3
Munatia 6
Muſſidia 15
Nævia 5
Naſidia 2
Neria 1
Nonia 3
Norbana 7
Numitoria 3
Numonia 1
Octavia 3
Ogulnia 4
Opeimia 6
Oppia 6
Papia 7
Papiria 17
Pedania 2
Pedia 2
Perperna 3
Petillia 3
Petronia 13
Pinaria 8
Plætoria 10
Plancia 1
Plautia 12
Poblicia 8
Pompeia 17
Pomponia 22
Pontinia 1
Popilia 3
Poppæa 1
Porcia 12
Poſtumia 20
Procilia 2
Proculeia 2
Pupia 6

Quincta

INDEX NOMINUM.

Quinctia 12
Quinctilia 4
Rabiria 1
Renia 1
Roſcia 1
Rubellia 1
Rubria 8
Rupilia 2
Ruſtia 2
Rutilia 2
Salvia 3
Sanquinia 4
Satriena 1
Saufeia 3
Scribonia 6
Sempronia 31
Sentia 7
Sepullia 5
Sergia 1
Servilia 27
Seſtia 2
Sextia 2
Sicinia 2
Silia 8
Soſia 3
Spurilia 1
Statia 1
Statilia 8
Suillia 3
Sulpicia 23
Taria 1
Tarquitia 3
Terentia 12
Thoria 2
Titia 6
Titinia 2
Tituria 8
Trebania 3
Trebonia 2
Tullia 6
Valeria 36
Valgia 1
Varunteia 3
Varia 1
Vatinia 2
Ventidia 2
Verginia 3
Vettia 1
Veturia 6
Vibia 22
Villia 1
Vinicia 6
Vipſania 11
Viſellia 1
Vitellia 1
Vmmidia 2
Voconia 2
Volcatia 1
Volteia 6
Voluſia 1

INDEX
COGNOMINUM, AGNOMINUM, ET ADOPTIVORUM.

ACHAICVS Mummia
ACIDINVS Manlia
ACISCVLVS Valeria
ÆMILIANVS Cornelia
AFRICANVS Cornelia
AGRIPPA Luria, Vipſania
AHALA Servilia
AHENOBARBVS Domitia
AISERNINVS Claudia
ALBINVS Junia, Poſtumia
AMBVSTVS Fabia
ANTIATICVS Mænia
ASIAGETA Cornelia
ASINA Cornelia.
ASPER Trebonia
ASPRENAS Nonia
ATRATINVS Sempronia
ATTICVS Manlia
AVGVRINVS Minucia
BALA Ælia
BALBVS Acilia, Atia, Antovia, Cornelia, Nævia, Thoria
BALEARICVS Cæcilia
BARBATVS Antonia
BARBVLA Æmilia
BASSVS Betiliena, Ventidia
BESTIA Calpurnia
BIBVLVS Calpurnia
BLÆSVS Sempronia
BLANDVS Rubellia
BLASIO Cornelia, Helvia
BROCCHVS Furia
BRVTVS Junia
BVCA Æmilia
BVLBVS Atilia
BVRSIO Julia
BVTEO Fabia
CÆPIO Servilia
CÆSAR Julia
CÆSONINVS Calpurnia
CALATINVS Atilia
CALDVS Coelia
CALENVS Fufia
CALLAICVS Junia
CALVINVS Domitia, Seſtia
CALVVS Cæcilia, Cornelia
CAMILLVS Furia
CAPELLA Nævia
CAPITO Atteia, Fonteia, Maria, Oppia
CAPITOLINVS Petilia
CAPRARIVS Cæcilia
CARBO Papiria
CARRINAS Albia
CASCA Servilia
CATO Porcia
CATVLVS Lutatia, Valeria
CATVS Ælia
CAVDINVS Cornelia
CELER Cæcilia, Caſſia
CENTHO Claudia
CELSVS Papia
CENSORINVS Marcia
CENTVMALVS Fulvia
CERCO Lutatia
CESTIANVS Plætoria
CETHEGVS Cornelia
CICERO Tullia
CILO Flaminia
CINA Cornelia
CLASSICVS Lollia
CLAVDIANVS Livia
CLODIANVS Cornelia
COCLES Horatia
CORDVS Mucia
CORNVTVS Cæcilia
CORVINVS Valeria
COSTA Pedania
COTTA Aurelia
CRASSIPES Furia
CRASSVS Cæcilia, Canidia, Claudia, Licinia
CRETICVS Cæcilia
CRISPINVS Quinctia
CVLEO Terentia
CVRIO Scribonia
DECVLA Tullia

DEL-

INDEX COGNOMINUM.

Delmaticvs	Cæcilia
Dolabella	Cornelia
Doſſenvs	Rubria
Drvsvs	Claudia, Livia
Ebvrnvs	Fabia
Fabatvs	Roſcia
Falto	Valeria
Figvlvs	Marcia
Fimbria	Flavia
Flaccvs	Fulvia, Norbana, Pomponia, Valeria
Flamininvs	Quinctia
Florvs	Aquilia
Frvgi	Calpurnia
Galba	Sulpicia
Gallvs	Anicia, Aſinia, Caninia, Sulpicia
Geminvs	Aburia, Servilia
Geta	Hoſidia, Licinia
Glabrio	Acilia
Glycia	Claudia
Habitvs	Vibia
Hemicyclvs	Flavia
Hispalvs	Cornelia
Hispaniensis	Fabia
Hypsævs	Plautia
Isavricvs	Servilia
Ivdex	Vettia
Ivnianvs	Licinia
Labeo	Fabia
Labienvs	Atia
Læca	Porcia
Lænas	Popilia
Lævinvs	Valeria
Lamia	Ælia
Lariscolvs	Accoleia
Lentvlvs	Cornelia
Lepidvs	Æmilia
Libo	Julia, Livia, Marcia, Scribonia
Licinvs	Fabia, Porcia
Limitanvs	Mamilia.
Livianvs	Æmilia, Terentia
Longinvs	Caſſia
Longvs	Manlia, Muſſidia, Sempronia
Lvcvllvs	Licinia, Terentia
Lvpercvs	Gallia
Lvpvs	Rutilia
Lvscvs	Anicia
Macedonicvs	Cæcilia
Macer	Licinia, Sepullia
Magnvs	Cornelia, Pompeia, Poſtumia
Malleolvs	Poblicia
Malvginensis	Cornelia
Mamilianvs	Livia
Mancinvs	Hoſtilia
Marcellvs	Claudia
Maridianvs	Coſſutia
Matho	Pomponia, Papiria
Maximvs	Carvilia, Egnatia, Fabia, Manlia, Sulpicia, Valeria
Megellvs	Poſtumia
Mervla	Cornelia
Messala	Valeria
Metellvs	Cæcilia
Molo	Pomponia
Mvcianvs	Licinia
Mvrcvs	Statia
Mvrena	Licinia, Terentia
Mytilvs	Papia
Nasica	Cornelia
Naso	Axia
Natta	Pinaria
Nero	Claudia
Nerva	Cocceia, Licinia
Nervlinvs	Suillia
Niger	Cæcilia, Valeria
Nobilior	Fulvia
Nonianvs	Conſidia
Nvmidicvs	Cæcilia
Orestes	Aufidia, Aurelia
Otho	Salvia
Pætinvs	Fulvia
Pætvs	Ælia, Antonia, Conſidia, Fulvia
Palikanvs	Lollia
Pansa	Vibia
Pappvs	Æmilia
Patercvlvs	Sulpicia
Paternvs	Fabricia
Pavlvlvs	Poſtumia
Pavllvs	Æmilia
Pera	Junia

Pere-

INDEX COGNOMINUM.

PEREGRINVS	Arria	SCÆVVLA	Mucia
PHILIPPVS	Marcia	SCIPIO	Cornelia
PHILO	Veturia	SECVNDVS	Aria
PHILVS	Furia	SEIANVS	Ælia
PICTOR	Fabia	SERANVS	Atilia
PIETAS	Antonia	SERAPIO	Cornelia
PISO	Calpurnia	SERRATVS	Manlia
PITIO	Sempronia	SERVILIANVS	Fabia
PIVS	Cæcilia, Pompeia	SILANVS	Cæcilia, Junia
PLANCIANVS	Lætoria	SILIANVS	Licinia
PLANCVS	Munatia, Plautia	SILVANVS	Plautia
POLLIO	Aſinia, Bæbia	SILVS	Sergia
POTITVS	Valeria	SISENNA	Cornelia
PRISCVS	Muſſidia	SOPHVS	Sempronia
PVLCHER	Claudia	SPINTHER	Cornelia
PVLEX	Servilia	SPVRINVS	Petilia
PVBLICOLA	Gellia	STOLO	Licinia
PVRPVREO	Furia	STRABO	Pompeia, Volteia
QVINCTILIANVS	Nonia	SVFFENAS	Nonia
QVIRINVS	Sulpicia	SVLPICIANVS	Quinctia
REBILVS	Caninia	SVLLA	Cornelia
REGILLVS	Æmilia	SVRA	Cornelia
REGINVS	Antiſtia	SVRDINVS	Nævia
REGVLVS	Atilia, Livineia	TAMPILVS	Bæbia
RESTIO	Antia	TAPPVLVS	Villia
ROCVS	Crepereia	TAVRVS	Statilia
RVFVS	Aurelia, Cordia,	THERMVS	Minucia
	Egnatia, Lucilia,	TORQVATVS	Manlia
	Meſcinia, Minutia,	TRIGEMINVS	Curiatia
	Plautia, Pompeia,	TRIO	Lucretia
	Pomponia, Salvia,	TROGVS	Maria
	Sulpicia, Taria, Ti-	TVBERO	Ælia
	tia, Valgia, Varia.	TVDITANVS	Sempronia
RVLLVS	Servilia	TVLLVS	Mœcilia, Volcatia
RVSTICVS	Aufidia	TVRDVS	Papiria
RVTILVS	Verginia	TVRPILIANVS	Petronia
SABINVS	Calviſia, Minatia,	TVRRINVS	Mamilia
	Poppæa, Tituria.	VAALA	Numonia
SABVLA	Coſſutia	VALERIANVS	Quinctia
SACERDOS	Licinia	VARRO	Terentia, Viſellia
SÆVINVS	Flavia	VARVS	Licinia, Quinctilia,
SALINATOR	Livia		Vibia
SAPIENS	Lælia	VATIA	Servilia
SASERNA	Hoſtilia	VERRVCOSVS	Fabia
SATVRNINVS	Sentia, Valgia,	VESPILLO	Lucretia
	Voluſia.	VETVS	Antiſtia
SCARPVS	Pinaria	VITVLVS	Voconia
SCAVRVS	Æmilia, Aurelia	VVLSO	Manlia

IN-

INDEX
IN NUMISMATA
Per Familias digeſtus.

A. In tabella, id eſt, *accuſo*, Caſſ. 5
A. id eſt, *Adrumetina* pecunia, Conſ. 1
A. A. A. id eſt, *Ære, Auro, Argento*, An. 4
A. B. Γ. annos 1. 2. 3. notant, Ant. 43
Ap. id eſt, *Apollo*, Font. 7
A. p. id eſt, *Argento publico*, Fab. 21
A. P. F. id eſt, *argento publice feriundo*, Æm. 29
Abundantia ex concordia naſcitur Anto. 26
Accenſus quis dictus, Jun. 4
Acerra ad deos ſpectat, Anto. 25
Achaia M. Antonio conceſſa, Ant. 42
Acroſtolium maris Imperium notat, Corn 85
Sidonis urbis inſigne Caſ. 14. Serv. 19
Ad frumentum emundum, Calp. 1.
Ædes Bellonæ, Lic. 1
Caſtorum à quo votæ, Læl. 1
in Circo Flaminio, Valer. 4
Creeris à quo locatæ, Jun. 26
Concordiæ à Furio Camillo, Muſ. 4
Floræ juxta Circum, Pobl. 1
Fortunæ vota, Ant. 3
Honoris extra portam Collinam, Cæcil. 38
Junonis Soſpitæ, in Foro Olitorio, Proc. 2
Larium in Via ſacra, Cæſ. 1
Palloris in reg. Eſquilina, Hoſ. 6
Pietatis, Romæ in Foro Olitorio, Fulv. 17
Salutis à Junio Bubulco, Jun. 13
Victoriæ ex multatitia pecunia, Pap. 3
Virtutis quis primus poſuerit, Rubr. 7
Ædiles inter ſe Ludos ſortiebantur; Mem. 6
Ædilibus jus dicere conceſſum, Fulv. 2
Ædilitium edictum, apud J.C. Ful. 2
Ædilium munera quæ, Poſt. 2
Æmilia Baſilica refecta, Æm. 39
Æra Antiochena, Cæc. 39
Lugdunenſis, Anto. 21
Æſculapii caput, Aci. 2
Epidauro Romam allatum, Fabric. 1
Africæ caput cum Proboſcide, Furn. 1
Agrippa cur corona roſtrata donata, Corn. 3
quando Imp. IV. dictus, Vipſ. 5
Ala ad caput, Potentiæ ſymbolum, Lut. 2
Alæ Mercurio cur datæ, Æm. 30
Poetis cur tributæ, Tit. 2
Alba à Tullo Hoſtilio diruta, Jul. 10
Albogalerus Pont. Max. inſig. Jul. 38
Alexandria Ægypti, Anto. 66
Amphinomus Pietatis ſymbolum, Her 2
Amphitrite piſcis infima parte, Valer. 2
Anapias Amphinomi frater, Pompe. 17
Ancilia Marti dicata, Auſ. 2
Saliorum inſignia, Lic. 36
in templo Jovis ſervata, Corn. 1
Angues à Bacchantibus geſti, Clau. 16
Aſiæ Minoris ſymbola, Anto. 40
Anguis in tutela Æſculapii, Aci. 3
Anni ad Conſulatum neceſſarii, Stat. 6
Annonæ abundantia procurata, Calp. 1
Anni Impp. à Trib. Pot. computati, Næv. 3

Annus fertilis quando æſtimatus, Valg. 1
à Julio Cæſare reformatus, Vm. 1
Antigonus Rex ad trophæum, Coſ.
Antonius genus ſuum ad Herculem, Livin. 9
Flamen Dialis Dictat. Cæſ. Sep. 5
ſtans habitu augurali, Anto. 60
Imp. titulus IV. ibid. 66
L. Antonius Triumviri frater, ibid. 23
Aper Herculi ſacer, Coe. 3
Junoni Soſpitæ dicatus, Aur. 11
telo transfixus ad venationem, Hoſ. 4
Apex Flaminis inſigne, Poſt. 12
Pontificis Max. pileus, Æm. 32
Apollo Actius ſtans Antiſ. 2
Antiochiæ tutelaris deus, Pompo. 14
deus ſoſpitalis, Calp. 14
laurea cur ornatus, Fab. 17
Muſarum comes, Æm. 42
cum ſceptro expreſſus, Clau. 8
ſub Solis imagine, Porc. 3
Vates exiſtimatus, Volt. 5
Væjovis appellatus, Cæſ. 1
In bigis telum vibraturus, Opi. 6
Aquæductus ab Anco Marcio, Marc. 22.
Aquila Imperii R. inſigne, Anto. 15
Jovis ales, Caſſ. 9
cur Jovi ſacra, Gel. 1
Ptolemæorum Regum ſtemma, Soſ. 2
Legionoria inter duo ſigna. Æbu. 3
Triariorum inſigne, Vale. 16
cum Lupo adverſa, Pap. 5
Ara deorum prope Jovis ædes, Clau. 39
Fortunæ Reduci ſacra, Ruſt. 2
maxima in Foro Boario, Anti. 3
Salutis deæ, Clau. 3
cum vexillo quid arguit, Fad. 2
Aratrum & ſpica, Epp. 2
Arcus Herculis, Anto. 3
Arcus cum tribus fornicibus, Vin. 4
Triumphalis pro Auguſto, Jul. 67
Aretas Arabiæ Rex, Æm. 44
Argentum quando ſignatum, Fab. 21
Argus Ulyſſis canis, Mam. 3
Aries anni principium, Vm. 1
ad annum à Julio reſtitutum, Cæc. 39
pro Jove Ammone expreſſus, Pup. 6
Marti aſſignatus, Ruſt. 1
Armenia capta Aquil. 10
ſupplex manibus extenſis, Petro. 5
Arviſium vinum ex Chio Inſ. Rab. 7
Armillæ proditionis præmia, Petro. 1
As primum libralis, Anteſ. 1
ſeſtantarius factus, ibid.
quando uncialis factus, Alb. 1
Aſperſorium unde dictum, Æm. 32
Aſtrum ante caput Martis, Ruſt. 1
Av. id eſt, Augur, Coe. 3
Augur, velo coopertus, Anto. 17
Augures, Patricii, Minu. 4
Augurum Collegium Jovi ſacrum, Caſſ. 1
Auguſtus quando appellatus, Jul. 61
Apollinis F. credi voluit, Ter. 12
Hoſtium perpetuus victor appellatus, Æl. 7
Ludis Apollinaribus natus, Lol. 6
quo anno Pont. Maximus, Non. 3
Aurora Titanis filia, Plaut. 3
Solis nuntia, ibid.
alata cum equis, ibid.
Aurum quando ſignatum, Acil. 7
Aurum coronarium, Dom. 22
Axur cur Jupiter cognominatus, Verg. 3

B.

Bacchius Judæus ſupplex Arabiæ Regulus, Plaut 7
Bacchus appellatus Antonius, Anto. 37
laurea coronatus, Pap. 6
primus triumphavit, Fur. 4
Pampinis redimitus, Corn. 1
Nicææ urbis conditor, Pup. 5
cum Cerere capite jugato, C orn
Baculus cum aſinino capite in apice, Hoſt. 5
Baſilica Æmilia, Æm. 39

Belle-

Bellerophon in Pegaſo, Corn. 42
equum conſcendere primus docuit, Coſſ. 3
Chimæram occidit, Cæc. 44
Beſſi Thraciæ à Bruto victi, Serv. 8
Bibulus Propr. Siciliæ, Anto. 52
Bidens Ditis ſymbolum, Corn. 43
Bigæ ad Ludos Apollinares, Anto. 17
Elephantorum, Cæc. 2
Bilanx Juſtitiæ ſymbolum, Fulv. 2
Bipennis Amazonum inſigne, Procul. 2.
Hiſpanorum arma, Cariſ. 6
Bos infula ornatus, Corn. 78
Coloniarum ſymbolum, Corn. 28
Dianæ immolari ſolitus, Poſt 14
Bovis ſignum quid arguit, Jul. 2
Brutus cur Cæpio dictus, Flav. 3
in Serviliam gentem adoptatus, Serv. 1
Imperator ob devictos Beſſos, Flav. 3
Xviri ſacerdotio ornatus, Plæt. 10
Bulla Triumphantium geſtamen, Jul. 63.
Byzantii ab Auguſto beneficiis cumulati, Petr. 9

C.

C. In tabella, id eſt, *condemno*, Caſ. 5
Caduceus à cadendo dictus, Sil. 6
cur alatus ibid.
Felicitatis ſymbolum, Ann. 3
pacis ſymbolum, Æm. 30
Cæſar, parens patriæ, Coſſ. 1
Cæſares ex extremis Patriciis, Jul. 10
Calceoli repandi Junonis Soſpitæ, Met. 2
Caligula M. Agrippæ nepos, Vipſ. 9
Calliope Muſa, Pomp. 12
Camelus Arabiæ ſymbolum, Plaut. 7
Camillus galero ornatus, Anto. 16
Cancelli Comitiorum, Jul. 41
Canis Dianæ ſacratus, Poſt. 8
Laribus ſacer, Cæſ. 1
Anteſtiorum ſigillum, Anteſ. 3
Cantabria ad trophæum, Petro. 11
Cantharus Bacchi vas, Papi. 9
Capeduncula vas pro ſacrificiis, Jul. 69
Veſtalis ſymbolum, Jul. 17
Capra pro Junonis ſacrificio, Cornif. 2
Væjovi immolari ſolita, Font. 7
Capræ ſacrificium, Lic. 38
Duæ Junoni Soſpitæ, Lucr. 5
Capricornus Auguſti inſigne, Dom. 20
Capricornus cum triquetra, ibid.
Carthago à Julio deducta Colonia, Jul. 50
Junonia primum appellata, Semp. 16
Caput bovis infulatum, Anto. 3

CAPITA DEORUM.

Æſculapii,
Apollinis laureatum, Clau. 45
Bacchi,
Boni Eventus, Scrib. 6
Caſtoris, Sang.
Cupidinis, Egn.
Ditis, Clau. 38
Fauni, Jun. 37
Genii, Atil. 18
Herculis,
Honoris, Cæc. 36
Jani,
Jovis Ammonis, Axuris,
Capitolini, Æm. 40
Terminalis, Pompe. 13
Martis,
Mercurii,
Neptuni,
Saturni,
Panos, Vib.
Sileni, Jun. 27
Triumphi, Fur. 4
Væjovis, Lic. 21

JUGATA.

Caſtoris & Pollucis, Cord. 1
Honoris & Virtutis, Fuf. 1
Jani, Jul. 3
Penatium, Sulp. 5

INDEX IN NUMISMATA

Dearum.

Cereris, Atil 17
Concordiæ, Pop. 2
Cybeles,
Dianæ, Aquil. 1
Feroniæ, Petr. 2
Fidei, Æm. 6
Floræ, Serv. 17
Fortitudinis P. Romani, Arr. 2
Junonis Monetæ, Cariſ. 14
Junonis Reginæ, Rubr. 5
Juſtitiæ, Ann.
Liberæ, Caſ.
Libertatis,
Meduſæ, Coſ.
Muſarum, Pomp.
Nemeſeos, Corn. 24
Palladis, Vib. 19
Palloris, Hoſt. 5
Pietatis, Fulv. 17
Religionis,
Romæ,
Salutis, Non. 1
Sophiæ, Semp. 25
Sortis, Plæt. 3
Veneris, Conſ. 5
Victricis, Carv. 2
Victoriæ, Fulv. 15
Virtutis, Vetur. 1

Aliarum.

Alexandriæ, Fab. 21
Africæ, Norb. 5
Hadrumetinæ urbis, Lic. 13
Galliæ, Sulp. 13
Hiſpaniæ, Poſt. 15
Romæ,
Sibyllæ Delphicæ, Valer. 3
Phrygiæ, Cariſ. 12

Regum Romanorum.

Romuli ſeu Quirini. Mem. 6
Tatii Sabini, Titur. 3
Numæ, Pompe. 14
Numæ & Anci,
Tulli Hoſtilii, Sulp. 6
Servii Tulli, Tul. 1

Regum exterorum et Heroum.

Alexandri M. Corn. 85
Bocchi Mauritaniæ, Corn. 80
Philippi Macedoniæ, Marc. 23
Lyſimachi Thraciæ, Pup. 4
Ptolemæi Ægypti, Lol. 1
Adrumetis Herois, Conſ. 3
Tarantis, Tar. 1
Tiburti, Sic. 1
Cleopatræ Reginæ, Anto. 30

Illustrium Romanorum.

Agrippæ,
M. Antonii,
M. Antonii Junioris, Anto. 64
L. Antonii, Coc. 1
Arrii ſecundi, Arr. 1
L. Bruti, Jun. 1
M. Bruti, Jun. 2
Coelii Caldi, Coe. 2
Dolabellæ, Treb. 2
Domitii Ahenobarbi, Dom. 17
L. Libonis, Liv. 4
Livineii Reguli, Livin. 1
Munatii Planci, Mun. 6
Norbani Flacci, Norb. 7
Pompeii M. Min. 1
Cn. Pompeii F. Pomp. 16
Sex. Pompeii, ibid.
Numonii Vaalæ, Num. 1
Pompeii Rufi, Pomp. 3
A. Poſtumii, Poſt. 16
Servii Rufi, Sulp. 21
Servilii Ahalæ, Jun. 1
M. Silani, Jun. 45
Sullæ, Corn. 80
Capita Juliæ, Caii, & Lucii Cæſarum, Mar. 11
Caput Liviæ ſub Dianæ imagine, ib.
Agrippinæ ſub effigie Liberæ, Suil. 2
Caſtor & Pollux mare Piratas liberarunt, Font. 5
primi navigia fabricarunt, Vib. 3
concordiæ fratrum ſymbolum,
pedites & ſtantes, Mum. 2

Equites

INDEX IN NUMISMATA.

Equites in diverſa abeuntes, Her. 1
à Romanis cur culti, Vuil. 1
in Græcia magni dii vocati, Valer. 2
Cenſus P. Romani primus, Did. 2
Cenſoris ſtantis imago, Poſt. 17
Cenſorum munera, Lic. 3
Cerealia à Romulo inſtituta, Mun. 6
per dies octo in Circo, Manl. 7
Cereales Ludi, Cæc. 17
Ceres in curru duorum leonum, Volt. 4.
in curru duorum ſerpentum, Valer. 8.
frumentum ſerere docuit, Ful. 7
quare colum gerit, Mem. 6
apud Temenothyritas culta, Tul. 4
Certamen equeſtre, Serv. 15
pedeſtre, Serv. 10
Cerva litabatur Dianæ, Quin. 5
Cervi in tutela Dianæ, Pro. 1
Charybdis rapaciſſima mulier, Pompe. 23
Ciconia Pietatis ſymbolum, Anto. 26
Cidaris Armeniæ Regum thiara, Anto. 56
Ciſſus Bacchi comes, Anto. 39
Ciſta Bacchi ſymbolum, Anto. 37
Ciſtiphori nummi tetradragmi, Tul. 5
Citharæ inventio unde, Pompo. 13
Cives & ſigna à Parthis recepta, Lic. 37
Claſſis Alexandrina, Anto. 55
Clathrum quid & cur datum, Arr. 2
Clava Herculis inſigne, Anto. 3
Claudia Veſtalis, Clau. 10
Clementiæ templum Julio Cæſari decretum, Jul. 52
Cleopatra cum Antonio ſociata, Anto. 30
tanquam Imperii ſocia, Opp. 5
Regina Regum, Anto. 57
Dea Junior appellata, Anto. 58
Clio Muſa unde vocata, Pompo. 13
Cloacina quid in denariis, Anto. 7
Venus à Cloaca dicta, Jul. 41
Clypeus in quo Ægis, Cord. 3
cum Gorgonis capite, Dom. 10
Jovis & Minervæ, Dom. 21
Macedoniæ inſigne, Cæc. 13
rotundus Fecialis, Sang. 2
votivus, Æm. 23
Cohors Prætoria, Anto. 103
ſpeculatoria, Anto. 104
Col. Corinthus à Julio condita, Jul. 50
Julia nova Carthago, Æm. 56
Colonus agens boves, Æm. 40
Columna L. Minucio erecta, Minu. 3
ſupra quam Bellona, Marc. 1
ad quam ſacra pro omnibus Ludis inchoandis, Lucr. 5
inter duas capras, ibid.
Comitia cum Populo diviſa, Muſ. 5
Comitiorum proſpectus, Anto. 7
Compitalitii Ludi, Cæſ. 1
Concordia dea cur ſignata, Æm. 10
Congreſſus Pompeii & Metelli, Min. 3
Conſentes dii, Scrib. 6
Conſul unde dictus, Jun. 4
Conſulatus ſuſcipiendi mos, Corn. 11
Conſules primo die Jovi ſacra faciebant, Gab. 1
Junoni Lavinium profecturi, Lic. 38
Conſulis proceſſus, Jun. 3
Conſulum ſacrificia, Her. 2
Corinthus Colonis ab Auguſto frequentata, Petr. 7
à Julio Dictatore deducta, Cæc. 40
Corium Pythonis ſerp. Cortina, Caſ. 18
Cornucopiæ rerum abundantia, Æm. 55
Corona Victoris præmium, Anto. 9
ex Apio, Muſ. 14
ex auro, Dom. 22
Gemmata, Jul. 59
ex hedera & baccis, Tul. 3
Muralis, Vipſ. 3
Myrtea Ovantibus, Aci. 9
ex oliva, Dur. 3
Populea Herculi, Papi 5
Quercea ob Cives ſervatos. Æl. 8
Jovi oblata, Gab. 1
Spicea cur conceſſa, Jun. 26

Cereri dicata, Manl. 7
Coronæ quatuor, Vm. 1
Cortina tripodis tegumentum, Caſ. 18
Crater pro ſacris. Valg. 1
Crocodilus Ægypti ſymbolum, Jul. 28.
Culter Sacrificiorum, Corn. 50
Cupido F. Mercurii & Veneris, Egn. 3
ſtans ante Veneris caput, Corn. 76
Delphino inſidens, Lucr. 3
Curator denariorum flandorum, Corn. 36.
Curatores ad frumentum emundum, Serv. 2
Curules cur dicti Ædiles, Æm. 18
Cybele turrita ſedens, Corn. 8
in curru à leonibus vecta, Marc. 12

D.

D. In tabella, id eſt, *damno*, Coel. 1
D. P. id eſt, *Dii Penates*, Flam. 1
D. T. id eſt, *die tertia*, Volt. 5
Decempeda eſt pertica pro diviſione agrorum Colonis, Semp. 15
Dedicatio Ædium Mercurii, Plæt. 6
Delphin Veneris Cypriæ inſigne, Plaut. 2.
Denarii ex manubiis cuſi, Titu. 4
ex contributione Urbium, Serv. 20
ex vectigalibus, Titu. 4
Conſulares à Veſpaſiano obſignati, Serv. 24
Denariorum formæ repertæ, Sil. 7
cudendorum cum imagine poteſtas, Jul. 21
Denarius pro XVI. aſſibus, Atil. 12
ſemper tamen in ſtipendio pro X. Main. 2
Deſultor equus Apoll. Ludos arguit, Marc. 7
Deſultores equi, Sep. 4
Dextræ, ſymbolum fidei, Semp. 29
Diana & Luna eadem, Semp. 11
ſub Lunæ ſymbolo, Porc. 3
Epheſia à Temenothyritis culta, Tul. 4
Lucifera in quadrigis, Curi. 2
Ortygia nuncupata, Corn. 86
Polymammia cum verubus, Claud. 49.
Tutelaris Siciliæ, Aquil. 1
Tutelaris Corn. Sullæ, Corn. 82
Venationibus præeſt, Lic. 19
Dianæ feſtus dies IV. Id. Aug. Axſ. 1
Dictatura Magiſtratus extra ordinem, Met. 2
non ut Conſulatus computabatur, Jul. 19
Dii maris Caſtor & Pollux, Font. 5
Dii Penates capitibus jugatis, Atil. 4
ex Lanuvio aſportati, Bæb. 2
in Sicilia culti, Flam. 2
Dio, autor totus Numiſmaticus, Lic. 37
Dioſcuri aſtris inſigniti, Calv. 1
Diribitores Comitiorum, Muſ. 3.
Dis deus divitiarum, Ner. 1
à Græcis Pluto dictus, Clau. 38
Divus Cæſar factus, Jul. 63
Domitius Ænobarbus Imp. dictus, Anto. 27
Duæ dextræ Concordiæ ſymbolum, Æm. 53
Druſus Libo à M. Livio adoptatus, Liv. 4
Duo Senatores armorum ſpoliis inſidentes, Valer. 30
inter modios ſedentes, Papi. 3.
Duo templa Herculis, Alf. 1
Duumvir Navalis, Jun. 42
Duumviri pro Triumviris ſcripti, Atil. 1
Quinquennales in Coloniis, Arri. 3

E.

EGeria nympha, Pup. 2
Elephas Africæ ſymbolum, Cæc. 13
legionis V. inſigne, Apr. 4
Elephantis plurimæ ſignificationes, Jul. 8
Elephantorum bigæ, Dur. 3
Eques capiſtro equum ducit, Tul. 3.

Pacificatoris habitu, Æm. 36
Equeſter Ordo qualis, Jul 69
Equi marini, fabuloſi, Mari. 2
Equiria quando celebrata, Fab. 3
Equitandi artem quis docuit, Titur. 5
Equorum curſus quibus dicati, Marc. 8
Decurſiones in Ludis Apollinar. Calp. 7
nomina plurima, Calp. 6
Equus ſine epiphiis, Calp. 8
Erato Muſa, unde dicta, Pompo. 15
Europa tauro vecta, Valer. 2.
Europæ tabula in templo Jovis Capitolini, Volt. 6
Euterpe Muſa, unde dicta, Pompo. 17

F.

F. F. id eſt, *Flando*, *Feriundo*, Ann. 4
F.P.R. id eſt, *Fortitudo P. Romani*, Arri. 2
Falcifer cur appellatus Saturnus, Serv. 2
Falx fertilitatem Siciliæ denotat, Corn. 44
Saturni inſigne, Serv. 2
Faſces Juſtitiam indicant, Æm. 51
Conſulum potentiam, Calp. 17
Fauni cultus unde, Jun. 37
Fauſtus Sullæ filius, Corn. 82
Felicis cognomen Sullæ, Manl. 8
Felicitatis templum Julio Cæſ. decretum, Flam 7
Feræ pro Ludis & venationibus, Flavi. 1
Feronia Sabinorum dea, Petro. 4
eadem quæ Proſerpina, Petro. 2
Feſta Terminalia menſe Februar. Mam. 1
Feciales velati, Antiſ. 4
Fecialis figura ſtans, Sang 2
Fidei duo templa in Urbe, Corn. 16
Fides olea coronata, Fulv. 2
Filiæ Pierii in picas converſæ, Tit. 5
Flamen Cæſaris Dictatoris, Jul. 52
Dialis, Corn. 1
Martialis, Corn. 38
Quirinalis, Fab. 22
Volcanalis Satr. 1
Floralia Romæ quando cœpta, Serv. 17
Floræ natalis dies, ibid.
Flos in denariis gentis Aquiliæ, Aquil. 1
Fodinæ ferrariæ in Galliis, Jul. 14
Fœderis feriundi typus, Vetur. 1
Fœdus initum cum Gabinis, Antiſ. 4
Forcipes Vulcani ſymbolum, Caſſ. 4
Fortuna in cubiculo Imperatoris aſſervata, Semp. 14
Fortunæ Antiatum, Ruſt. 2
Templum Tiburtinum, Sic. 2
Fratres idem prænomen non gerebant, Manl. 9
Fulmen Imperii ſymbolum, Salv. 1
cur in Fabia gente expreſſum, Fab. 16
Funalia per templum accenſa, Plæt. 5
Furnii, Oratores clari, Furn. 1

G.

Galba Imperator in equo, Sulp. 14
Galea Minervæ, Cord. 3
Galeatus Auguſtus, Jul. 64
Galerus Mercurii inſigne, Abu. 3
Gallus gallinaceus, Æm. 32
Gammarus Arethuſæ urb. inſigne, Serv. 20
Genius naturæ deus, Corn. 35
quo modo depictus, Corn. 27
Naturalis, Papi. 3
Populi Romani, Corn. 34
Tutelaris Africæ, Lic. 14
Gladiatorum munus, Valer. 21
Gladius acutus Hiſpanus, Cariſ. 6
Globi tres, pro 3 orbis partibus, Cocc. 2
Globuli duo ſextantis notæ, Abu. 3
tres, quadrantis notæ, Abu. 4
quatuor, trientis notæ, Corn. 59
Globus, orbis terrarum imperium, Æm. 51

Guttus Auguris ſymbolum, Anto. 18
Gryphus Apollini ſacer, Jun. 40

H.

H. In vexillo, id eſt, *Haſtati*, Valer. 16
Hammon capite cornuto, Pup. 5
Haſta ceu quiris dicta, Fab. 23
divinitatis inſigne, Egn. 3
pura quando donata, Arri. 1
Haſtati in legionibus, Ner. 1
Hercules Antoniæ gentis autor, Anto. 3
pelle leonina ornatus, ibid.
ſagittam è pharetra dorſo impoſita depromit, Pop. 1
quot arma à diis acceperit, Curt. 3
populea corona inſignis, Papi. 5
Triumphalis, Anti. 1
Tutelaris deus Galliæ, Lic. 18
Tyrius, Corn. 88
in bigis Centaurorum vectus, Aur. 5
Herculi templum poſuere Sabini, Valer. 29
Victori ædes condidit M. Octavius Herennius, Vib. 19
Hedera ebrietatem ſolvit, Anto. 39
Hermes deæ ſortis, Plæt 3
Herophyle Sibylla, Valer. 3
Hippocrenæ, Muſæ dictæ, Tit 4
Hiſtoria Perſei R. Macedoniæ, Æm. 9
Hiſpania ſupplex, Min. 4
Honos laurea coronatus, Jun. 22
inſidet clypeis, Poſt. 13
cum Virtute ſociatus, Corn 5
Hygia Æſculapii filia, Aci. 7
Hyſſopus pro Pietatis ſacris, Pompe. 21

I.

I. Nota aſſis in nummis æreis, Anteſ. 1
II. T. id eſt, *ſecundum trophæum*, Jul. 16
I.S.M.R. Juno Soſpita Magna Regina, Semp. 10
Jano templum quando extructum, Duil. 3
Janus Italiæ Rex, Af. 2
cur barbatus & imberbis, Axſ. 4
quare bifrons, Aci. 1
cur corona inſignis, Axſ. 4
Monetæ uſum reperit, Aci. 1
apud Albanos cultus, Axſ. 3
Ibis cur Cybele data, Corn. 9
Idib. Martii occiſus Cæſar, Jul. 45
Idus omnes ovi ſacræ, Corn. 19
Imperator pro prænomine, Æm. 52
Incus monetæ ſymbolum, Sil. 4
Indis pacis confirmatio, Dur. 3
Inſubria vox ſupra pontem, Corn. 5
Italia & Roma dextras jungentes, Muc. 4
Jugum boum, Caſſ. 10
Jugurtha Rex genuflexus, Corn. 83
in triumpho ductus, Mari. 3
Iſthmici Ludi, Coſſ. 3
Julius Cæſar quoties Dictator, Æm. 46
quoties Imperator, Jul. 24
Comitium reſtauravit, Muſ. 5
Imperii R. fundator, Jul. 62
Juno Jovis ſoror & uxor, Egn. 3
Caprina pelle amicta, Corn. 17
Carthaginis tutelaris dea, Serv. 18
Magna Regina dicta, Æm. 16
Opifera nuncupata, Lic. 38
Soſpita unde vocata, Lucr. 5
in bigis, Proc. 2
Jupiter Ammon, Cornif. 1
In Libya cultus, Lol. 2
Axur ſine barba, Æl 4
In quadrigis, Ogul. 5
Capitolinus ſedens, Corn. 27
Conſervator unde dictus, Dom. 21
Feretrius in quadrigis, Aci 5
Forenſis, Tarq. 4
Gamelius, Egn. 3
Hellianus, Corn. 45
Olympicus in Sicilia, Corn. 44
Pacis Præſes, Lic. 12
Philalethes, Poſt. 19
Philius, Quinc 3
Terminalis, Cæc. 30

Jus

Jus creandorum Augurum ad Sacerdotes reverſum, Sent. 2
Juvenci duo à Coſſ. mactati, Gab. 1

K.

K. id eſt, *Kæſo*, prænomen, Fab. 1

L.

L. In tabella, ide ſt, *Libero*, Coe. 1
Labas Laodiceæ Prætor, Tul. 5
Lanx Prætoris inſigne, Flam. 2
  monetæ ſymbolum, Ann. 3
Laodicea Phrygiæ civitas, Tul. 5
Laertes Ulyſſis pater, Mam. 3
Lares dii Domeſtici, Cæſ. 1
Laurea Victoris præmium, Bæb. 2
  corona Jul. Cæſari decreta, Vipſ. 2
Lauri rami cur Auguſto dati, Aſin. 3
  ramus Apollinares indicat, Liv. 4
Laurus apta vaticiniis, Valer. 6
Lectiſternium pro Jovis epulo, Can. 5
Legio prima antiqua, Anto. 97
  XII. antiqua, Anto. 98
  XVII. Claſſica, Anto. 99
  XVIII. Libyca, Anto. 100
  XX. Hiſpanica, Anto. 101
Legiones quot habuerit Antonius, Anto. 80
Lentulus Augur factus, Corn. 37
Leo M. Antonii inſigne, Anto. 41
Leones Veſtæ ſacri, Antiſ. 1
Leoni cur enſis, Anto. 41
Liber pro Baccho, Corn. 50
Libera pampinis coronata, Caſſ. 8
Liberalia quando celebrata, Porc. 4
Liberalibus Victoria Mutinenſis, Jun. 27
  Libertas olea coronata, Lic. 3
  in bigis vecta, Marc. 2
  in quadrigis tracta, Corn. 6
Libertatis effigies duplex, Jun. 18
Libri Sibyllini in XV virorum cuſtodia, Jun. 11
Lictoris officium, Jun. 4
Litui militares, Jun. 29
Lituus Baculus incurvus, Anto. 10
  Auguratus inſigne, Æm. 33
Livia ſub Dianæ effigie, Mari. 12
Livineius Urbis Præfectus, Livin. 2
Lollia Lollii Paulini F. Lol. 9
Luctus Cereris à Matronis R. Manl. 7
Lucullia moneta, Corn. 76
Ludi Actiaci, Petro. 10
  Apollinares pro victoria, Calp. 14
  Apollini dicati, ibid.
  etiam Dianæ, Aquil. 4
  à Conſule quando facti pro Prætore, Pop. 2
  ſumptibus Jul. Cæſaris, Muſ. 5
  Capitolini, Autr. 3
  Circenſes à Julio editi, Jul. 55
  Conſuales Neptuno dicati, Poſt. 9
  Florales, Serv. 17
  à quo inſtituti, Pob. 1
  Jovi Feretrio dicati, Autr. 1
  Iſthmici, quinquennales, Muſ. 14
  Magni, cur ſic vocati, Marc. 23
  Jovi conſecrati, Calp. 26
  Megalenſes prid. Kal. Aprilis, Ceſt. 1
  per ſex dies editi, Plæt. 1
  Scenici erant, Antiſ. 1
  in Palatio celebrabantur, Fur. 3
  Muſici & Gymnici, Antiſ. 3
  Plebeii, Scenici, Fur. 9
  Sæculares, Car. 16
  quibus dicati, Fur. 2
  ab Auguſto editi, Sang. 2
  quoties celebrati, Meſ. 4
Ludorum Apollinarium origo, Æm. 19
Ludus Troiæ à pueris, Jul. 69
Luna bicornis Byzantii inſigne, Petro. 9
  anni à Julio reformati index, Æm. 48
Lupa cum puerulis, Ter. 8
Lupercalia, Anto. 18

Lupus Marti ſacer, Satr 1
ore fomitem accenſum gerit, Pap. 5
Luſtralis aqua, Poſt. 14
Lyra Apollinis ſymbolum, Petro 10
Mercurii inventum, Pap. 4
Lyſimachus Nicææ urbis reſtaurator, Pup. 4

M.

Machina tormentaria, Jul. 14
Mænia columna in 8. regione, Maen. 1
Magiſter xvirorum, Poſt. 14
Magna cur Juno dicta, Lucr. 5
Magni Ludi menſe ſept. editi, Jul. 6
Maia Mercurii mater, Cur. 3
Malleolus Poblicię gentis inſigne, Pobl. 5
Mali Punici ubertas, Caſ. 15
Malum Punicum Concordiæ ſignum, Valer. 29
Marcius Philippus Philippum Macedoniæ R. hoſpitio excepit, Marc. 23
Mars in bigis, Papi. 2
bellorum Præſes, Jun. 29
In Gallia cultus, Æm. 59
nudus cur pingitur, Anto. 15
Romuli pater creditus, Corn. 33
ultor in Triumviris, Muſ. 10
Marſpiter, id eſt, *Mars pater*, Corn. 52.
Martellus ſuper aram, Scrib. 6
Martis ſignum, Valer. 15
Matronæ ſacra Junoni Soſpitæ faciunt, Liv. 1
Medicinæ inventor Apollo, Volt. 5
Meduſa Pegaſi mater, Coſſ. 3
Megaleſii Ludi Junoni ſacri, Æm. 16
Melpomene Muſa unde dicta, Pompo. 19
Memmius Æd. Cerealia primus, Mem. 6.
Mercurii cultus ex Alba à Romulo, Plæt. 1
dies feſtus IV. Idib. Maii, Axſ. 1
Mercurius facundiæ deus, Æm. 43
mercium, Aſ. 3
negotiorum, Fabr. 2
Præco creditus, Plæt. 7
ſeptem chordas lyræ accepit, Curt. 4
Miles caſtigatus à Centurione, Did. 2
Minerva belli dea, & Præſes, Clou. 1
in quadrigis vecta, Vib. 5
ſcientiarum dea, Dom. 10
ejus caput Magnos Ludos arguit, Valer. 23.
Miniſter officinæ monetariæ, Plæt. 9
Modius ſpicis plenus, Atil. 18
Moneta commercii nervus, Aſ. 3
Jano inventori tributa, Main. 1
quo modo percuſſa, Ann. 6
ſalutaris appellata, Cariſ. 15
Monetæ diviſio inter Auguſtum & Senatum, Stat. 3
Monetam Agrippæ reſtituit Titus, Vipſ. 7
Monogramma Fauſti, Corn. 84
Mons Capitolinus, ante Saturnius, Num. 2
Montis Tarpeii ars cui commiſſa, Titur. 6
Mulus Neptuno immolatus, Titur. 5
Muſæ cur Pegaſides appellatæ, Tit. 4
Myrto Venus coronata, Serv. 18
Myſteria Bacchi in Ciſta, Anto. 40

N.

N. id eſt, *Numerius*, prænomen, Fab. 2
Natalibus Auguſti, Ludi editi, Dur. 6. 7
Nativitas J.C. ex nummis, Quintil. 4
Navale Oſtienſe, Marc. 4
Navis in Fabiorum denariis, Fab. 7
imperium maris denotat, Pompe. 14
Saturni ſymbolum, Poſt. 3
Neapolis unde dicta Petro. 8
Nemeſi ſacra facta, Fulv. 7
à Romanis ad bellum profecturis, Valer. 21

Neo

Neoptolemus à Cerere triticum ſerere didicit, Vib. 9
Neptuni F. Sex. Pompeius vocatus, Naſ. 2
Neptuno Ludi inſtituti, Titur. 5
Neptunus Latiorum Rex, Marc. 13
aquis imperat, Æl. 6
maris deus, Crepe. 1
in quadrigis equorum, Corn. 23
in curru 2. equorum marinorum, Crepe. 1.
in quadrigis eq. marinorum, Æl. 6
Nerulinus M. Suillii F. Suil. 3
Nicæa Antipatri F. Lyſimachi uxor, à cujus nomine urbs, Pup. 4
Noctua Minervæ ſacra, Cord. 3
Nomina Romanorum quando in nummis notari cœpta, Anteſ. 1
Numitorius Amulii frater, Num. 1
Numæ ſacrificium, Lic. 38
Nummi ante ſeſtantarios unciarum quatuor, Anteſ. 1
argentei quando ſignati, Æl. 1
bigati à bigis dicti, Abur. 2
ciſtophori tetradrachmi, Anto. 37
quadrigati, à quadrigis vocati, Abur. 2
tetradrachmales, Anto. 40
Nuptialis Juno, Egn. 3

O.

O. M. id eſt, *Optimus Maximus*, Corn. 14
Obices Caſtrorum, Jun. 19
Olea Populus poſt Cenſum aſperſus, Poſt 17
Oliva pacis ſymbolum, Jul. 17
Orator Indus in bigis Elephantum, Aquil. 11
Oſtia Colonia à quo deducta, Marc. 4
Ovis in laurea, Corn. 19
in gente Poblicia, Pobl. 1
Jovi immolata, Trebo. 1

P.

P. in vexillo, id eſt *Principes*, Valer, 16
P. A. id eſt, *primi Ædiles*, Fan. 2
P. F. id eſt, *primus flavit*, Flam. 6
Pagurus cum Papilione, Dur. 5
Palladium, Minervæ ſignum, Jul. 10
Pallas in quadrigis, Lic. 21
Palma arbor, Anto. 66
Ægypti ſymbolum, Jul. 65
Panthera Baccho ſacra, Vib. 21
Parma Hiſpanorum arma, Coe. 2
Parazonium Virtutis inſigne, Volt. 4
Parthenope, Syrene, Petro. 8
Parthus genuflexus, Can. 4
cum ſigno militari, Aquil. 7
Paullus Æmilius ter triumphavit, Æm. 9
Pecunia, à pecu dicta, Anteſ. 1
Cæſaris imagine primum flata, Flam. 7.
Pegaſus, equus alatus, Cæc. 45
Africæ ſymbolum, Æm. 4
Corinthiorum moneta, Cæc. 45
Famæ ſymbolum, Æm. 42
fontem in Helicone aperuit, Pop. 2
Muſarum inſigne, ibid.
inter aſtra conſtitutus, ibid.
Penates cum pileis ſtantes, Sulp. 5
Penatum capita jugata, Anti. 2
Permiſſus cudendæ monetæ, Apr. 5
Perſeus & Bitis captivi, Æm. 10
Perſona pro Ludis, Vib. 12
ad ludos Scenicos ſpectat, Vib. 21
Pes ad cognomen ſpectans, Fur. 8.
Petaſus Mercurii inſigne, Abu. 3
Phaetontis ſorores, Acc. 1
Pharetra Herculi data, Anto. 40
Picus avis Marti ſacer, Satr. 1
Picus heros, Saturni F. Cæcid. 1
Pietas dea à Romanis facta, Fulv. 17
Pietas in milites, Jul. 16
in patriam, Jun. 28
Pietatis ſymbolum, Her. 2
Pileus Caſtorum, Sang. 1
ex foliis arundinaceis, ibid.

Libertatis ſymbolum, Plæt. 8
cum duobus pugionibus, Jun. 11
Pileus nuptialis, Egn. 3
Pileus Vulcani cur cæruleus, Aur. 7
Pollux Caſtoris frater, Semp. 1
immortalitatem ei communicat, Serv. 15
Polymnia Muſa, Pompo. 20
Pompeius M. Augur, Pompe. 16
Alexandro M. ſimilis, Corn. 85
Cn. Pompeius ejus F. Pontifex, Pompe. 16
Sex. Pompeius Imp. iterum, ibid.
Pondus æreorum nummorum ad eorum cognitionem valde utilis, Marc. 15
Pontifex Max. olim à Sacerdotibus electus, Jul. 15
quare velato capite, Jul. 45
Pontifices duo ex eadem Familia eſſe nequeunt, Jul. 69
Popa capram immolat, Lic. 38
Populus arbor, Herculi grata, Papi. 5
Porca è navi egreſſa, Sulp. 5
Cereri immolata, Vib. 10
Porta Emeritæ urbis, Cariſ. 11
Præcidanea porca, Vib. 10
Præfectus, Magiſtratus extra ord. Livin. 5
Claſſis Antonii, Opp. 5
Claſſis & oræ maritimæ, Pompe. 16
Urbis, Livin. 5
quot à Cæſare facti, Jul. 22
Præfericulum ſacrificiorum vas, Æm. 32
Pontificis Max. inſigne, Anto. 5
Pronomen in cognomen aliquando abiit, Volc. 1
Præſtites, vocati Lares, Cæſ. 1
Prætor unde dictus, Livin. 4
Provincialis jusjurandum à militibus accipit, Poſt. 15
Primogenitus patris prænomen ferre ſolitus, Semp. 28
Princeps Juventutis, Jul. 69
Principes legionum, Ner. 1
Proconſularem poteſtatem habens, Tarq. 2
Procoſ. in Provincias P. R. miſſi, Pomp. 11
Prora navis, pro maris potentia, Anto. 57.
victoriæ navalis index, Pobl. 6
Proſerpina hædera coronata, Petr. 6
ſub ſpecie ſerpentis à Jove compreſſa, Vib. 18
Proſpectus navalis proris ornatur, Jun. 42
Tuſculi urbis, Sulp. 23
Provoco, de Lege vox, Porc. 10
Ptolemæus Rex, Loll. 1
Puteal Libonis, Scrib. 5
Pythia certamina, Sempr. 7

Q.

Q. D. id eſt, *Quæſtor deſignatus*, Semp. 14
Q. P. id eſt, *Quæſtor Provincialis*, Anto. 18
Quæſtor deſignatus Vitulus, Jul. 47
Quadrans quarta pars aſſis, Cæc. 7
Quadrigæ decurrentes, Carv. 3
Triumphales in quibus figura, Cæc. 16
in quibus ſtrobilus pro ſeſſore, Claud. 6.
ſolæ ſine Figura, Durm. 3
Elephantorum, Atil. 3
Quadrigarum differentiæ, Cæc. 5
Quatuorviri Monetales, Æm. 45
Quindecimviri librorum Sibyllinorum cuſtodes, Meſc. 1
Quintanorum inſigne Elephas, Pap. 7
Quirinus ſedens, Fab. 22

R.

R. P. C. id eſt, *Reipublicæ conſtituendæ*, Anto. 5
Radius, baculus quo globus cœleſtis volvitur, Pompo. 14
Raia, piſcis, Procul. 1
Raphanus jacens, Atil. 4

Raptus

Raptus Sabinarum, Titur. 4
Ratitus ab aliis quadrans, Abu. 4
Regina, cur Juno appellata, Lucr. 5
Renes currum trahentes, Ren. 1
Renones veſtimenti genus, ibid.
Rex Aretas genuflexus, Plaut. 4
Bocchus ſupplex, Corn. 83
Cotugnatus ſtans manibus poſt terga revinctis, Pontin. 1
Jugurtha manibus poſt terga revinctis genuflexus, Corn. 83
Rhenus fluvius decumbens, Clau. 6
Ritus Aboriginum antiquus, Lic. 38
Roma pro dea culta, Papi. 13
Orbis domina, Muc. 4
Romani annos Catonis numerabant, Vib. 6
Sacerdotio præditi inter alios eminebant, Jun. 19
Romulus in quadrigis decur. Sent. 2
Roſtra Julia Palatio proxima, Sulp. 17
Roſtrum navis, nota nummorum æreorum, Abu. 3

S.

S. F. id eſt, *ſacris faciundis*, Peti. 3
S. Sacellum Termino erectum, Pup. 1.
Sacerdotes Herculis Gaditani populo coronati, Pap. 5
Liberi, hedera coronati, Corn. 52
Sacra Junoni Soſpitæ, Popi. 1
Nemeſi facta, Manl. 5
Sacrificium Numæ, Pompo. 8
Sagitta cum lauro ad Apollinem, Pompo. 4
Sagittarius Hercules, Pop. 1
Salaciæ filius, Sex. Pompeius, Pompe. 23
Salii Martis Sacerdotes, Corn. 52
Patricii eſſe debebant, Lic. 36
Salus ad Acilii cognomen alludit, Aci. 7
Sangus Sabinorum deus, Corn. 27
Saturnalia XVIII. Nov. edita, Cæſ. 1
Saturnus monetæ inventor, Numi. 1
rate in Italiam venit, Serv. 43
Saturnius mons Romæ, Titur. 6
Satyrarum Princeps Silenus, Vib. 12
Sceptrum divinitatis inſigne, Rup. 1
pro fœdere ſanciendo, Petro. 2.
Genio attributum, Corn. 35
Victoriæ datum, Anto. 15
Scipio eburneus Conſulis inſigne, Æm. 8.
Procoſ. pariter, Serv. 26
Scorpio Commagenes inſigne, Aquil. 9
Scylla, parte infima canis, Pompe. 23
Scyphus Herculis poculum, Papi. 9
Seceſpita unde dicta, Æm. 32
quomodo facta, Corn. 50
pro hoſtiis diſſecandis, Plæt. 10
Securis pro ſecandis victimis, Anto. 16.
ad Religionem ſpectans, Æm. 51
cum falce, Jus vitæ denotat, Fur. 7
Sellæ Ædilium Plebis aliæ, Hoſt. 3
Sella Curulis Ædilium inſigne, Calp. 26
Conſulum, Corn. 81
Prætorum, Calp. 28
Sella pro omnibus Ludis Julio Dictatori decreta, Jul. 59
Sempronius Quæſtor deſignatus, Jul. 44
Senatores pro roſtris ſedentes, Sulp. 27
Senatus ob Remp. conſervatam Cæſari Auguſto conſervatori, Meſ. 3
Septemvir Epulonum Plancus, Anto. 13
Serpens in Æſculapii tutela, Flav. 5
Cereri cur dicatus, Mem. 6
Elephanto inimicus, Jul. 8
Heroici genii inſigne, Cæc. 13
Lanuvinus, Valg. 1
Junonis inſigne, Fab. 12
Providentiæ ſymbolum, Jul. 63
Quotannis pellem exuit, Non. 1
Salutis ſymbolum, Clau. 5
Vaticinii cum tripode ſymbol: Semp. 7
Victoriæ felix augurium, Æm. 34

Serpentes ad Bacchum ſpectant, Anto. 37
Servius cognomen eſt, & non nomen, Sulp. 6
Seſtans 2. globulis notatus, Af. 3
Stymphalis avis galea ornata, Valer. 4
Sibyllini libri ubi repoſiti, Manl. 10
à xviris cuſtoditi, ibid.
Sicilia Provincia proſtrata, Aquil. 4
Siciliæ typus, Jul. 18
Sidus Julium, Jul. 44
Sigillum Pompeii, leo cum enſe, Anto. 41
Signa militaria à Phraate Rege Auguſto reddita, Dur. 1
Veteranorum in Coloniam deductorum ſymbola, Serv. 22
à Parthis recuperata, Petro. 3
Silenus Bacchi nutricius, Vib. 11
utrem hircinum humero gerit, Marc. 1
Simpulum unde dictum, Æm. 32
Veſtæ ſymbolum, Æm. 18
Singulare certamen, Viſ. 1
Siren Neapolis urbis inſigne, Petr. 8
Sirenes Proſerpinæ comites, ibid.
Somnium Sullæ expreſſum, Æm. 45
Sortes Prænestinæ, Plæt. 4
quo modo repertæ, Plæt. 5
Sphinx in Chiorum nummis, Rab. 1
Spica frumenti abundantiæ ſymbolum, Æm. 45
in Saturni imagine quid, Æl. 2
Spicæ in imo columnæ, Minu. 4
Spicio vox antiqua pro intueor, Sulp. 5
Spicula Hiſpanorum arma, Petr. 11
Statua Julii Cæſaris, Jul. 27
Lepido dicata, Æm. 14
Lucretii Tricipitini, Lucr. 5
Sibyllæ Delphicæ, Manl. 10
Equeſtris ex S. C. Papi. 4
Auguſto erecta, Vin. 3
Statuæ Veterum R. in Capitolio repoſitæ, Jun. 1
Stella Herculis, Papi. 5
Stella, navis nomen, Anto. 27
Stellæ ſupra caput Caſtorum, Marc. 8
Felix omen navigantibus, Font. 1
Strobilus Pini arboris fructus, Clau. 6
Auguſtæ Vindelicorum inſigne, Semp. 17.
Sublicius pons, Æm. 20
Suffetes Carthaginis, Lol. 8
Sulcus limitum terminus, Mam. 1
Sulla, Ἐπαφρόδιτος dictus, Corn. 76
Sullæ ſomnium cum figuris, Corn. 78
S. X. id eſt, *Sextus*, Quin. 1

T.

T. Q. id eſt, *Titus Quinctius*, Quinct. 1
T. G. A. id eſt, *Tutelaris Genius Ægypti.*
Tædæ in Ætna monte accenſæ, Vib. 9
Taras delphinum inequitans, Tar. 1
Tarpeia Virgo clypeis obruta, Titur. 6
Tatius Rex Venerem Cluacinam conſecravit, Muſ. 2
Taurus cornupeta pro Ludis, Livin. 7
quis primum exhibuit, Jul. 37
Templum Apollinis, Æm. 49
In Palatio conſtructum, Lol. 6
Templum Claudio Imp. dicatum, Suil. 2.
Clementiæ dicatum, Sep. 4
ſtructura rotundum, Æm. 47
Concordiæ proſpectus, Jul. 53
Dianæ, Æm. 22
ſtructura rotundum, Clau. 37
Felicitatis in Curia Hoſtilia, Jul. 35
Fidei in Capitolio, Fulv. 2
Genii, Corn. 35
Herculis, Gadibus, Papi. 5
Tibure, Sic. 1
Victoris Romæ, Alb. 1

Jovis

Jovis Capitolini, Volt. 1
reſtauratum, Semp. 28
Feretrii,
in Inſula Tiberina, Fur. 3
in Sicilia ab Hierone II. Corn. 66
Junonis, Papi. 14
Soſpitæ in Palatino monte, Lic. 8
Martis Ultoris in Capitolio, Lic. 57
Monetæ, Vetur. 5
Pavoris à Tullo Hoſtilio, Hoſt. 6
Sortis, Præneſte, Plæt. 3
Veneris Erycinæ, Conſ. 5
Veneris Paphiæ, Plaut. 8
Veſtæ rotundum, Jul. 6
Vulcani reſtitutum, Aur. 7
Temo mare deſignat, Corn. 36
inverſus pacem in mari, Pap. 2
Terminalia, VIII. K. Mar. Pup. 1
Terminus, ſeu Terminalis Jupiter, ibid.
Terpſichore Muſa, Pompo. 16
Thalia muſa, Pompo. 18
Thenſæ ad pompas Circenſes, Rubr. 4.
Thyrſus Bacchi inſigne, Vib. 21
ad Liberalia ſpectat, Valer. 23
Tibur Herculi ſacrum, Sic. 1
Tigris ſub Bacchi tutela, Cariſ. 4
Toga libera adoleſcentibus data, Cariſ. 4.
Triumphalis purpurea, Fulv. 6
Virilis quando induta, Jul. 69
Torques Gallo ereptus, Jun. 36
Tria crura Siciliæ ſymbolum, Corn. 44
Trib. Poteſtas ab Auguſto capta, Vm. 2
ab Imperatoribus retenta, Lic. 35
Tribunus militum, Font. 5
Tribuum numerus, Plaut. 6
Tridens unde dictus, Fulv. 6
Neptuni inſigne, Calp. 10
Triens 4. globulis notatus, Jul. 70
Trigæ in curru, Clau. 21
Triones ſeptem cum Luna bicorni, Aſin. 1
Tripodis deſcriptio, Æm. 34
De illo inter Apollinem & Herculem certamen, Papi. 5
Apollinis ſymbolum, Calp. 9
certantium præmium, Volt. 5
Salutis deæ in ſacris, Aci. 7
Vaticiniorum ſymbolum, Semp. 7
Triquetra Panormi inſigne, Opp. 6
Triton cur depictus, Corn. 68
Triumvir ad Fr. emundum, Fur. 7
Capitalis, Marc. 1
Epulonum quis primus, Porc. 10
Menſarius, Fulv. 13
Monetalis, Lic. 36
Triumphi 4. Julii Cæſaris, Jul. 28
Triumphus marinus, Semp. 5
Antonii, Anto. 50
Trophæa duo, Corn. 76
Trophæa tria, Corn. 34
Trophæum ex arboris trunco, Pin. 9
illud tollere nefas, Jul. 16
Triumphi inſigne, Pap. 6
De Armenia ſubacta, Anto. 63
De Garamantibus, Corn. 89
ex Hiſpania, Car. 9
Mithridatis de Triario, Jul. 6
De Pharnace, Jul. 16
De Philippenſi Victoria, Anto. 22
Tullus Hoſtilius Pallori templum, Hoſt. 5
Tutelaris genius P. Romani, Oct. 3
Tutor Lepidus Ptolemæi regis, Æm. 12.

V.

V In tabella, id eſt, *uti*, ſeu *utique*, Caſſ. 5
V. quinarii nota, Vib. 6
Væjovis ad nocendum paratus, Lic. 11
Valeriorum Familia ampliſſima, Valer. 34
Vas diotum, Rab. 1
Vehiculo juncti primum muli, Titur. 5
Venatio, natalibus Auguſti inſtituta, Hoſ. 4

Ver-

Vercingentorix ad trophæum, Jul. 14
Veſtæ ſacra ab Ænea Albam allata, Jul. 17
Templum à Lepido reſtauratum, Æm. 18
Veſtalia V. Id. Jun. edita, Aur. 3
Veſtales Pontifici Maximo ſubjectæ, Jul. 17
Vetera roſtra, Lol. 4
Venus tutelaris Cæſaris dea, Caſſ. 2
maris ex ſpuma orta, Serv. 18
Anadyomene nuncupata, Crepe. 1
Aphrodite appellata, ibid.
in curru à 2. Cupidinibus tracta, Jul. 5
Vexillum cæruleum Agrippæ datum, Vipſ. 8
VictoriaMartis comes, Anto. 14
Victoriati unde dicti, Diul. 2
Semper cum trophæo, Fulv. 4
Victoriatos qui primus ſignavit, Titur. 11
Victoriatus, dictus eſt quinarius, Vib. 7
Viæ munitæ, Vin. 2
in cippo, Corn. 60
VIIvir Epulonum, Coe. 3
Virga Mercurii, Pap. 4
Virgo Lanuvina, Roſci. 1
quotannis eſcam ſerpenti porrigit, Valg. 1
Virtus galeata ſtans, Lic. 5
ex illius templo in Honoris ædes tantùm ingreſſus, Egn. 2
Vitulus, ad Vituli cognomen indicandum, Jul. 46
Ulyſſes cum cane, Mam. 2
Uncus Ditis ſymbolum, Corn. 42
Volcanalia X. K. Decemb. Aur. 8
Volumen unde dictum, Pompo. 12
Voluſus prænomen, & cognomen, Valer. 30
Votum pro reditu Auguſti, Meſc. 2
Vrania Muſa, Pompo. 14
Urbs condita, ubi porca feſſa, Sulp. 5
Uvæ racemus vini abundantia. Rab 1
Vulcanus fabrorum deus, Caſſ. 4

X.

X id eſt, *Decemvir*, Coe. 3
X. denarii argenti nota, Vib. 6
Xvir. Plebeium erat Sacerdotium, Jun. 14

INDEX

INDEX
RERUM ET VERBORUM.

A.

ABſentis ratio Romæ non habita, Jul. 24
Aburius Legatus ad Maſiniſſam, Abu. 2
Achaia à Prætore adminiſtrata, Num. 2
Accenſi Magiſtratuum miniſtri, Serv. 11
Accius Nævius cotem novacula diſcidit, Serv. 6
Aceſtes Siciliæ Rex, Flam. 2
Achaica, mater Galbæ Imp. Sulp. 11
Acilius Legatus ad Ptolemæum R. Aci. 2
Æbutius Cæcinnam accuſavit, Æb. 1
Ædes Caſtoris ex manubiis, Cæcil. 2
  matris Matutæ igne conſumpta, Alf. 1
Ædiles qui primi Ludos Megaleſios, Antiſ. 1
  ſex ſub Julio Cæſare facti, Flam. 6
Ædilis & Mag. equitum eodem tempore, Serv. 6
Ædilitas Curulis poſt 5. annos à Quæſtura, Vmm. 1
Æmylus Aſcanii filius, Æm. 1
Æneæ tabulæ fœderum in Capitolio aſſervatæ, Anteſ. 2
Æneas Anchiſes filius, Coſſ. 2
  Laviniam ducit, Anti. 2
  deos Penates in Italiam aſportat, Ant. 2
Ærias Cypri Rex, Plaut. 8
Æſculapius Glaucum ſanat, Aci. 3
Ætoli è Delo in Siciliam profecti, Corn. 45
Agathocles Ptolemæi Regis Tutor, Æm. 17
Aggeres in Colonia accepti, Cæc. 19
Agrippina Mytilenis peperit, Vit. 1
Agonia, an Liberalia, Corn. 52
Alba diruta ab Hoſtilio Rom. R. Clou. 1
Albinius Ser. Sulpicii diſcipulus, Alf. 1
Alexander Perſei F. minor, Æm. 9
Alfinius celebris Juriſconſultus, Alf. 1
Alii, dicti qui 2. ſorores duxiſſent, Æl. 1
Amicitia inter Lælium & Scipionem Africanum minorem, Læl. 2
Amicitiæ obſervantia in Seſtio, Seſt. 2
Amilcar Pœnorum dux, Atil. 7
Amphitheatrum Statilii Tauri, Stat. 1
Amphoræ ex onyche, Corn. 48
Andriſcus ſeu Pſeudophilippus, Cariſ. 8
Anni pro Quæſtura neceſſarii, Stat. 2
  decem, inter unum & alterum Conſulatum, Atil. 2
Annibal Aſdrubalis F. Fulv. 7
  votum Herculi Gaditano ſolvit, Pap. 7
Annulus Pompeii Antonio à Cæſare datus, Anto. 39
Anno Pœnorum dux, Fulv. 8
Annus ab Ariete cœptus, Vmm. 1
Anticlæa Vlyſſis mater, Mam. 1
Antigonus Alex. M. dux Nicææ Bithyniæ conditor, Papi. 19
Antigonus Tutor Macedoniæ Rex, Marc. 23
Antigonus Judææ Rex, Soſ. 1
  Aſmonæorum ſtirpis ultimus, ibid.
Antiochus M. Syriæ Rex, Æm. 17
  ad Thermopylus victus, Poſt. 4.
Antiochus Epiphanes Syriæ Rex, Pop. 2
Antiochus Eupator Syriæ Rex, Oct. 2

Antiochus Epiphanes Commagenæ R. Aquil. 9
AntipaterHerodisJudææF.Quinct.2
Antiqua ſcribendi ratio, Axſ.1
Antiſtia Pompeii M. uxor, Pompe. 1
Antiſtius Labeo Hiſtoricus, Caſ. 11
Antonia gens è Patricia in Plebem tranſiit, Anto. 32
Antonia major nupſit Domitio, Dom. 19
Antonias, nomen regiæ navis Claſſis Cleopatræ, Anto. 55
Antonius Triumvir Jul. Cæſaris affinis, Anto. 5
hoſtis quando judicatus, Her.2
magiſter equitum ante Præturam, Anto. 8
cum Cæſare Imperium dividit, Anto. 30
Siciliæ partem habuit, Anto. 53
Octaviam uxorem dimittit, Anto. 56.
Conſulatum 3. Alexandriæ cepit, Anto. 67
Alexandriæ triumphavit, Anto.48
Epulum P. Alexandrino dedit, Anto. 57
Imperator IV. dictus, Anto.66
C. Antonius Triumviri frater minor, Anto. 16
Bruti in Prætura Collega, ibid.
C. Antonius Triumviri patruus, avarus, Anto. 3
L. Antonius Triumviri frater minimus, Anto. 25
à Cæſare Peruſiæ obſeſſus, Anto. 73
Antyllus Antonii ex Fulvia filius, Anto. 71
ab Auguſto occiſus, Anto. 65
Aper ſolidus in convivio appoſitus, Serv. 23
Apronius Germanici Legatus, Apr.4
Apuleius proſcriptus, App. 7
Auguſti amicus, App. 4
Aquilius uterque perit, Aq. 5
Arabio in Africa dux, Æm. 36
Aretas Arabiæ Rex, Plaut. 4
talenta 300. M. Scauro dedit, Æm. 44
Archelaus Mithridatis dux, Corn. 7
Argentarii in fraude deprehenſi, Corn. 8
Argentum Oſcenſe, Dom. 23
AriarathesCappadociæRex, Manl.14
Ariobarzanes Cappadociæ Rex, Corn. 77
Arminius Germanorum Cheruſcorum dux, Quinct. 4
Arioviſtus Germanorum Rex, Jul.13
AriſtonicusEumenis Regis F.Muc.2
in carcere ſtrangulatus, Perp. 2
Aſcanius Æneæ F. Jul. 3
Aſia quando Romana prov. Ar. 2
Arruntius proſcriptus, App. 7
ſeipſum poſtea necavit, Arru. 1
Arſacidæ Regum Reges dicti, Anto. 58
Artabazes Armeniæ Rex, Petro. 5
Artaxias Artabazis F. Aq. 10
Aſiani Antonium vocarunt Bacchum, Clau. 16
Herculem venerantur, Anto.38
Aſdrubal Pœnorum dux, Poſt. 48
ingenti prælio fuſus, Liv. 7
Aſina pecunia onuſta in Forum producta, Corn. 6
Aſinius Pollio Cæſarianis partibus fidus, Anto. 7
Atia Auguſti mater, Ati. 1.
Atlas Arcadiæ Rex, Curt. 4
Aſprenas Trib. Plebis ſubornatus, Anto. 7
Athenienſes à Philippo Rege obſeſſi, Sulp. 2
Athenio fugitivorum dux, Aq. 4
Atepomarus Lugduni conditor, Anto. 20
Atilius ex agricultura accerſitus, Atil. 4
Atis puer Trojanus, Ati. 1
Attalus Pergami Rex, Jul. 6
Aventinus mons Romæ, Pobl. 1
Aufidius hiſtoricus, orbus, Auf. 2
Augures Patricii Minu. 4
lituo cœli partes dividebant, Anto. 60

Augu-

Augurum perpetua dignitas, Anto. 64
Auguſtus adoptatus in Juliam gentem, Antiſ. 1
M. Antonium vicit ad Actium, ibid.
ſphinge pro ſigillo uſus, Cariſ. 13
Clementia utitur, Corn. 61
Romuli nomen appetebat, Corn. 51
Conſulatum Sami iniit, App. 4
in Urbem ovans introivit, Aq. 8
Sex. Appuleio Coſ. mortuus, App. 6
M. Aurelius Cotta Orator limatus, Aur. 3.
Aurum coronarium, Dom. 22
Autronius conjurationis Catilinariæ ſuſpectus, Autr. 2

B.

BAcchantes ſerpentes gerentes, Anto. 38
Bacchus & Oſiris idem, Anto. 61
Triumphi inventor, Luta. 2
Bæbii ex oppido Lanuvino orti, Bæb. 2
Barbatus ab Antonio dimiſſus, Anto. 41
Præfectus Claſſis Antonii, ibid.
Balari à Corſis, qui vocati, Æl. 2
Bellum Allobrogicum, Pont. 1
Aſiaticum, Pompe. 15
Cilicienſe, Tul. 5
Cimbricum, Caſſ. 9
Civile Pompeii, Corn. 37
Hiſpanicum, Corn. 13
Jugurthinum, Cæcil. 21
Macedonicum,
Mutinenſe, Hir. 2
Numantinum, Pompe. 2
Perſicum, Corn. 24
Peruſinum, Anto. 27
Piraticum, Pompe. 15
Punicum primum, Auf. 1
Punicum ſecundum, Clau. 28
Punicum tertium, Corn. 3
Sabinum, Petro. 2
Samniticum, Vit. 1
Sertorianum, Corn. 87
Servile in Sicilia, Aq. 4
Siculum contra Sex. Pompeium, Anto. 29
Sociale, Clau. 35
Tarentinum, Cariſ. 15
Thracicum, Porc. 2
Viriathicum, Fab. 14
Beneficia P. Romani gratuita, Æm. 10
Beſaſides Hiſpanorum dux, Minu. 8
Betultus Arvernorum Rex, Dom. 8
Bibliotheca Romæ prima, Aſ. 1
Bibulus à Triumviris proſcriptus, Anto. 52
Bithynia facta provincia, Lic. 20
Bitis Thraciæ Rex, Æm. 20
Bocchus Mauretaniæ Rex, Corn. 77
Fauſti amicus, Corn. 82
Bononia Colonia deducta, Valer. 11
Bootes ſtellæ ſeptem, Lucr. 2
Bos ob Auguſti adventum immolatus, Valer. 19
Bruti pater per Pompeium occiſus, Jun. 1
D. Brutus homo doctus, Jun. 10
Mutinæ obſeſſus, Æm. 29
M. Brutus, cognominatus Cæpio, Flav. 3
in campis Philippenſibus occiſus, Anto. 14
ejus uxor Servilia, Serv. 6
Budoris Hiſpanorum, Minu. 8
Byzantii ab Antonio bello petiti, Anto. 2

C.

CAcus Herculis boves ſubrepſit, Anti. 2
Cæcilius Numidicus doctus Orator, Cæcil. 21
Cæſar, ſummi Imperii cognomen Jul. 62
Cæſario Rex Regum appellatus, Anto. 57
C. Cæſar Auguſti F. adoptione, Jul. 68

Calidius Ciceronis coætaneus, Cæcil. 40.
inter Oratores ſcriptus, Calid. 1
Calpurnius Cæſoninus Jul. Cæſaris ſocer, Calpur. 26
Calpus Numæ Regis F. Calp. 1
Canes morbo affecti, Axſ. 2
à venatione emeriti, Anteſ. 3
Canidius Legatus Antonii, Anto. 5
Canis Sulpiciæ gentis ſigillum, Sulp. 1
Cantabri bellicoſi populi, Cariſ. 6
Cantharidæ à Carbone ſumptæ, Papi. 5
Capitolium vetus, quale, Peti. 3
à quo dicatum, Hor. 1
contra Gallos ſervatum, Popp. 1
Capuæ expugnatio, Minu. 6
Caravantius Gentii Regis frater, Anic. 1
Carbo ter Conſul, Papir. 3
Carna dea in Cœlio monte, Jun. 1
Carthago 17. diebus igne conſumpta, Corn. 13
Iterum Colonis frequentata, Semp. 15
Carus Æbutiæ gentis cognomen, Æb. 1
Caſca Cæſari primus inflixit vulnus, Serv. 7
Catilina repetundarum reus, Volc. 1
Sergiæ gentis cognomen, Serg. 1
Caſtoris & Pollucis apparitio, Dom. 1
Catillus Amphiarai F. Cop. 1
Cato ſenior ex Mun. Tuſculano, Porc. 9
Cenſores duo Plebei quando facti, Cæcil. 8
Cenſura aliquando ante Conſulatum, Semp. 30
Cenſus à Ser. Tullio Rege inventus, Tul. 2
Centum leones à Boccho rege pro Fauſti Prætura, Corn 82
Certamina Nemæa, Pobl. 8
L. Ceſtius decrepitus ſenex, Ceſt. 1
Cetra parvus clypeus Hiſpanorum, Sulp. 12
Chimæra à Bellerophonte occiſa, Corn 42
Cimber Bithyniæ rector, Tul. 4
Ciſſus puer Bacchi comes, Anto. 37
Civem ſervare potius quam mille hoſtes occidere, laude dignius, Minu. 12
Clades Cannenſis Romæ fatalis, Jun. 33
ingens de Pœnis ad Lilybæum, Cæcil. 1
Claſſis Punica capta & demerſa, Manl. 15.
Claudius Imp. à quo originem, Liv. 2
Clementia Auguſto à Livia ſuggeſta, Corn. 64
Cleopatra Ægypti Regina, Anto. 40
dicta nova dea, Anto. 58
Clivus Publicius, Pobl. 1
Clymene Phaetontis mater, Acc. 1
Clypea aurata 12. in Capitolio repoſita,
Cohors unde dicta, Anto. 103
Coloniæ in Baleares Inſ. deductæ, Sulp. 8
Columna Duillio erecta, Duil. 3
Columna Mænia, Marc. 1
Columnæ ritus celebrandi feſti Dianæ inſcriptus, Quin. 5
Comediæ inventrix Thalia, Pompo. 17
Comediæ Ludis Megalenſibus, Jul. 2
Comitia in Campo Martio, Anto. 7
in Foro Romano diverſa, ibid.
Conjuratio Catilinæ detecta, Tul. 3
Servorum, Vil. 1
Conſul intoleranter à Populo paſſus, Vent. 1
ex Plebe primus, Atil. 4
Conſulatus ſuſcipiendi mos, Corn. 78
& ſacerdotium Sex. Pomp. adempta, Anto. 37
Conſules duo quando ex Plebe, Pop. 2

ante ferias Latinas ad bellum profecti, Hir. 2
deſignati in quadriennium, Font 8
in monte Albano ſacra faciebant, Papi. 2
Contentiones ob religionem inter Conſules ortæ, Valer. 15
Convivia Veſtalibus ante focos facta, Dom. 9
Copiæ Triumvirorum à Claſſe Bruti captæ, Jun. 23
Cornelia Gracchorum mater, Semp. 13
Cornelius Gallus Auguſti Legatus, Anto. 67
Corniſcus Æbutiæ cognomen. Æb. 1
Corona Victoris præmium, Anto 17
civica quare conceſſa, Æl. 8
Ellotis, quæ, Valer. 2
hederacea Baccho ſacra, Anto. 37
quercea Auguſto decreta, Æl. 5
ſpicea, Poſt. 26
Coronis mater Æſculapii, Aci. 7
Corvinus ſcripſit ſenex de Familiis Romanis, Valer 35
Cotugnatus Allobrogum rex, Pont. 1
Cotys Thraciæ Rex, Æm. 10
Creuſa Æneæ uxor, Jul. 10
Critolaus Achæorum dux. Mum. 2
Curiæ tot, quot Sabinæ raptæ, Titur. 5
Currus triumphalis L. Antonii à duobus leonibus tractus, Anto. 10
Cybele aſportata Peſſinunte, Antiſ. 1
Cyprus Populi Provincia, Vmm. 1
Cyrene Penei filia, Lol. 1

D.

DEdicatio Theatri Pompeii, Dom. 20
Dejotarus Gallatiæ Rex, Lol. 6
Demetrius Cypri Præfectus, Aſi. 2
Demetrius Philippi Macedoniæ F. Quin. 4
Demetrius Phalerius Illyriorum Rex, Æm. 5
Denarius quando adulteratus, Atil. 10
Diæus Achæorum dux, Cæcil. 6
Dictator Ludorum Magnorum faciendorum cauſa, Manl. 2
Dictatura Varroni poſt cladem Cannenſem oblata, Ter. 6.
Dioſcurus Sabina lingua Sanctus, Calv. 1
Diſſenſio inter Antonium & Cæſarem redintegrata, Dom. 18
Divitiæ ad bellum neceſſariæ, Ner. 1
Dolabella in exilium miſſus, Corn. 63
Domini Salutis, qui vocati, Aci. 8
Domitius M. Antonii partium fautor, Anto. 27
Domus Pont. Maximi publica, Sep. 2.
Dorylaus Mithridatis dux, Corn. 77
Drauſus Rex Gallus, Clau. 7
in bello occiſus, Liv. 1
C. Druſus inſignis Juriſconſultus, Liv. 2
Duo Conſules ſimul triumphant, Liv. 7
Duumvir ædibus ſacris reficiendis, Alf. 1
Duumvir Navalis, Lucr. 4
Duumvir Quinquennalis, Arri. 2
Duumviri dignitas in Coloniis, Æb. 1

E.

ELegiæ inventrix Clio Muſa, Pompo. 15
Elephantorum cum Tauris pugna, Ter. 8.
Elephas Lingua Punica Cæſar, Jul 1.
Epicuri ſectam ſequebatur Sauffeius, Sauf. 2
Equitatus Parthorum celebris, Ati. 2
Equites apud Romanos duplices, Semp. 11
Equitum pompa in Capitolium tranſducta, Poſt. 5
Equorum decurſiones, Calp. 6

Ludis Apollinaribus additæ, Lic. 27
Equus publicus quomodo nutritus, Tul. 2
Eſquiliæ duos montes habent, Cip. 1
Evander Arcadiæ Rex, Perp. 1
Evandri mater, vates, Pompo. 5
Eumenes Pergami Rex, Poſt. 3
Evocati, qui erant, Anto. 103
Europæ oſſa in pompa vecta, Valer. 2
Exta in ſacrificiis malè obſervata, Her. 2
Exulanus Tarracone L. Cato, Porc. 2

F.

Fabius Salutis ædes pinxit, Fab. 2
Fabius Herculis F. Fab. 1
Fabius Rullianus, quis dictus, Fab. 7
Fabula quid ſit, Pompo. 18
Fabulæ Conſualibus Ludis actæ, Sulp. 15
Fames Romæ ingens, Anto. 15
Farinam frumento imbutam tangere cui non licet, Corn. 1
Farris pretium ad aſſem reductum, Minu. 3
Faſces quot Prætori, Licin. 3
duodecim Conſuli, Æm. 1
cur dictæ laureatæ, Dom. 7
Favorinus, Julianæ cædis particeps credi voluit, Caſſ. 19
Fauſta Memmii uxor, Mem. 5
Fauſtus Cæſaris juſſu occiſus, Corn. 86
Februare, id eſt purgare, Anto. 1
Feciales fœdera renovabant, Antiſ. 4
Feriæ Latinæ, Æm. 26
Feriæ ſingulis menſibus à ſacrorum Rege indicatæ, Anto. 1
Feſta Terminalia menſe Feb. Mem. 1
Feſtum Ellotiorum, Valer. 2
Fidei duo templa, Corn. 16
Filia Antonii à Piratis capta, Anto. 2
Silani deſponſata Neroni, Cæc. 40
Filius Macellarii ad Conſulatum evectus, Ter. 6
Flamen Carmentalis, Pop. 1
Dialis abeſſe nequit ab Urbe, Corn. 1
Martialis in Urbe relictus, Lut. 2
Sacerdotium Patricium, Corn. 38
Flavii Pompeio addictiſſimi, Flav. 3
Fœdera inter Antonium, Cæſarem & Sex. Pompeium, Anto. 31
cum remotis gentibus quomodo ſancita, Petro. 2
Fœderis feriundi ritus, Antiſ. 4
Fœdus cum Antiocho præſcriptum, Manl. 14
cum Pœnis renovatum, Fab. 10
Fons in Campania Axur olim dicta, Vib. 4
Fonteius ad Cleopatram ab Antonio miſſus, Anto. 43
Fontus Jani filius, Font. 1
Forum Julii à Cæſare dedicatum, Sep. 1
Frumentum Populo quaterni æris pretio diſtributum, Quin. 4
Fulmine ictus M. Claud. Marcellus, Clau. 15
Fulvia Antonii Triumviri uxor, Æm. 36
ad maritum fugit, Anto. 75
Sicyone moritur, Anto. 27
Fundania M. Varronis uxor, Ter. 10
Funeratores mortuorum, Lucr. 1
Furio Creſino veneficii ad Populum dies data, Poſt. 3

G.

Gæſa Gallorum ſpicula, Sulp. 13
Galli Ciſalpini à Romanis deficiunt, Mum. 7

Gallia

Gallia, Conſularis Provincia facta, Lic. 19
Gallorum equitatus præſtantia, Mari. 9
Gallus Gallinaceus vigilantia eminet, Did. 1
Gellius Bruti amicus, Gel. 4
Antonii Claſſis Præfectus, Anto. 55.
Gentius Illyriorum Rex, Perp. 1
Germania Superior unde dicta, Semp. 20.
Gladiatorium munus exhibitum, Stat. 1
Glaucus Corinthi Rex, Corn. 39
ab Æſculapio à mortuis ſuſcitatus, Clau. 5
Gracchus à Scipione Naſica occiſus, Semp. 13
Gymnaſiæ apud Græcos, qui, Rup. 2

H.

HAnno Pœnorum dux, Æm. 3
ingenti prælio profligatus, Lut. 2
Hecatombe, ſacrificium, Mari. 6
Hecyra Terentii comœdia, Jul. 2
Hercules puer duos ſerpentes eliſit, Anto. 28
Capram Junoni primus immolavit, Porc. 11
Corona populea ornatus, Papi. 5
Hiſpania domita in Italiam venit, Num. 4
Potitios & Pinarios ſua docuit ſacrificia, Anti. 3
Sanctus à Sabinis vocatus, Valer. 29
Triumphalis cognominatus, Anti. 1
Tyrannorum & monſtrorum domitor, Anto. 3
peltam à Minerva accepit, Curt. 3
Hercules & Mars idem, Perp. 3
à quo ſagittandi peritiam conſequutus, Curt. 3
Herculis primus labor, Pobl. 8
cultus ejus ab Arcadibus, App. 2
Hedera Baccho ſacra, Anto. 37
Herodes Judææ Rex, Peda. 1
à Soſio Legato conſtitutus, Soſ. 3
Heroes non ſeneſcere credebantur, Cæc. 1
Hiarbas Africæ Rex, Pompe. 11
Hieronymus Siciliæ Rex, Clau. 30
Hieron primus Siciliæ Rex, Valer. 8
Hieron Junior Siciliæ Rex, Clau. 40
Hilermus Hiſpaniæ Rex, Fulv. 16
Hippocrene fons, Æm. 42
Hippopotamus primùm Romæ viſus, Æm. 44
Hirtius Junii Cæſaris amicus, Hirt. 1
Hiſtoria Paterculi Vinicio dicata, Vin. 3
Horti Pompeiani, Afr. 4
Hygia Æſculapii filia, Aci. 7
Hymnus quid eſt, Pompo. 15

I.

JAmblycus Sampſicerami Emeſæ Regis filius, Caſſ. 15
Janus apud Albanos pro deo cultus, Axſ. 4
Iaſus Æſculapii filia, Aci. 1
Idæa mater hoſpitio recepta, Corn. 15
Idus omnes Jovi ſacræ, Corn. 19
Ignis ad Veſtæ ædes uſque graſſatus, Æm. 39
Illyrii iterum rebellarunt, Liv. 6
Imaginem viventis in nummis non ſignare licebat, Livin. 2
Imperatoris titulus quando primùm Antonio datus, Anto. 7
Immunitates Judæorum ſub Auguſto, Marc. 9
Jotape Commagenes Regina, Aquil. 9
Italia pro Pompeio vota ſuſcepit, Clau. 5
Juba Numidiæ Rex, Cæcil. 29
Julia Atii Balbi uxor, Ati. 1
Pedii mater Cæſaris ſoror. Pedi. 1
Julia Auguſti Antyllo deſponſata, Anto. 65

Mar-

Marcello, Agrippæ, & Tiberio nupta, Vipſ. 3
mortua ætatis anno 57. Semp. 17
Julia Druſi, primùm Neroni Druſo, deinde Rubellio nupta, Rubel. 1
Julius Antonius ſecundus Triumviri F. ex Fulvia, Anto. 70
Julius Cæſar pacis ſtudioſus, Æm. 52
Venerem pro teſſera habuit, Coſſ. 8
Idibus Mart. in Senatu occiſus, Æm. 29
Julius Vindex Galliæ Præfectus, Sulp. 13
Iulus Æneæ filius, Coſſ. 2
Junius Blæſus Proconſul Africæ, Æl. 2
Junius Craſſus nunquam riſit, Lic. 1
Junius menſis, unde dictus, Jun. 1
Juno Soſpita Magna Regina, Æm. 16
Jupiter ſummus Romanorum deus, Æm. 14
omnia vincere creditus, Dom. 3
Jus dicere Ædilibus conceſſum, Fulv. 2
Juſteius mediam in pugna Actiaca partem tenuit, Anto. 53

L.

Labienus in Cilicia ociſus, Ati. 1
Lacedæmonii inſtituta à Cretenſibus acceperunt, Valer. 2.
Lælia Major Q. Mutio Aug. nupta, Læl. 2
Minor C. Fannio, ibid.
Lælius Scipionis Afr. amicus Læl. 1
Lælius Balbus vir doctus, Læl. 3
Larices Pino ſimiles, Aci. 1
Latona Apollinis & Dianæ mater, Clau. 40
Lauri ramus in ſtiva aratri, Mam. 1
Legati ad Sibyllina carmina colligenda, Manl. 8
Legio ex quibus conſtabat, Corn. 43
octava caſtigata, Fulv. 3
Legiones Antonii quantæ, Anto. 73
Legiones veterrimæ quales, Anto. 97
Legionum nomina, Anto. 89
numerus non ſemper idem, Anto. 75
uſus, quis uſque ad Marium, Anto. 73
Lentulus filium Manlio adoptandum dedit, Corn. 51
Lentulus Sura Princeps Senatus, Corn. 70
Lentulus Sura alius, in carcere ſtrangulatus, Corn. 47
Leo M. Antonii ſtemma, Anto. 20
Lugduni urbis inſigne, Anto. 21
Leo inter aſtra conſtitutus, Anto. 41
Cybele adſcriptus, Antiſ. 2
pede enſem tenens, Pompeii ſigillum, Anto. 59
Leones cum Afris pro Ludis, Dom. 4
Lepidus Ptolemæi Regis tutor, Æm. 13
hoſtem occidit, civem ſervavit, ibid.
Lepidus Pont. M. quando mortuus, Æm. 3
Lex Acilia, de Aventino, Aci. 3
Ælia Sentia, de teſtamentis & manumiſſionibus, Sep. 3
Antia, ſumptuaria, Ant. 1
Atia, de ſacerdotiis, Sent. 1
Bæbia, de 4. Prætoribus creandis, Valer. 18
Caſſia, Tabularia, Caſſ. 5
Conſidia, Agraria, Conſ. 1
Cornelia, de Magiſtratibus, Fuf. 1
de viginti Quæſtoribus, Hort. 2
Didia, ſumptuaria, Did. 1
Domitia, de Sacerdotiis, Jul. 19
Flavia, Agraria, Flav. 2
Fuſia, de ſuffragiis, Fuf. 2
Gabinia, de Piratis, Pomp. 23
Hirtia, Hir. 1
Julia, de agrorum diviſione, Caſ. 10
Licinia, de jugeribus, Lic. 34
Mænia, de Ludis Romanis reſtaurandis, Mæn. 1
De Patrum auctoritate in comitiis, ibid.

Manilia

Mamilia, de limitibus, Mam. 1
Maria, de probandis denariis, Pap. 5
Memmia, de calumniis, Mem. 1
Minucia, de Triumviris Menſariis creandis, Aci. 1
de non reſtauranda Carthagine, Minu. 1
Mucia, de civitatibus, Muc. 1
Ogulnia, de ſacerdotiis, Ogul. 1
Oppia, de mundo muliebri compeſcendo, Jun. 18
Papia, ne quis peregrinus in Urbe eſſet, Pap. 1
de Veſtalium ſortitione, ibid.
Papiria, de Treviris Capitalibus, Pap. 15
Pedia, de habenda quæſtione in eos, quorum opera Dictator occiſus eſſet, Ped. 2
Petilia de ambitu, Petil. 1
Plætoria, de Prætoribus, Plæt. 1
Plautia, de Judiciis, Plaut. 1
Popilia, de Veſtalibus, Pop. 1
Porcia, de libertate civium, Porc. 9
de Provocatione, Porc 1
Pubilia, de Tribunis, Num. 1
Pupia, de Senatu habendo, Pup. 1
Roſcia, pro Equitibus Romanis, Roſc. 1
Rubria, de Carthagine, Rubr. 1
Sempronia, Agraria, Semp. 13
Servilia, Agraria, Serv. 23
de Judiciis, Muc. 3
Silia, de coæquandis ponderibus, Sil. 1
Terentia, de civitate, Ter. 1
Terentia Caſſia, Frumentaria, Ter. 8
Thoria, Agraria, Thor. 1
Trebonia, de Comitiis Tribuniciis, Treb. 1
Tullia, de cenſu, Tul. 2
Vatinia, de Judiciis, Vati. 1
Verginia, de Tribunis creandis, Verg. 1
Villia Titia, de Prætoria juriſdictione in Provinciis, Vill. 1
de Tutelis, Tit. 1
Voconia, de coërcendis mulierum hereditatibus, Voc. 1
Liberalia Feſta, XVI. Kal. April. edita, Cariſ. 4
Libertas Græcis à Romanis data, Quin. 4
Libri Sibyllini cremati, Peti. 3
Licinia Catonis Cenſorii uxor, Porc. 3
Licinia Veſtalis condemnata, Caſſ. 11
T. Ligarius Trib. plebis Cæſaris fautor, Ner. 1
Q. Ligarius Conſidii Legatus, Conſ. 1
Litteræ cur dictæ laureatæ, Dom. 7
Liternis exul Scipio, Corn. 13
Livia Ocellina uxor 2. Galbæ Imp. patris, Sulp. 11
M. Livius à populo damnatus, Liv. 7
Lollius Palikanus nimis turbulentus, Lol. 5
Lollius Paulinus C. Cæſaris rector, Lol. 6
Lucilius, inſignis Poeta Satyricus, Luc. 1
Socer Sex. Pompeii, Pompe. 1
Q. Lucretius Veſpillo, J. C. acutus, Lucr. 1
Lucullus, homo diſertus & dives, Luc. 1
Ludi Apollinares, primum votivi, Calp. 7
ſecundi quando celebrati, Calp. 1
in Circo editi, Valer. 4
à Prætoribus edebantur, Æm. 1
à Conſulibus quando pro Prætoribus facti, Pop. 1
Ludi Capitolini, Corn. 47
Cereales, Cæc. 17
Circenſes à Julio Cæſ. editi, Met. 3
Compitalitii, Cæſ. 1
à Tarquinio ſuperbo reſtituti, ibid.
Conſuales à Romulo, Titur. 5
Florales, primi facti, Clau. 32
Jovi ad Saltum Manlianum à Fulvio voti, Fulv. 10
Iſthmici, quinam, Coſſ. 3
Megalenſes, per ſex dies editi, Plæt. 1

pridie Non. Apr. celebrati, Plaut 7
Romani feſtiviores facti, Manl. 14
Sæculares, Furn. 2
quartum editi, Curt. 4
Victoriales Romæ, Ani. 1
Ludi à Theſeo inſtituti, Muc. 2
Ludiones ex Etruria acciti, Vib. 12
Ludorum Scauri magnificentia, Flav. 14
Lunæ defectus à Galba prædictus, Sulp. 15.
Lupercalia, quo tempore, Anto. 1
à Græcis aſſumpta, Mem. 6
Luſtratio in Lupercalibus, Anto. 1
Lyſimachus Nicææ urbis reſtaurator, Pup. 4
Lyſonis Patrenſis filius à Memmio adoptatus, Mem. 5

M.

MAcedones libertatem conſequuntur, Æm. 12
Macedonia in Provinciam Romanam redacta, Æm. 8
Mæcenas Sertorii ſcriba, Fab. 4
Magiſter Equitum & Ædilis eodem tempore, Serv. 9
Magiſtratus minores à Cæſare aucti, Æl. 5
Magiſtri Equitum, pedites, Serv. 10
Maia Mercurii mater, Curt. 4
Mamercus cognomen Æmiliæ gentis, Æm. 9
Mamercus Pythagoræ F. Æm. 1
Manilia Telegoni uxor Ulyſſis F. Mam. 1
Manlius Vulſo ad Philippum Regem Legatus, Manl. 14
Manubiæ ex Sicilia, Pobl. 4
Marcella Octaviæ filia Agrippæ nupta, Anto. 71
Marcellus triumphavit in Albano, Clau. 30
Marcia Veſtalis condemnata, Caſſ. 11
Mars Gradivus, eſt Quirinus, Anto. 14
Maſgaba Maſſiniſſæ Regis F. Manl. 6
Maſſiniſſa Numidiæ Rex, Abur. 1
Mater utero 12. menſes geſtavit, Semp. 9
Matienus Duumvir navalis, Lucr. 4
Meduſæ capilli in ſerpentes converſi, Coſſ. 3
Megaleſii Ludi, ſcenici, Æm. 16.
Junoni Soſpitæ dicati, ibid.
Menas Sex. Pompeii libertus, Lucr. 1
Mercurio quando ſacra facta, Curt. 4
Mercurius facundiæ deus, Æm. 43
ejus cultus ex Albanis, Abur. 4
L. Metellus Orator eloquens, Cæcil. 4
Q. Metellus patrem lachrymis ex exilio revocavit, Cæcil. 23
Q. Metellus Scipio ſe ipſum occidit, Cæcil. 32
Minores annis 50. pro legionariis ſcripti, Peti. 1
Minucia porta Romæ, Minu. 1
Minucius Sp. Melium accuſavit, Minu. 3
Minutus pro deo habitus, Minu. 1
Miſerabilis Urbis ſtatus, Anto. 5
Mithridates Ponti Rex, Aqu. 4
pacis infractor, Lici. 19
Mithridates Commagenæ Rex, Aqu. 9
Modius frumenti quaternis æreis populo diviſus, Valer. 11
Momorus Lugduni conditor, Anto. 21
Moneta Commercii nervus, Afr. 3
ærea quando imminuta, Aci. 2
nunquam poſtea ad pondus rediit, Anteſ. 1
Senatui percutienda data, Æl. 1
Mors Claudii Imperatoris, Suil. 2
Mucia ſacra ab Aſianis inſtituta, Muc. 3
Mucius Porſennam Regem occidere aberravit, Muc. 4
P. Mucius Juriſperitus præſtantiſſimus, Muc. 2
Muſæ cur novem numeratæ, Pompo. 12
Myrtea corona Ovantibus, Aci. 9

N. L.

N.

N. L. in tabella, id eſt, *non liquet*, Caſ. 11
NabisSpartanorum tyrannus,Quin.4
Naſo, inter proſcriptos, Axſ. 1
Naufragio ſubmerſus M.Marcellus, Claud. 31
Naufragium Claſſis Romanæ, Lut. 5
Neglecta Pullorum auſpicia, Clau.18
Neptuni F. appellatus Sex. Pompeius, Naſi. 2
Neptunus equos primus domuit, Titur. 5
Nicomachus Ulyſſi pileum addidit, Mami. 4
Nicomedes primus Bithyniæ Rex, Pap. 8
Nicomedes II. Bithyniæ Rex, ibid.
Nonius Sullæ ſororis F. Non. 2
Nota argenti X. Abur. 2
Numantia à Scipione deleta, Fund.2
Numerius Suffucius cognomen, Plæt. 5
Nymphæ in larices mutatæ, Acco. 1

O.

Octavia Auguſti Soror, Anto.2
Octavia major Agrippæ nupta, Vipſ. 3
M. Oppius proſcriptus, Opp. 2
Q. Oppius à Mithridate in ludibrium per urbes ductus, Opp. 1
Oppius Capito Antonii Legatus, Anto. 44
Orator eloquens Serv. Galba, Sulp. 8
Oratores continua ſerie tres Curiones, Serv. 2
Orgia Bacchi, Corn. 1
Ornamenta triumphalia, Sil. 3
Oſiris ab Ægyptiis Sol vocatus, Anto. 59
Ovantes pedibus, aut equo ducti, Aci. 9
Ovatio quo modo differt à triumpho, Corn. 28
Ovatio Aquilii Flori, Aqui. 4
C. Claudii Centonis ex Celtiberia, Clau. 25
Cn. Corn. Lentuli ex Hiſpania, Corn. 32
Fulvii Nobilioris ex Hiſp. Citer. Fulv. 16
M. Helvii ex Hiſp. Citeriore, Helv. 1
P. Rupilii de ſervis fugitivis, Rup. 1
A. Terentii Varronis de Celtiberis, Terc. 7

P.

Pacorus Orodis Parthorum Regis, F. Ati. 2
Pacorus Phraatis Parthorum Regis, F. Anto. 31
Pallans proavus Evandri, Pompo. 5
Pan calamos jungere docuit, Pompo. 16
Panormus M. Antonii navale, Anto. 53
Panſa ex vulnere mortuus, Hirt. 2
Papiria uxor L. Æmilii Pauli, Fab.12
C. Papirius Orator, Papi. 7
C. Papirius Maſo primus in Albano monte triumphavit, Papi. 2
Parthi cidari non utebantur, Anto. 56
Patricius unus Conſul, alter Plebeius, Serv. 9
Patronus Senatus dictus eſt C. Livius, Liv. 3
Paullus à Lepido adoptatus, Æm. 10
Pax Achæis à quo præſcripta, Cæcil.6
Antonii cum Cæſare, Anto. 27
Carthaginienſibus data, Lut. 2
Indis ab Auguſto renovata, Aq.20
cum Pœnis quo anno facta, Papi. 15
Peculatus nomen à pecu, Pobl. 1
Percuſſores Cæſaris pœnas omnes dederunt cædis, Caſſ. 19
Pegaſus fontem in Helicone aperuit, Pop. 2
Perpenna appellatus Dominus, Fab. 4

Perſeus Macedoniæ Rex, Æm. 8
debellatus eſt ad Pydnam, Oct. 2
Peſtis Romæ per triennium, Calp. 2
Peticus cædis Julianæ particeps credi voluit, Caſſ. 19
Phæbades, vaticiniis peritæ, Æm. 34
Phango Africæ dux, Æm. 36
Pharnaces Mithridatis Regis F. Calv. 1
Pontum occupat, Dom. 22
Philadelphus Paphlagoniæ Rex, Stat. 1.
Philippus Macedoniæ Rex, Bæb. 3
Ad Axium à Quinctio victus, Quin. 4
Philippus Perſei Regis major F. Æm. 9
L. Philippus Sardiniæ Prætor occiſus, Anto. 72
Philopæmenes Sociorum dux, Mum. 3
Phraates Parthorum Rex, Corn. 38
Picus Saturni filius, Cædi. 1
Piſo Cæſoninus Cæſaris ſocer, Jun. 41
Pinarius ad tuendam Ægyptum relictus, Anto. 42
Pinus Numæ Regis F. Pina. 1
Piratica à Balearibus cæpta, Cæc. 9
Plancus Lugduni conditor, Mun. 3
Plebs Julio Cæſari tanquam Deo libavit, Vipſ. 2
Pleuratus Gentii Regis F. Anic. 1
Pluto Proſerpinam rapit, Clau 45
Pompeia M. Bruto percuſſoris patri elocata, Serv. 6
Cæſari ſed nupta, Pompe. 3
Pompeia Fauſti uxor, Corn. 86
Pompeii liberi in Hiſpania victi, Canid 1
Pompeius Bithynicus à Sexto occiſus, Pompe. 24
Sex. Pompeius Siciliam occupat, Anto. 31
Sex. Pompeius Sex. F. Juriſperitiſſimus, Pompe. 7
Pomponia Agrippæ uxor, Pompo. 21
Pons Arimini urbis, Vini. 4
Sublicius, Æm. 25
Pontifex Max. multam dicit Flamini Martiali, Valer. 15
de Veſtalibus quærit, Caſſ. 11
quando primus exiit armatus, Valer. 15
Pontinæ paludes à Cethego ſiccatæ, Corn. 24
Popilius vir aſper ingenio, Popi. 2
Poplicola pugnavit in prælio Actiaco, Gel. 4
Populus ſtipem ad Ludos Apollinares confert, Æm. 42
Porcia Catonis filia Bruti uxor, Jun.
Porcius Cato à Thracibus profligatus, Did. 3
Porſenna Etruriæ Rex, Hor. 1
Porta Flumentana, Vini. 3
Porticus Octavia ex manubiis, Lut. 3
Paulli incendio abſumpta, Æm. 39
L. Poſtumius ab uxore veneno ſublatus, Poſt. 9
Poteſtas Magiſtri Equitum in quos, Serv. 11
Præfecti Urbis quot facti, Jul. 22
Præfectura Urbis ab Auguſto inſtituta, Valer. 35
Præfectus Urbis, Magiſtratus extra ordinem, Æm. 22
Prætexta toga quando data, Æm. 12
Prætor ferias ſingulis menſibus indicare ſolitus, Anto. 1
Urbanus inter peregrinos quis primus factus, Valer. 3
Prætores prætextam antequam damnarent, detrahebant, Norb. 5
duo, quando creati, Semp. 28
quatuor, quando facti, Valer. 10
octo conſtituti, Jun. 10
quatuordecim ſub Julio Cæſ. Flam. 6
ſedecim ſub. Auguſto facti, Stat. 6
viginti lege Cornelia, Pobl. 6
Prætoria navis, Manl. 13
Primi Ædiles Cereales, Fan. 2
Primus Eques Romæ triumphavit, Pompe. 10

Prin-

Princeps Senatus iterum Q. Fabius Maximus, Fabi. 11
Proſerpina à Plutone rapta, Cæci. 17
Proſerpinæ templi theſauri expilati, Minu. 7
Provinciarum diviſio, Abur. 1
Provinciæ Africæ duæ, Æm. 36
Pſeudo Perſeus Macedoniæ, Lic. 3
Ptolemæus Philadelphus, Fab. 21
Auletes, Plau. 7
Cypri Rex, Canid. 1
Epiphanes, Æm. 10
Philometor, Lol. 1
Philopator, Æm. 17
Phyſcon, Lol. 3
Publicanus flos Equitum Romanorum, Pompo. 2
Publicius Philo primus è plebe Prætor, Atil. 4
Pugiles & equi Ludorum Magnorum ludicrum, Serv. 27
Pugna Allienſis Rom. funeſta, Manl. 7
ad Axium cum Philippo R. Quin. 4
ad Beneventum infelix, Fulv. 8
Cannenſis funeſta, Æm. 6
ad Herdoneam infelix, Fulv. 2
ad lacum Rhegillenſem, Antiſ. 3
Navalis ad Mercurii promont. Fulv. 15
Mutinenſis, Anto. 31
Navalis ad Myoneſum, Æm. 41
Pharſalica, Cæc. 29
ad Pydnam contra Perſeum, Oct. 2
Navalis ad Tauromenium, Pompe. 22
Thapſitana, Afra. 4
ad Thraſymenum infauſta, Flam. 3
ad Trebiam fluv. funeſta, Sempr. 21
ad Turbam proſpera, Minu. 10
Pullus Corinthiorum moneta, Cæc. 41

Q.

QUadrageni denarii militibus diviſi, Manl. 14
Quadrantes in funere Valerii Poplicolæ collati, Ann. 4
Quæſturam nemo petebat ante annum 27. Stat. 2
Quatuorviri Monetales ſub Jul. Cæſare facti, Flam. 6
Quatuorvirorum nomina pro Triumviris Monetalibus, Apr. 2
Quinquennalis in Colonia, Æbu. 2
Quinqueviri muris reficiendis, Aq. 4
Quintilia domus adhuc vigebat ſub Commodo Imp. Quin. 4

R.

R Littera tardè reperta, Valer. 1
R. Ratitus, quid erat, Abu. 1
Regulus apud Pœnos mortuus, Atil. 9
Rex Sacrorum, Anto. 1
Rheſcuporis Thraciæ Rex, Flav. 3
Rogatio Minutii Trib. plebis, Fulv. 13
Roma Aſcanii filia, Corn. 16
Roma Urbs annonæ caritate laborans, Serv. 9
Romulus & Tatius fœdus ineuntes, Afr. 2
Romulus poſt mortem Quirinus appellatus, Mun. 6
Roſtra Libertati ſacra, Lol. 4
Rullus luxu & divitiis famoſus, Serv. 23

S.

S. In æreis nummis, id eſt, *Semi*, Pompo. 4
S. F. id eſt, ſacris faciundis, Petil. 5
Saburra vicus Romæ, Sepu. 5
Sacerdotes Bacchi expulſi, Poſt. 5
Sacerdotes pelle caprina cooperti, Liv. 1
vocati Luperci, Anto. 1
Sacerdotium Servæo & aliis tributum Vitel. 1
Sacra Cereris à Romulo inſtituta, Mem. 6

Sacra Herculis in Foro Boario, App. 2
Sacrarium Martis, Auſi. 1
Sacrificia capite velato facta, Jul. 68
Sadales Thraciæ Rex, Jun. 16
Salonia Catonis Cenſorii uxor, Porc. 3
Salvidienus Auguſti Legatus, Naſ. 2
ab eodem occiſus, Anto. 26
Salvius Auguſti conviva, Vin. 3
Salvus quando Imperator dictus, Salv. 1
Sampſiceramus Emeſæ Rex, Caſſ. 15
Sardus Herculis filius, Ati. 1
Saturnalia 4. Non. Maii, Cæſ. 1
Scena verſatilis à quo data, Ter. 8
Scerdilus Gentii Regis F. Anic. 1
Scipio paternæ virtutis hæres, Corn. 11
Afr. junior mortuus in cubiculo ſine vulnere inventus, Corn. 13
Scipio Pompeii ſocer Pontifex, Lic. 13
Scribonia Libonis ſoror, Auguſti uxor, Serv. 6
Juliæ mater, Semp 20
Scribonia Libonis filia Sex. Pompeii uxor, Ser. 6
Seditio Gracchorum, Opi. 5
Sejanus cum Tiberio Conſul, Æl. 12
Sella Curulis in ſacrario Julii poſita, Æl. 11
Senatorum filii nondum in Senatu lecti, Equites dicebantur, Serv. 12
Septemviri Epulonum, Coel. 3
Sergeſtus Æneæ comes, Serg. 1
Sermo medius inter vendentes & ementes, Pap. 4
Serpens circa pueri cervicem, Roſc. 1
Serpens in tutela Æſculapii, Aci. 3
Sertorius à Perpenna occiſus, Fab. 4
Servi fugitivi Siciliam occupant, Aq. 6.
Servilia major Lucullo nupta, Serv. 6
Servilia minor M. Bruti mater, Jun. 13
iterum nupta M. Sillano, Serv. 6
Servilius Senatus patronus dictus, Serv. 5
C. Servilius apud Gallos captivus per 16. annos, Serv. 9
M. Servilius ſingulari certamine vicies tricies pugnavit, Serv. 10
Servius Tullus Romanorum Rex, Cari. 1
Seſtius M. Antonii ſtudioſus, Æm. 36
Sibyllina carmina in templo Jovis Capitolini ſervata, Peti. 3
Sicilia Romana Prov. facta, Lut. 2
Marcellos pro patronis coluit, Corn. 7
Siculis Dianæ feſtum, Aq. 1
Sigillum Pompeii in quo trophæa tria, Corn. 84
Signifer Athenio, Vati. 1
Silanus Lepidi Tribunus, Anto. 33
D. Silanus M. Bruti Vitricus, Jun. 40
Silvæ Mœſiæ urbi Oſtiæ proximæ, Marc. 5
Simpulum vas ſacrificiorum, Æl. 10
Sittius Julio Cæſari favit, Afr. 4
Smyrnæ templum Romæ, Papi. 12
Tiberii templum, Petr. 12
Solis ſymbolum in Familia, Ab. 1
Spartacus gladiator, Lic. 5
Speculatores unde dicti, Anto. 104
Spica fertilitatis index, Æm. 43
Statua prima inaurata, Serv. 22
Statua Lepido pro roſtris, Æm. 26
Cl. Marcello patri & filio, Clau. 31
Cn. Octavio pro vita, Oct. 2
Sibyllæ Cumanæ, Manl. 9
Stella nomen navis, Anto. 17
Stylobates ſtatuæ, Corn. 4
Sulcus finalis limitum terminus, Mam. 1
Suis corpus in ſalſura, Sulp. 5
Sulga cum Rhodano juncta, Dom. 8
Summanus, Dis appellatus, Fab. 14
Supplicationes decretæ, Muc. 1
Syphax Numidiæ Rex, Pop. 1
Syria ſtatuam Marcellino erexit, Corn. 72

Tacſa-

T.

TAcſarinas Numidiæ Rex, Apr. 4
Talenta 200. argentea ab Ariarathe Cappadociæ Rege Romanis ſoluta, Manl. 14
Tarquinius Priſcus Romanorum Rex, Corn. 14
Tarquinius Superbus Roman. Rex, Anteſt. 4
Telegonus Ulyſſis filius, Mam. 3
Templum in Aſia Tiberio decretum, Petr. 12
Caſtoris & Pollucis in Foro Rom. Valer. 4
Clementiæ Julio Cæſari decretum, Jul. 52
Deorum Penatium, Flam. 2
Genii P. Romani, Corn. 34
Herculis defenſoris, Corn. 72
Jani clauſum, Manl. 2
Jovis in Capitolio igne conſumptum, Plæt. 2
Jovis Feretrii in Capitolio, Cœ. 3
Jovis Optimi Maximi, Corn. 4
Libertatis, Corn. 49
Junonis Monetæ, Cariſ. 14
Martis Ultoris in Capitolio, Cani. 4
Romæ quando conditum, Treb 4
Veneris Victricis in theatro Pompeii, Corn. 84
Vulcani, Aur. 7
Terentius Poeta, libertus, Ter. 2
à quo in comœdiis adjutus, Sulp. 15
P. Terentius Tuſcivicanus, Ter. 5
Tertulla Terentii Luculli F. Ter. 8
Teſtamentum Antonii Triumviri, Mun. 4
Auguſti apud Veſtales, Sil. 8
Teutobochus Teutonum Rex, Mari. 5
Theatrum Marcelli, Octa. 2
Thyeſtes fabula Ennii Poetæ, Sulp. 15
Tibur à quo conditum, Mam. 2
Tigranes Armeniæ Rex, Lic. 20
Tigranes Artabazis Armen. Regis F. Aq. 10
Tigranes Artabazis Frater, Petr. 5
Timagenis Schola, Aſin. 1
Toga virilis Antyllo data, Anto. 65
Torus Amphiarai F. Cop. 1
Trebonius Cæſaris percuſſor primus occiſus, Trebo. 2
Tres orbis partes à Pompeio devictæ, Corn. 84
Triarius Luculli Legatus, Lic. 20
Triarius ſub Cæſare Legatus, Jul. 16
Tribunicia Poteſtas recuperata, Lol. 4
ab Auguſto accepta, Anteſ. 3
Triptolemus Agriculturæ inventor, Jun. 32
Triquetra Siciliæ ſymbolum, Anto. 53
à 3. Promontoriis dicta, Alli. 1
Triumphalia ornamenta, Apr. 4
Triumphavit quis primus, Furn. 4
Triumphus M. Acilii de Rege Antiocho & Ætolis, Aci. 5
Æmilii de Coſſurenſibus, Æm. 3
Æmilii Lepidi Triumviri, Æm. 24
Paulli Æmilii de Rege Antiocho, Æm. 5
L. Paulli Æmilii de Liguribus, Æm. 7
Æmilii de Macedonia, Æm. 8
Agrippæ decretus, Petro. 11
Anicii de Illyriis, Anic. 1
L. Antonii ex Alpibus, Anto. 70
Aquilii Flori de Pœnis, Aquil. 1
C. Aſinii ex Parthineis, Aſin. 1
C. Atilii de Pœnis, Atil. 9
P. Atilii de Salentinis, Atil. 5
L. Aurelii de Pœnis, Aur. 1
L. Autronii ex Africa, Autr. 4
M. Bæbii de Liguribus, Bæb. 3
L Cæcilii de Pœnis, Cæc. 1
M Cæcilii ex Sardinia, ibid.
L. Cæc. Metelli de Dalmatis, Cæc. 20
de Numidis, Cæc. 21
Q. Cæc. Metelli, de Balearibus, Cæc. 11
de

de Macedonia, Cæc. 8
C. Calpurnii de Luſitanis, Calp. 2
Sp. Carvilii de Sardis, Carv. 2
Cicereii ex Corſica, Cicer. 1
Ap. Claudii de Salaſſis, Clau. 11
M. Claudii de Gallis &c. Claud. 31
de Eleatibus, Clau. 33
L. C. Cornelii Balbi ex Africa, Corn. 90
Cornelii Blaſionis de Saſſinatibus, Corn. 53
Cornelii Dolabellæ de Hiſpania, Corn. 62
Corn. Lentuli Spintheris ex Cilicia, Corn. 48
Corn. Scip. Jun. ex Africa, Corn. 63
minoris ex Hiſpania, Corn. 13
Corn. Scipionis Aſiatici, Corn. 14
Scipionis Naſicæ de Gallis, Corn. 15
Corn. Sullæ de Rege Mithridate, Cor. 79
T. Didii de Celtiberis, Did. 3
de Scordiſcis, ibid.
Domitii de Arvernis, Dom. 8
Domitii Calvini ex Hiſpania, Dom. 24
Q. Fabii Æmiliani F. de Arvernorum Rege Betulto, Fab. 13
Q. Fabii Labeonis ex Creta, Fab. 5
Q. Fabii Maximi ex Hiſpania, Fab. 19
de Liguribus, Fab. 20
Cn. Fulvii Centumali ex Illyriis, Clau. 9
Q. Fulvii Flacci de Hiſpania Cit. Fulv. 10
de Liguribus, ibid.
Fulvii Nobilioris F. de Liguribus, Fulv. 18
Fulvii Pætini de Coſſurenſibus & Pœnis, Fulv. 15
Furii Phili de Gallis, Furi. 4
L. Furii Purpureonis de Gallis, Furi. 3
Julii Libonis de Salentinis, Jul. 71
Junii Callaici de Luſitanis, &c. Jun. 9
D. Junii Peræ de Saſſinatibus, Jun. 31
alter de Sallentinis, ibid.
L. Licinii Murænæ de R. Mithridate, Lic. 26
Lic. Luculli de Ponto &c. Lic. 20
M. Livii de Pœnis, Liv. 7
M. Livii Druſi de Scordiſcis, Liv. 3
M. Livii Salinatoris de Pœnis, Clau. 3
C. Lutatii Catuli de Pœnis, Lut. 3
Q. Lutatii Catuli de Cimbris, Lut. 5
A. Manlii Torquati Attici de Faliſcis, Manl. 1
Cn. Manlii Vulſonis de Aſiaticis, Manl. 14
M. Minucii de Triballis, Minu. 9
Q. Minutii Thermi de Hiſpania, Minu. 10
Q. Minucii Rufi de Gallis Boiis, Minu. 7
P. Mucii Scævolæ de Liguribus, Muc. 1
L. Mummii de Luſitanis, Mum. 1
L. Munatii ex Gallia, Mun. 2
C. Norbani Flacci ex Hiſpania, Norb. 7
Q. Pedii, ex Hiſpania, Ped. 1
C. Pontinii de Gallis & de Allobrogibus, Pont. 1
M. Porcii Catonis de Hiſpania Cit. Porc. 1
Pompeii Magni de Hiarba, Pompe. 11
de Mithridate Rege, Pompe. 15
M. Pomponii Mathonis de Sardis, Pompo. 1
L. Poſtumii Albini de Luſitanis & Vacceis, Poſt. 15
L. Quinctii Criſpini de Luſitanis & Celtiberis, Quin. 6
T. Quinctii de Philippo Rege, Quin. 4.
C. Scribonii Curionis de Thracibus, Scrib. 3
C. Sextii Calvini de Saluviis, Sex. 2
P. Silii de Alpinis gentibus, Sil. 3

C. Soſii

C. Soſii de Judæis, Soſ. 3
Statilii Tauri de Africa, Statil. 1
Sulpicii Galli de Liguribus, Sulp. 15
Sulpicii Paterculi de Pœnis, Sulp. 16
Tiberii de Germanis, Clau. 6
M. Valerii Corvini de Gallis, Valer. 35
C. Valerii Lævini de Liguribus, Valer. 18
M. Valerii Max. Meſſalæ de Pœnis & Rege Siculorum, Valer. 19
Ventidii de Parthis, Vent. 2
Tribunatum vel Ædilitatem omittere liberum, Tul. 3
Tribuni quinque comitiis tributis creati, Numi. 1
Tribuno Plebis ex Urbe excedere non licebat, Serv. 7
Tribunus Plebis cooptatus, Mum. 1
Tribus Amenſis, Ati 1
Tribus Romanæ quot, Plaut. 5
Triton Romæ primum viſus, Corn. 68
Triumvir ædibus reficiendis, Aqu. 4
Triumviri bini, ibid.
Triumviri R. P. conſtituendæ. Æm. 27
Triumviri Capitales, Marc. 1
Triumviri Coloniæ deducendæ, Calp. 23
Triumviri donis perſequendis, Canin. 3
Triumviri Monetales, Marc. 3
Triumviri Valetudinis, Aci. 8
Triunx ſeu Triuncis, Ter. 5
Trophæum ex trunco arboris, Cariſ. 9
tollere nefas, Jul. 16.
Tubulus in exilium abiit, Muc. 2
Tulliola Ciceronis filia, Calp. 15
Craſſipedi nupta, Ful. 8
Tubero Q. Ligarium accuſavit, Æl. 6
Turulius Caſſii Quæſtor, Anto. 8
Tuſcus Romæ vicus, Ter. 5
Tutela L. Luculli data M. fratri, Ter. 8

V.

Valeria Corvini Statilio nupta, Valer. 35
Valerius Poplicola patriæ liberator, Valer. 10
Valetudo apud Romanos dea, Aci. 8
Valgius eruditione ſpectatus, Valg. 1
Variana clades, Quincti. 4
Varro ad 100. annos pervenit, Ter. 10
Veneris è mari origo, Cord. 2
dies feſta Kal. Aprilis. Cæſ. 6
Ventidius Antonii Legatus, Anto. 50
Venus Æneæ mater, Sulp. 19
Erycina ad portam Collinam, Porc. 12
Paphia in Cypro, Plaut. 8
Veranius Piſonem accuſavit, Vit. 1
Vecingentorix Rex à ſuis vocatus, Jul. 14
Verſius Sertorii ſcriba, Fab. 4
Veſta ignis dicta, Æm. 18
Saturni & Rheæ filia, Anteſ. 1
Veſtales publicis ſumptibus nutritæ, Caſſ. 11
Veſtalia V. Id. Jun. celebrata, Aur. 3
Veſtalibus cibi à civibus miſſi, Domi. 9
Veſtalis in locum demortuæ à Pontificibus electa, Sulp. 17
Veſtilia M. Suillii uxor, Suil. 2
Veſtinus Atticus Conſul, Lici. 33
Vetus opinio de Scipionibus in Africa, Lici. 11
Via Flaminia, Vini. 3
Pompeia extra Meſſanam verſus mare, Pompe. 9
Valeria ex manubiis ſtrata, Valer. 35
Vitellia ab Janiculo ad mare, Vitel. 1
Viæ publicæ ex manubiali pecunia, Cœl. 1
Vibius Panſa ex Epicureorum ſecta, Vib. 5
Victoria ingens de Cimbris, Luta. 3
Victoria Martis Comes, Anto. 15

Viduæ Cereri Africanæ adſeneſcunt, Cani. 2
Vigilum cohors inſtituta, Anto. 104
Villa ad Gallinas dicta, Vini. 3
Publica de Manubiis reſtituta, Did. 4
Vinum Opeimianum, Opim. 2
Viridimarus Galliæ Rex, Clau. 28
Ulyſſes Mercurii pronepos, Mem. 3
Volcanalia V. Kal. Sept. Aur. 8
Volones pro dominis pugnarunt, Semp. 9
Voluntarii, quales erant, Anto. 103
Vota pro Sal. Pompeii per totam Italiam, Non. 1
Urania Jovis & Mnemoſines filia, Semp. 14
Urbs Gaditana à Balbo ornata, Corn. 90

X.

XVvirorum munus, quale, Peti. 3

Z.

ZIpætes Bithyniæ Rex, Papi. 8

INDEX

INDEX GEOGRAPHICUS.

A.

ADdua Fluvius, Corn. 5
Adrumetum, urbs Africæ, Cæc. 30
Ænaria, Inſula Maris Mediterranei, Anto. 51
Æzani, urbs Phrygiæ, Lol. 9
Alabanda, urbs Cariæ, Hoſt. 1
Alba urbs, Sulp. 5
Albingaunum, urbs Liguriæ, Æm. 7
Allobroges, Galliæ Tranſalpinæ populi, Mun. 3
Amanus, Ciliciæ mons, Tul. 5
Ambgood, Populi Galliæ, Antiſ. 5
Ambracia, urbs Liguriæ, Fulv. 16
Ambrones, Galliæ P. Mari. 4
Amiſus, urbs Paphlagoniæ, Lic. 20
Ammonia, urbs Libyæ, Corn 1
Amphipolis, urbs Macedoniæ, Oct. 2
Antiochia ad Orontem, Syriæ urbs, Petr. 13
Antipolis, Galliæ Narbonenſis, Opim. 3
Antium, urbs Latii, Anti. 1
Apamea, urbs Phrygiæ majoris, Tul. 4
Apollonia, Anto. 16
Aquæ Sextiæ, urbs & Colonia Galliæ Narbonenſis, Mari. 4
Aradus, urbs Phœniciæ in Peninſ. Caſ. 15
Arelate, urbs & Colonia Galliæ, Clau. 5
Arethuſa, urbs Syriæ, Caſſ. 15
Ariminum, urbs Italiæ in via Flaminia, Vin. 5
Arpinum, urbs Volſcorum in Latio, Plan. 1
Aſtures, Hiſpaniæ Populi, Cariſ. 5
Audena, urbs Liguriæ, Æm. 14
Auguſta Emerita, urbs Luſitaniæ, Cariſ. 11
Auguſta Vindelicorum, urbs & Colonia, Clau. 6

B.

BÆtica, Provincia Hiſpaniæ, Populi, Cariſ. 5
Baiæ, civitas Campaniæ, Vin. 4
Baleares, Maris Mediterranei Inſulæ, Cæc. 9
Bellovaci, Galliæ Populi, Jun. 27
Beneventum urbs Italiæ, Fulv. 8
Bithynia, Provincia Populi Rom. Sil. 3
Beſſi, Macedoniæ populi, Jun. 22
Boii, Italiæ P. in Gallia togata, Corn. 15
Bononia, Italiæ civitas prope Padum, Valer. 11
Brunduſium, urbs Calabriæ, Corn. 44
Brutii, Italiæ P. in extrema regione, Semp. 30
Byzantium, Thraciæ urbs, Anto. 2

C.

CAbe, Colonia Cabellionum, Æm. 55
Cæſarauguſta urbs & Colonia Hiſpaniæ Tarraconenſis, Vipſ. 9
Calor, fluvius in agris Beneventanis, Corn. 30
Camarina, Siciliæ urbs, Atil. 3
Cannini, Alpinæ gentes, Sil. 3
Cantabri, Hiſpaniæ Populi, Cariſ. 5
Canuſium Apulorum Dauniorum civitas, Norb. 6

Capua, urbs Campaniæ, Corn. 11
Careſtium, Liguriæ oppidum, Pop. 1
Charræ, urbs Meſopotamiæ, Cop. 1
Carſeoli, Campaniæ urbs, Æm. 10
Carthago, urbs Africæ celeberrima, Corn. 11
Carthago, nova Hiſpaniæ urbs, Poſt. 18
Catana Siciliæ, Here. 2
Catti, Germaniæ Populi, hodie Heſſi, Semp. 17
Caudium, Samnitum oppidum, Corn. 9
Celſa, urbs & Colonia Hiſpaniæ Tarraconenſis, Corn. 26
Celtiberi, Hiſpaniæ Populi, Clau. 23
Cenchris, amnis Ioniæ, Clau. 40
Cenomani, Galliæ Ciſalpinæ P. Corn. 20
Cephalenia, maris Mediter. Inſula, Fulv. 16
Cercina, Inſula ex adverſo Africæ, Semp. 20
Cerretani, Hiſpaniæ Populi, Dom. 23
Chalcis, urbs Inſulæ Eubœæ, Sulp. 2
Cheronæa Bœotiæ vicus, Corn. 77
Cheruſci, Germaniæ Populi, Semp. 17
Chius, urbs & Inſula maris Ionii, Rabir. 1
Cibyra, urbs Phrygiæ majoris, Tul. 4
Cimbri, Germaniæ Populi, Lut. 5
Cingulum urbs, Ati. 2
Claſtidium, urbs Italiæ, Corn. 8
Clypea, Africæ urbs maritima, Corn. 2
Colonia Vitellia, Vit. 1
Corbio, Citerioris Hiſpaniæ urbs, Ter. 7
Corduba, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, Coſſ. 2
Corfinium, Pelignorum Metrop. Rub. 4
Corinthus, Achaiæ urbs, Mum. 2
Coſſura, Siciliæ urbs, Fulv. 15
Cremona, Italiæ urbs, Municip. Alf. 1
Cuinæ, Æolidis urbs, Procul. 2
Cydamus, Libyæ interioris urbs, Corn. 90
Cyllene, Arcadiæ mons, Curt. 4
Cynocephalæ, montes Theſſaliæ, Quin. 4
Cyrene, urbs Libyæ Pentapol. Corn. 86
Cyrrhus, Syriæ urbs, Anto. 54
Cyzicus, urbs Propontidis, Lici. 20

D.

Dalmatæ, Populi Illyrici, Stat. 1
Drepanum, Siciliæ urbs, Clau. 8
Dyrrachium, urbs Macedoniæ mari Hadriatico adjacens, Cop. 1

E.

Emporium, Siciliæ urbs, Aur. 2
Enna Siciliæ urbs in umbilico, Rup. 1
Epheſus Ioniæ urbs, Procul. 2
Eporedia, urbs & Colonia Galliæ Ciſalpinæ, Mari. 7
Eretra, Sabinorum oppidum, Valer. 30
Erythræ, civitas Ioniæ, Manl. 8
Eſſui, Celtarum Populi, Roſc. 1
Eupatoria, Paphlagoniæ urbs, Lic. 20

F.

Ferentinum, urbs Latii in finibus Hernicorum, Valer. 30
Forum Julii, urbs Galliæ Narbonenſis, Anto. 99
Fregellæ, urbs Italiæ Volſcorum, Opim. 3

G.

Gabii, urbs Albanorum, Anteſ. 4
Gades, Hiſpaniæ urbs, Corn. 82
Gallia Ciſalpina, Fur. 4
Gallia Narbonenſis Rom. Provin. Anto. 21

Gallia

Gallia Tranſalpina, Anto. 21
Gallo-Græcia, Aſiæ min. Provincia, Lol. 6
Genua, Liguriæ urbs, Corn. 10
Gergis, Troadis oppidum, Carif. 13
Getuli, Africæ Populi, Corn. 4

I.

ILliturgis, Bæticæ urbs, Hel. 1
Inſubres, Galliæ Ciſalpinæ Populi, Corn. 20
Iſtri, Italiæ Populi Illyrico contermini, Corn. 7

L.

LAodicea, urbs in Phrygiæ confin. Tul. 4
Laodicea, urbs Aſiæ ad Lycum, Clau. 10
Lancea, urbs Aſturiæ maxima, Carif. 8
Lavinium, Municipium in Latio, Sulp. 19
Leptis, urbs Africæ gemina, Hoſt. 5.
Lesbos, urbs & Inſula maris Ægei, Naſ. 2
Leucas, urbs & Inſula maris Ionii, ibid.
Lilybæum, Siciliæ urbs, Aur. 2
Ligures, Ingauni littorales, Æm. 7
Lipara, una ex Æoliis Inſula, Corn. 6
Liternum, Campaniæ vicus, Corn. 12
Luceria, Dauniorum Colonia, Semp. 9
Lugdunum, urbs Galliæ Tranſalpinæ, Anto. 21
Luna, Liguriæ civitas, Æm. 14
Luſitania, Romana Provincia Hiſpaniæ Ulterioris, Vmm. 1
Lycia, minoris Aſiæ regio inter Pamphyliam & Cariam, Sta. 1

M.

MÆander, fluvius Aſiæ minoris, Tul. 4
Marrucini, Italiæ P. in Marſica reg. Pompe. 10
Marſi, Italiæ Populi, Pompe. ibid.
Maſſilia, urbs Galliæ Narbonenſis, Corn. 10
Mediolanum, Inſubriæ urbs primaria, Mari. 9
Meſapia, Salentinorum regio, Atil. 5
Meſſana, Siciliæ urbs, Pompe. 22
Metaurus, fluvius Umbriæ, Clau. 3
Mincius, Venetorum fluvius, Corn. 20
Minturnæ, oppidum Campaniæ, Epp. 1
Mitylenæ, urbs & Inſula Lesbi, Minu. 12
Mœſii, ſupra Thraciam Populi, Scrib. 3
Mutina, urbs & Colonia Galliæ Ciſalpinæ, Hir. 2
Mutuſca, Umbriæ oppidum, Plæt. 1
Mylæ, urbs Siciliæ, Pompe. 24

N.

NArbo, urbs & Colonia Galliæ Narbon. Clau. 5
Nicæa, Bithyniæ urbs, Papi. 4
Nicæa, urbs Galliæ Narbonenſis, Opim. 3
Nicomedia, Bithyniæ primaria urbs, Papi. 12
Niſibis, Meſopotamiæ urbs, Lic. 20
Novaria, Inſubriæ urbs, Mari. 9
Nuceria, Apuliæ oppidum, Vit. 1
Numantia, urbs Hiſp. Tarr. deleta, Fund. 2
Numidæ, Populi Africæ, Conſ. 3

O.

OPpius, mons in Eſquiliis Romæ, Opp. 1

Orchomenium, Arcadiæ urbs, Corn. 77
Oricus, urbs Epiri maritima, Valer. 17
Ortygia, lacus Epheſiorum, Clau. 41
Oſca, urbs Hiſpaniæ Citerioris, Dom. 23

P.

PAchynus, Siciliæ Promontorium, Aur. 2
Palinurus Lucaniæ Promontorium, Lut. 5
Pandataria, Inſula ad Campaniam, maris Tyrrheni, Semp. 20
Pandoſia, urbs Brutiorum, Valer. 17
Panormus, Siciliæ urbs, Anto. 44
Paratonium, urbs Marmaricæ litoralis, Pin. 6
Parma, urbs & Colonia Galliæ Ciſalpinæ, Semp. 10
Patræ, urbs Achaiæ, Mam. 5
Pelaſgi, Græciæ Populi vetuſtiſſimi, Valer. 2
Peligni, Italiæ in 4. regione Populi, Pompe. 10
Pergamus, urbs Aſiæ min. regia, Perp. 2
Perinthus, Thraciæ urbs, Pop. 1
Piſæ, urbs Liguriæ, Clau. 4
Peſſinus, Galatiæ urbs in conf. Phrygiæ, Volt. 4
Placentia, urbs & Colonia Galliæ togatæ, Fur. 3
Pompeiopolis, Ciliciæ urbs, Pompe. 12
Præneſte, urbs Latii celebris, Papi. 4
Privernum, Latii civitas, Plau. 2
Ptolemaïs Phœniciæ urbs, Petro. 12
Puteoli, oppidum Campaniæ, Corn. 48
Pydna, urbs Macedoniæ, Æm. 8

R.

RHegium, urbs Brutiorum, Naſ. 2
Rhodus, urbs & Inſula Cariæ adjacens, Sta. 1
Ruſpina, urbs Africæ litoralis, Lic. 13

S.

SAlduba, urbs eadem quæ Cæſaraugusta, Vipſ. 9
Salentini Italiæ Populi, Atil. 5
Salluvii, Galliæ Narbonenſis P., Sex. 2
Sangarius Aſiæ fl. ex Didymo monte, Æm. 11
Sardis, Lydiæ urbs, Caſ. 14
Saſſinates Umbriæ Populi, Corn. 52
Scodra, oppidum Illyricum, Anto. 32
Scordiſci, Pannoniæ Infer. Populi, Liv. 3
Selonium, Lanuvini agri campus, Roſc. 1
Senegallia, urbs Umbriæ litoralis, Clau. 3
Sentinum, Umbriæ oppidum, Salv. 1
Sicyon Peloponneſi urbs, Anto. 28
Sidon Phœniciæ oppidum, Serv. 19
Smyrna, urbs Ioniæ celebris, Procul. 2
Stratonicea, Lydiæ urbs, Perp. 2
Sulga, fluviolus Galliæ Narbon. Dom. 8
Syracuſæ urbs Siciliæ famoſa, Clau. 38
Syrus, amnis in Brutiis, Valer. 17

T.

TAgus Italiæ fluvius, Quin. 6
Tanagræi Bœotiæ Populi, Corn. 68
Tanetum, vicus Æmiliæ regionis, Serv. 9
Tarentum, urbs magnæ Græciæ, Fab. 11
Tarſus, Ciliciæ Campeſtris urbs, Porc. 8
Tauromenium, Siciliæ oppidum, Pompe. 22
Teius Bithyniæ fluvius, Papi. 11
Telamo Etruriæ oppidum, Æm. 2

Teme-